Bona dea Amnis insania nomine gallus aqua. Rhea item eo: q idem græce sonet: q Ops latine. Alamq;
eam dixerūt: ab alēdo: eo q suis fructibus terra oēs alat. Deniq; & palem eā pastores uocauere: &
Echate pabulorū dixere deā: eo q gregibus & armētis suis pabula p̄stet. Hanc ipsam nōnulli sacerdotē di-
Ouidius cunt: eiusmodi sacrorū post Vestam matrem inuentricē fuisse. Et quoniā ab ipsa multi originē tra-
Ala xere: qui diuinos meruerūt honores dignam: propter suæ posteritatis merita: eam deorū consortio
Pales putauerunt. Et propterea antiqui delirantes: ut Ioui filio suo: maximo regi adularent: miris fictio-
nibus eam ornauere: adeo ut loco maximi numinis a multis coleretur: atq; ei tēpla sacraq; ac sa-
cerdotes uariis in locis cōstituerent. Ei quoq; tanq̄ deorum matri quadrigam a leonibus tractam
constituere: & sceptrum in manibus tradiderunt: cum corona turrita in capite eius. Ornauere præ-
terea ipsam ueste herbarum conspicua: atq; aliis multis insignibus. De quibus satis.

¶ Vesta autē ipsius p̄dictæ opis mater: uirgo (ut aiunt) & sacerdos cōtinentissima habita fuit: q̄
quidē inter cætera conuētui sacerdotū mulierū initium dedit. Ista nāq; & p̄pter eius modestiā impri-
mis uitam: ac sacerdotalis ordinis initiū: ut dea habita fuit. Quā plærīq; ignem: nōnulli uero Tel-
lurē esse dixerunt: q herbis uariis uestiat. Duos autem nō ex hoībus filios: sed e cœlo: totidemq;
filias eam genuisse fingunt. Tytanē. s. primogenitū: & Saturnū: opemq; hanc dictam & Cererem.

¶ Minerua: omniū poetarum cātatissima mulier quinquagesimo octauo ætatis Isaac anno: secū-
dum diuū patrem Augusti. libro. 18. de ciuitate dei. apud Tritonidē lacum apparuit: ex cuius quidē
Pallas noīe & ipsa Tritonia est appellata. Hæc etiā pallas dicta est a pallāte Traciæ insula: ubi & nutrita
fuit: siue a pallante Gigante: quē interfecit. Hæc quippe (ut præmissum est) primi iouis primogeni-
ta fuit: quæ apud p̄dictos aphros rudes: cū multa eis incognita reperisset: nō solum aphri ipsi: sed
Lanificium græci postmodū omnes: eam absq; matre: si ex Iouis cerebro genitā omnino credidere. Quæ ideo
tanto (ut diuus refert Augustinus.) procliuius dea credita fuit: quanto eius origo minus innotuit.
Textrinum Ipsa itaq; primo lanificium: omnibus antea incognitū adinuenit & docuit. Nam ostenso: quo
ordine purgata lana & dentibus ferreis pectinata: atq; colo filata cōponeretur. Postea etiā tex-
Olei usus trinum excogitauit officiū. In cuius opificii laudem pugna illa insignis eiusdem: & aragnes: colo-
phonæ: recitabatur. Vnde & lanifices postea & fullōes: Tinctores: textricesq; puellæ (Ouidio teste)
Quadrigarum eius festum celebrare cœpere. Vsum insuper olei: eo usq; mortalibus incognitū: etiam hæc ipsa
inuenit atq; docuit. Quod qu dē: quia multum utilitatis Atticis populis attulit: ei aduersus Neptū-
usus num in nominādis a se Atheus attributa uictoria fuit. Volunt etiam ipsius fuisse opus: quom iā
Armorum quadrigarū prima reperisset usum: & ferrum in arma conuertere: armisq; ipsis corpora contegere.
inuentu Deinde bellantiū acies ordinare: atq; leges omnes: quibus eat in pugnā edocuisse: hæc quippe Ci-
Numerorum cero: in tertio de natura deorū: testatus est. Et propterea a nōnullis Bellona est uocata uidelicet so-
ror: & Martis auriga. Dicunt insuper eā numeros adinuenisse: & in ordinē: quem in hodiernū
inuentū usq; diem seruamus: deduxisse. Cæterum eaz Tybias seu pastorales fistulas primo cōposuisse mul-
Tybiarum inuētio ti credunt. Cui ob tot cōperta prodigia deitatū legatrix antiquitas: sapientiæ numen attribuit. Et iō
ut Cice. ubi supra ait. Ipsa eadem sapiētiæ dea: & artium omniū inuentrix dicitur. Tādem cuz eius
uirtutis fama: & numinis reuerentia longe lateq; diffusa fuisset: tantū illi antiquorū error contulit:
ut per uniuersam fere terram in eius honorē: multa construerentur templa: & sacra celebrarentur
eo usq; cōscenderet: ut in capitolio Romani postmodū penes Iouem patrem suū: eidem cellā de-
Mineruas quinq; dicarent. Mineruas nihilominus quinq; fuisse inuenimus: primā hanc Iouis filiaz: & Apollinis
matrem. Secundā. Nilo ortam: quā ægypti Saletē dicunt. Tertiā ex Ioue secundo natā. Quartā:
Iouis tertii & Corsæ oceani filiā quā archades Coriō noīant: q̄drigarū. s. inuētricē. Quītā pallātis
filiam: q p̄rem interemisse dr̄ uirginitatē suā uiolare uolentē. Cui pēnarū thalaria affigūt. Sunt aūt
nōnulli grauissimi uiri: q nō huius Mineruæ primæ asserūt: sed plurimū: q̄ dicta sūt fuisse inuenta.

¶ Solem primū superioris Iouis filium: & mineruæ p̄dictæ germanū: hac eadē tempestate mul-
tis uirtutibus Tullius affirmat. Virum utiq; insignem: ac splendidū per omnia hominē atq; ingen-
tis regiiq; animi p̄clarum. Quem ob ingentes eius uirtutes: & admirabilem eius pulchritudinē: ut
aliquo modo generoso nobilitarent: tam p̄claro eum noīe declararunt: putabant nāq; rudes illius
sæculi hoīes a Nembrothide seducti: primam rerum causam ignem fore. Et p̄pterea illi nobilius
nomen Sole dare non poterant: seu q eum cœlestem putarent hominē: seu deum e cœlo uenisse:
& id ratione pulchritudinis & eminentissimi ingenii: seu deniq;: quia illi naturam igneam uide-
rant: more ignis: semper ad alta tendentem. Sunt tamen qui uolunt hunc Apim eius fratrem fuis-
se: eo q loco solis ab ægyptiis fuerit cultus: sed certe alius fuit ab Api.

¶ Diana eius nominis prima p̄dicti solis soror: Iouisq; primi filia & ipsa tēpestate hac ob maxīa
eius uirtutes: in p̄cio fuit non modico: de qua Cicero ubi de natu. deorū scribit: multa cōmemorās

dicit eam nõ Iouis filiã:sed ascripticiã fuisse.Hanc tñ eã nõ esse dicũt:quã poetæ insignẽ uirginitate perpetua uoluere:cũ legat hãc ex Mercurio liberi & proserpinæ filio Pinatũ ꝯcepisse cupidie;.

1854 3344 ¶ Thurimachus Talesionis regis filius:Sextus scycioniorum rex.lvi.natiuitatis Isaach:Scycionis regnare cœpit:& regnauit annis.45. ¶ Argiuorum Regni exordium.

¶ Inachus oceani:& terræ(ut aiunt)filius teste diuo Augusti.& Eusebio:sexagesimo a natiuitate Isaac anno.In thessalia apud argos primus regnare cœpit:& quinqginta ãnis regnauit.A quo Inachus achaiæ pergrandis fluuius nomẽ accepit:qui & argolicum(ut Pompõius ait)perfecat tractũ Hic inter cætera:duos post se reliquit filios.Ysidem uidelicet postea ægypti reginam:& phoroneũ ipsius in regno successorem.Hoc autem regnum durauit annis.544.

¶ Argos autem huius regni prouincia:primũ illius regia fuit ciuitas Argos nuncupata:a qua & postmodum uniuersa regio nomen accepit.Hæc est Thessalia seu pelasgia:quam quidẽ Homerus argos pelasgiã noiat.Eum quippe oppidũ:ut Pli.lib.8.refert a phoroneo ipsius Inachi filio:& successore conditũ fuisse ferunt.De quo Luca.in sexto ait.Vbi nobile quõdã:nũc super argos arãt. Dicta aũt postmodũ Thessalia a Thessalo:ibidẽ regnante.In ea teste Solino egregia condita postea fuerũt oppida:inter quæ Thessalonica:ad quam Pauli apostoli extat epistola.Mõtes clari ea in regione sunt:Olympus & ossa:Gigantum fabula memoratur.Olympus uero ille est:qui tã excellenti uertice attollit:ut lĩæ in cynere scripta:ad usq; alterã anni cærimoniã permanere dicant. De quo Luca.in.iii.Nubes excessit olympus.Argos aliud nihilominus in attica nõ longe ab athenis fuit.Et aliud est:teste Pli.in Achaya Hyppiũ noiatum supra lernæ locum:a mari octo passuum millibus distãs:argos regnũcula.Vnde & græci ipsi Argiui ferunt cognominati. Thessalia ꝓuincia Olympus

¶ Bale⁹ q& Xerses.vi.assyriorum rex an.prio & .lx.uitæ Isaac assyriis regnat cœpit:& regna.an.30.

1855 3345 Iacob autẽ patriarcha Isaach filius:qui ꝓpter cumulatũ uirtutis prouerbiũ:Israel fuit appellatus:& ipse post nonagesimũ uitæ suæ annũ gẽuit:ex Rachael uxore sua Ioseph:ut habet.Gen.30.Quo nato.etiã aliis sex & quinquaginta superuixit annis:tandẽ in ægypto centũ & quadraginta sex hñs ætatis annos:defunctus est sepultusq; a Ioseph:cæterisq; filiis in hebron cũ patribus suis.Abraam & Isaach.Hic duobus noibus ꝓpter duplicẽ uirtutis usum noiatus est.Iacob enim athletam:& exercentẽ se latine dicere põt:quam appellatione; primum habuit:quom practicis operationibus multos pro pietate ferebat labores.Quũ autẽ iam uictor luctando euasit:& speculationis fruebat bonis:tunc Israelem ipsemet deus appellauit:æterna ꝑmia beatitudinẽq; ultimã:quæ in uisione dei ꝯsistit ei largiens:hominem enim qui deum uideat israel nomen significat.Vnde & sacræ litteræ de eodẽ sic loquunt:ꝙ aliquãdo lassus Scalã uidit:p quã angeli cõscendebãt:& descendebãt super quã dominũ innitentem uidit:qui lassis manũ porrigere uisus est:& fessos ascendentiũ gradus sui contẽplatione sustẽtabat.Hic itaq; sanctus Iacob: postq̃ Esau maioris germani subripuerat benedictionẽ:confestim mortiferã in se eiusdẽ fratris cõtraxit inuidiã:unde ut eius odium & indignationẽ declinaret:relictis parẽtibus suis in chanaã:in mesopotamiã solus ad laban auunculũ perrexit:ubi & ꝓpter uxorẽ habendã.7.annis cum maximis laboribus seruiuit:ue ꝙ cum pro altera ei ab auũculo supposita fuisset:rursus ꝓ optato cõnubio septẽnii seruitiis se subiugare uoluit:ibidem aũt cum.xx.annis apud ipsum laban auunculum suum sub mercẽnaria seruitute stetisset:tãdẽ cũ christi filiis ex quattuor uxoribus susceptis insalutato auũculo pariter & socero:occulta magis fuga q̃ libera proficiscendi expeditione discessit.Eo quippe in itinere quãtos pertulerit labores incõmodaq; ac necessitates:necnõ & erumnas sacræ litteræ serio referunt.dum maxime laban persecutionem extimuit:Dum fratris sui Esau formidauit occursum dum delusam Dinam unicã filiam suã perhorruit atq; alia pene innumerabilia.Verum priusq̃ in terram suam Chanaã ingrederetur in monte Galaad testimonii aceruũ extruxit.Quo extructo iurauit se nunq̃ amplius reuersurum ad locum ubi diu seruierat.Deinde ad torrentẽ laboth cum Angelo luctari cœpit:ꝓ quo eius emeruit neruus:& claudicare cœpit:statimq; Israel fortiri meruit nomẽ. Indeq; paulopost:Rachel illa sua quondã dilectissima cõiunx pro qua quondã auũculo seruierat iuxta Bethleem(in qua erat uirginitatis precio nasciturus dñs noster iesus christus) a filio doloris mortua est.Fuerunt itaq; huic sanctissimo uiro iacob uxores quattuor:Rachel uidelicet & Lya sorores:Zelpha & Bala:nõ quidem ancillæ sed subditæ.E quibus.xii.genuit filios atq; unicam filiã. Et primo ex Lya sex suscepit.Quorũ nomina sunt hæc:Iudas:a quo Regia tribus descendit:& deinceps dñs nr̃ iesus christus. Nota pulchre

Ruben q primogenita ꝑdidit.		Ex Rachael ãt ioseph & Beniamĩ.
Simeon & leui:a quo leuitarum genus	Ex Bala	Dan & Manasen.
Isachar & zabulon:atq; Dyna.	Ex Zelpha	Asser & Gad.

Et hi omnes patriarchæ fuerunt.A quibus duodecim iudæorum tribus profectæ sunt. De quorum quidem uita innumerabilia:uidelicet de fortitudine:prudentia:pietateq; dici possunt.Quorum alia secundum scripturæ uerba historicæ cõsiderantur.De quibus quidem patriarchis multi conscripserunt:ꝑsertimq; Eusebius cæsariensis in libro:quem de doctrina priscorum uirorum inscripserat.

3375 ¶ Armanitres:septimus Assyriorum rex hoc anno:qui est primus & trigesimus ætatis iacob post persem seu Baleũ patrẽ assyriis regnare cœpit:&.38.annis regnauit.Quo regnare incipiente:locutus est dñs ad isaach prẽm iacob ipsiq; eadẽ:quæ patri duo illa quæ ꝓmiserat:pollicitus est.s.dare ter-

ram: Chanaam semini suo: ac deinde in eius semine benedictionem oīum gentium. Geñ. 26.
¶ Phoroneus Inachi superioris argiuorū regis filius hoc anno qui est quinquagesimus ætatis Ia- 3394
cob patre eius defuncto (secundū Eusebium) argiuis regnare cœpit: & regnauit annis sexaginta. Homo sane insignis optimusq3: & sapientia eruditione: ac industria cōspicuus. Qui primus græcorum studia deaurauit: atq3 eisdem legum thesauros publicare non extimuit. Pro quibus Argos seu græcia clarior effulsit: & ipse apud eos maximam sibi gloriā comparauit. Nam ob hoc iuris ciuilis periti affirmant eum locū quem forum dicimus: in quo. s. iura petentibus reddunt̃ ab ipso denoīa
Notabile quid ri. Is autem ea die qua uiam uniuersitatis ingressus fuerat: leontio fratri suo ait. Mi frater aīaduerto: q̄ nihil mihi ad sūmam fœlicitatem deesset: si uxor mihi semper defuisset. Cui leontius: & qūo uxor obstitit. At ille: Mariti cẽs sciunt. Vtinam tu semel tātum maritus fuisses: quia equidem scires quid impediat fœlicitaté. Huic deo filii tantū fuerūt: uidelicet Egyaleus & Niobes: scd̄m Eusebiū.
¶ Phegœus phoronei prædicti frater doctissimus uir fuit: qui & ipse sua incredibili doctrina hac tempestate floruit. Qui quidem secundū diuu3 patrem Augusti. inter cætera docuit tempora per menses & annos: ac numeros obseruare græcos. Et ad deos colendos: & Sacella: & Aras primus instituit atq3 adinuenit. Vnde & post obitum eius prædictorum consideratione tanq̄ deus ueneratus est: atq3 ad eius tumulum confestim templum est constructum & sacratum.
¶ Ysis autem cui Io nomen antea fuerat: Inachi argiuorum regis filia: phoroneiq3 soror: & ipsa hisdem temporibus: non solū ob regiam dignitatem: sed etiam ob multarū uirtutum præstantiam insignis clarissimaq3 plurimum habita fuit. E ꝑpter apud ægyptios aliosq3 finitimos quosq3 populos: Sanctissimum ac uenerabile numen existimata fuit. Hæc et enim cū ipsius Inachi unica fuisset filia: ab Ioue secundo tandem fuit cōpressa: quæ ob paternum metum īpulsa: quibusdā amicis suis in solatium acceptis: Nauē conscendit: cui uacca insigne erat: ac sic ꝓspero uēto: ex Achaia secedens in ægyptum trāsfretauit. Ibidēq3 suo satisfaciens desiderio: quieuit: ubi cum cōperisset rudes & inertes populos: rerum humanarū omnino ignaros: ac bestiali ritu uiuentes: cupidine regnorum impulsa: nō absq3 labore atq3 industria: illos primū terras colere docuit: cultis semina cōmittere: ac tandem collectos fructus in panem cōficere. Insuper & uagos homines: ac semisiluestres in
Leges ægyptiorum unum reducens (legibus optimis datis) ciuili more uiuere docuit. Et q̄ longe ꝓstantius extitit etiā litteras ydiomati cōuenientes caracteribus adinuenit: & eas quoq3 eisdē docuit. Quæ cum mirabilia ꝑfecto insuetis & indoctis hominibus uiderent̃. Eam non ex græcia utiq3 uenisse dixere: sed e
Litteræ primæ ægyptiorum cœlo lapsam potius crediderūt. Et ꝑpterea diuinos eidem honores cōfestim cōstituerunt. Sed ea item mortua diabolo persuadēte in tantam euasit reuerentiā: ut non solum apud ægyptios ipsos singulis annis: sacra illi instituerent̃: uerum etiam apud Romanos atq3 alios multos: Templa prægrandia cōstructa fuerint. Huius itaq3 ꝓclare mulieris maritus Apis fuit: qui cū eadem multis ānis (ut suo loco dicemus) imperauit. Sunt tamen qui dicant: huic ysidi: Theglonum quendam fuisse uirum: & ex ea Epaphum: qui postea ægyptiis regnauit suscepisse. De hac quippe muliere ueteres poetæ multa ac multa finxere incredibilia: quæ cū ad historiam non pertineant omittimus.
¶ Ceres eius noīs prima cœli filia: & ipsa hac tempestate apud Siculos ueniens maximo ob īgē-
Primus agroru3 cultor & cætera quæ secūtur ad panē tes uirtutes fuit in ꝓcio. Ibidēq3 cū sicano siculorum regi cōiugio fuisset copulata: eo in loco tanto ingenio ualuit: ut & ipsa cum agrorū excogitasset cultum: prima apud eosdem boues domuerit: iugoq3 asseruerit: atq3 aratro adinuento uomere terrā sulcis ꝑscidit: & semina tradidit. Quæ cum ī segetem excreuissent: collectis spicis: flabellis separare & molis terere: ac panem conficere docuit: quom antea homines illi glandibus & pomis siluestribus tantūmodo uescerent̃. Ex quo homines cœpere inter se campos diuidere & in unum cōuenire: & humano ritu uiuere: dicente Virgi.
Prima ceres unico terram dimouit aratro. Prima dedit fruges: alimentaq3 mitia terris. Prima dedit leges: cereris sunt omnia munus: Ob quod meritū: quū mortalis fœmina esset: deam frugum arbitrantes: eam diuinis honoribus extulere. Huic aūt cum esset filia noīe ꝓserpiná a ioue scdo cōcepta: tandē ab Orcho Molossorū rege eidē rapta ꝓhibebat̃: quā ipsa mr̄ diu p multa uiarū & maris naufragia q̄siuisse tradit̃. Quæ qdē res maximā fabulatoribus occasionē ꝓbuit. Ceres altera nihilominus apud Eleusim Atticæ regionis ciuitatē: fuit eiusdē meriti apud suos clara. Cui Triptolomus postea admodū extitit obsequiosus: ambæ qppe: & deitate & honoribus exaltatæ.
¶ Oeta aūt & ipse Solis filius atq3 cæreus ꝓdictæ germanus: his temporibus in maiori Asia: cum plurimis suæ gentis militibus ueniens: tanq̄ strenuus miles: primum in Colcos sibi regnū ꝯstituit: uir utiq3 ferus īmanisq3 ac crudelissimus: qui & finitimis multas strages: & incōmoda intulit: atq3 hospites ad se uenientes plærūq3: necans: eos ꝓ uictimis īmolabat: hunc tradūt responsum habuisse illum tunc obiturum quādo externi nauigio in cholchos delati: aureū uellus abstulissent. Alius quoq3 fuit Rex Oeta nomine mediæ pater. De quo Homerus in odyssea multa loquitur.
¶ Colchos uero Oetæ huius regnum maioris Asiæ prouincia est: iusta pontum posita. Ad quam ferunt Iasonem cū argonautis ex Thessalia nauigasse: ut uidelicet uulgatū uellus aureū raperet: ut Diodorus lib. v. testat̃. Est aūt hæc prouincia oībus fructibus ferax: atq3 ēt oībus: quæ ad fabricandas naues pertinent opportūa. Sed ꝓcipue Ceram & picem. Linum quoq3 ac Canebem habūdātissime gignit: unde ob hoc eius lanificium uulgatum est: q̄ ad peregrina exportatur loca.

¶ Belochus

¶ Belochus octauus assyriorum rex: sexagesimo quarto anno ætatis Iacob: scdm Eusebiū Assyriis re gnare cœpit: & regnauit annis.35. ¶ Thessalorum regni exordium.

1779 3410 ¶ Thessalus magni crethi regis filius: eodem anno: qui & supra: secundū Euse. primus in Thessalia regnare cœpit: quæ prius (Plinio teste.4. naturalis historiæ) dicebat̃ Emonia: & ab ipso Thessalia postea appellata: quæ quidem græciæ quædā regio est: quæ ēt sub attica cōpræhendit̃: quæq; ut fama est: olim lacus fuit: a montibus undiq; conclusus. Ipsa & enim (ut Herodotus scribit) ab oriete pelyum habet montē & eius coniunctos colles. A septentrione autem olympum. Ab occidēte Pyndum: & ab meridie othrim: in quorum media concauitate ipsa thessalia conclauditur: per quā quinq; principales fluuios decurrisse dixit: qui postea in unum iuncti: in mare per unicum transitum tantum decurrebant. Et solius penei nomen retinet.

¶ Iacob sanctus patriarcha hoc anno a suo fratre Esau primogenitis emptis eiusq; benedictione surrepta in Mesopotamiam Syriæ iuxta sanctum matris consilium: ad laban auunculum suum: ex chananea descendit: ut patet: Genesis uigesimo octauo. A quo quom lætissime exceptus fuisset: mox suō gregi eū præficiens pro mercede sua: Rachelis filiæ speciosissimæ nuptias expostulauit: cui laban ipse cum gaudio ipsas repromisit. Quibus quidem exactis: & ipsam tandem Rachelem optatam accepit uxorem: ex quibus duabus octo legiptimos suscepit filios: & ex earum Ancillis quattuor: & hos omnes in spatio uiginti annorum.

¶ Ruben itaq; primogenitus Iacob: hoc anno: qui est quartus supra octuagesimū annus uitæ ipsius scissimi patriarchæ Iacob in Mesopotamia syriæ ex Lya uxore nascit̃: Anno deinde sequēti. Symeon postmodum annis singulis & leui Iudas & Isachar: atq; zabulon ex Lya ipsa: cum Dyna filia. Dein: ex zelpha ipsius Lyæ uxoris ancilla: Gad & Aser. Ex Rachele uero dilectissima coniuge Ioseph: & Beniamin. atq; postremo Dā & Neptalim ex Bala ipsius Rachelis serua ꝓgeniti sunt. Filiorū iacob nomina

¶ Esau uero Iacob ꝑdicti germanus: homo hyspidus: atq; pilosus: circa quē Isaach pater magnū habebat affectum: pauloante dum quadragenarius esset præter parentū uoluntatem duas ex alienigenis duxit uxores: Agamidam uidelicet Edonis filiam: & Alibamin Eusebonis uirorum inter chananeos ualde potentiū. Ex quibus & ipse quinq; suscepit filios: quorum Hieus quidē & Hielon: & Core ex prima uxore fuerunt geniti. Reliquos uero. s. heliphas & Rabuel ex altera: qui omnes habitauerūt in ydumea: quæ gobolitis erat dicta. Iste āt Esau dum adhuc iuuenis esset ætate: aliquādo uenationis labore esuriens suū fratrem Iacob inuenit sibi lentem ad prandium ꝑparasse: qui nimia incitatus uoluptate: rogauit ipsum fratrem: ut sibi cibi illius partem præberet. Quem uendere sibi primatum propter ipsum cibum ipse Iacob cōpulit. Ille autem nimia impatiētia famis cōpulsus: primatū cum iuramēto cōcessit. Atq; ita sua primogenita ꝓpter cibū Lenticulæ turpiter ꝑdidit: uerum eam suæ gulæ impatientiam: nihilominus lachrymis emendare non potuit. Erat itaq; Esau hic (teste Iosepho) fortitudine corporis inter cætera: ad uenationem aptus atq; armis: & omnibus operibus probatus. Ipse enim Esau Edon a puero a suis coetaneis uocatus fuit: & id quidem: propter lenticulæ ruborem. Hebræi nāq; Edon rubeum dicunt: & ideo Seyr regionem: in qua habitabat sic appellauit: quam græci Idumeam denominauerunt. Esau filii

¶ Idumea autem regio: quæ ex eo q̄ Esau Edon uocabit̃ nomen accepit: in Syria est q̄ aliquando (ut iosephus in secūdo antiquitatū refert) magna fuit. Hæc quippe a meridie Arabiæ est cōtermina. A septētrione uero phœniciæ: a qua eā libanus diuidere fert̃: in ea ædificata postmodū fuit Samaria regū israelis regia q̄ prius idumē fuerat appellata palmis abundās. De qua lucanus in.3. ait. Et arbusto palmarum diues idume. Et Virg. i Georgicis. Primus idumeas referā tibi mātua palmas.

¶ Ogigyus rex (teste Eusebio) his temporibus in Attica prouincia Achayæ regnauit: sub quo Diluium particulare permaximum: ea in regiōe fuit. Hic Eleusim ciuitatem: haud magnā: in Thera insula: iuxta Atticam: haud longe ab athenis condidit: a qua postea ipsa insula Eleusina uocitata fuit. Nunc prorsus deserta. De eadem enim urbe: seu insula. Seruius super primo Georgico. sic refert: Eleusis atticæ ciuitas est: in qua celous Triptolomi pater regnauit. Ad quem ceres quærens filiam proserpinam deueniens ipsum Triptolomum omne genus agriculturæ docuit: unde Ouidius in quarto fastorum ait. Iste quidem mortalis &c.

¶ Triptolomus autem ipse eiusdem insulæ Eleusis rex: Celoe & Menalinæ filius ea ī insula haud multo post natus est. Ad quem cū ceres (quærens proserpinam filiam) deuenisset: eū in cunis dormientem inuenit. Quæ uiso infantulo: ob ipsius nimiam speciositatem se ultro altricem obtulit: atq; eum gremio sustulit illa suo. Arreptoq; eo ter manu mulxit. Ac tria carmina (teste Ouidio) dixit uolens deinde puerum immortalem efficere: eum interdū lacte diuino nutriebat: noctuq; clā igne obruebat: quāobrem præter naturā puer excrescere cœpit. Quod cum parentes plurimū ītrarentur: nocturno tempore clā obseruare cœperunt: quid nam nutrix ipsa in puerum ageret: qui cum perpendissent eā infantulū igne obruere: Euestigio exclamare cœperunt dicentes. Quid agis mēbraq; ab igne rapiunt. Cui dea dum non uis inquit scelerata fuisti.

Irrita materno sunt mea dona metu Iste quidem mortalis erit: sed primus arabit
Et feret & culta præmia tollet humo. ¶ Ipsi itaq; Triptolomo ceres tria contulit beneficia. Hunc igitur filium cū quādoq; eis pater: tempore maxime sanus abunde aluisset: facto populi cō-

cursum patrem obtruncauerunt:pro quo & ipse admodum exterritus:cum longa manu seu trireme (cuius serpés erat insigne) ad exteras gentes adnauigauit:ubi maxima frumenti copia conquisita:mox in patriam lætus rediit.Ex qua cōfestim cæleo seu lynceo regni occupatore expulso: ipse in regnum paternum restitutus est.Verum non solum frumenta subditis affatim administrauit: sȝ ēt ad subleuandā futurā famē:facto aratro:illos p se terrā colere docuit.Ex quo cæteris pdictæ Aliūnus dictus ē.Eam obrē asseuerāt ipsum ī partibus Atticæ seu atticis:frugū usum primū adiuenisse.

¶ Thamar Iudæ filii Iacob patriarchæ nurus ex Odola ciuitate oriunda:hac tempestate cum aliquādiu ex duobus Iudæ ipsius filiis:stetisset uidua:cum Soceri suo extuaret incēdio:& horreret facinus ab ipso expetere:nil sibi ornamentis aptius rata:se uestimentis fuscis exuit:& meretricio cultu se cōposuit:quo turpissimum coytum assecuta est:quo quidem unico coytu concipiens duos uidelicet phares:& Zaram peperit filios.Ex quibus christi domini nostri genealogia descendit:ut habetur Mathei primo.Hanc hystoriam pulchram uide. Genesis.38 .ca.

¶ Rachel sancta Iacob sanctissimi patriarchæ consobrina:ac dilectissima consors:hoc anno q est tertiusdecimus supra centesimum uitæ ipsius iacob annis:apud Ephrata Chananeæ prouinciæ locum:cum ex Mesopotamia ueniret prægnans: ex partu uitam cum morte mutauit:quam uir eius iacob nimio dolore affectus:deflendo:& eiulando apud eūdem locum sub quercu sepelliuit:atq eundem filium suum editum:ad inditium doloris immensi qui ob eundem Matri prouenerat: Beniamin appellauit.Quæ sola (ut iosephus refert) in Ebron:inter cognatos honorem sepulturæ nō promeruit.Fuit itaq locus Ephrata postmodum tribui iudæ assignatus:ubi & sanctus Dauid rex ciuitatem haud grandem sibi extruxit:quam & Bethleem appellauit:in qua & dominus noster iesus christus nasci uoluit.Fuerat autem Rachel a puero maximæ pulchritudinis fœmina eximiæq formositatis nimium insignita:quas ob res ipsi suo consobrino iacob in Mesopotamiam properāti plurimum cōplacuit:& non ob aliam causam:uidelicet cognationis affectum aut fauorem aliquem a se susceptum:sed ipsius tantūmodo incredibili pulchritudine: qua præ cæteris mulieribus florebat obstupescebat.Nam iacob ipse:dum primum in Mesopotamia eam offendisset: & eidē suæ familiæ nobilitaté exposuisset.Rachel ipsi mox:propter paternum fauoré:ad lachrymas se cōuertens:eum amplexata est:quem cū osculata fuisset:maximo cum gaudio ad patrem Laban perduxit.Ab auunculo autem cognitus:& cōmuniter susceptus:sine formidine fuit. Quem cum ad curam alendarū ouium pfecisset:laborem ipsum gratanter sustinere spopondit:modo pro labore ipso nuptiæ ipsius puellæ a patre sibi pollicerentur:erat nihilominus & ipse inter cætera pulcherrimus:ac omni honore dignus.Quam tandem post.xiiii.seruitutis annos latanter ab ipso suo patre diuina dispensatione uxorem accepit.Quam cum accepisset etiam eidem maximus amor puellæ esse cœpit.Verum ante hanc Rachelem:ipsius sororem natu maioré:lya nomine acceperat uxorem:quam & propter ipsius fœditatem (ut Rachelé) non æque amabat.Quod cum animaduerteret Lya: eidem protinus magna sollicitudo circa amorem Sororis esse cœpit.Sperabat tamé: si suscíperet filios:& se fore a uiro honorandā:q & factum est.At Rachel metuens ne pter copiam partus sororis minorem apud uirū suum partem haberet & ipsa (ad inuitationem Sacræ) suam ancillam Balā collocauit cum iacob:ex qua nati sunt duo filii:postremo & ipsa Rachel diuino munere:edidit filium nomine Ioseph:q significat augmentum.Quo edito cum.xx.annorum tempus exactum esset.Quo iacob Soceri greges ad pascua duxit:Iacob ipse latanter:cum uxoribus: & filiis.xi.ab eodem discessit.Verū illis discedere uolentibus Rachel hæc Simulachra deorum patris: quos colere patria lege idem consueuerat:furata est:quos ipsa in ephrata:in terra:sub arbore quadam defodit:ubi & ipsa tandem sepulta est.Huius enim sapientissimæ mulieres mentio multis in locis sacræ scripturæ recolitur:propter quod merito cū Sarra & Rebecha sanctis mulieribus:in catalogo sanctorum mulierū annumerari potest: qui tanti sanctissimi uiri uxor fuit.

Ioseph

IOseph autem iacob ex Rachele uxore pdicta susceptus patriarcha castissimus: ac desiderioq oium optimus uir.Et ipse in toto centum & decem annis uiuēs: duos in Aegypto:ex Asenech filia putifaris Sacerdotis uxore sua:suscepit filios:Manasen uidelicet & Ephraym.Hic autem:cum ab adolescentia sua forma esset pulcherrimus: atq cū uirtute & sapientia:alios suos præcelleret fratres:a patre aliis plus diligebat.Cui siue ipsa paterna dilectio: siue somnia maximum fratrum cōcitarunt odium.Nam cum duas aliquando uidisset uisiones:& patri fratribusq retulisset:maximam nisi conflauit inuidiam.Quamobrem cū quindecim ætatis esset annorum:a fratribus in ægyptum uenundatus est.Ibidemq uitæ suæ triginta annis exactis:sterit coram pharaoné:& eius quidem interptans somnia prænunciauit septem annos ubertatis futuros adesse: quorum abundantiaȝ:septem alii sequentes anni steriles consumpturi erant.Ea propter rex ipse eum a carceribus liberauit:in quibus eum coniicerat sola castitatis integritas.Ipse enim sanctissimus atq castissimus ab adultera prouocatus:immo inuitatus:cum etiam eam tangere nollet ex manibus eius fugit:tanq a morsu quasi rabidæ canis: & ne paulisper eius uirus ferperet:etiam palium quod ipsa tetigerit reiecit.Ipsum itaq rex ægypto præficiens per annos octoginta purpura & corona redimitum in curru aureo incedere fecit.Et cum uirtute admirabilis esset omnia ratione disponebat:potestateq sibi concessa: omnibus in rebus humiliter utebatur.Quæ

res huiusmodi

res huiusmodi fœlicitatis apud ægyptios causa fuit.Hunc deniq; ioseph pater suus iacob: cum uniuersos filios suos benedictionibus benediceret:maximis inter cæteros prætulit preconiis. In primis ꝙ malorum memoriam circa fratres suos nō habuisset:sed in eis benignissimus fuerat:ac bona pro malis contulerat.Dixit itaq; filius accrescens ioseph filius accrescens:aspectusq; decorus:filiæ discurrerunt per murum:atq; exasperauerunt:& iurgatæ sunt eum:inuideruntq; illi habentes iacula:sedit in forti arcus eius & dissoluta sunt uincula brachiorum eius: per manus potentis iacob:
1695 3434 unde pastor egressus est lapis israel. Deus patris tui erit adiutor tuus: fili mi & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper:& benedictionibus abyssi iacentis deorsum: benedictionibus uberum & uuluæ:benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius: donec ueniret desiderium collium æternorum.Fiant inquit in capite ioseph:& in uertice Nazarei:inter fratres suos.Hæc Geñ.capitulo quadragesimonono.Hic itaq; sanctissimus ioseph:toto quasi tēpore uitæ suæ de multis temptationum generibus conflictatus fuit:atq; conquassatus: cui ac si tribulationum semina:species uidentur iustitiæ. Nam quotiens aliquid sancte uel pie gessit: totiens intollerabilium temptationū discrimina subire compulsus fuit:iustitiæ consentiens: & spe confortante perdurans: ut & nobis ita laborandum sit:quid in eo laudando: primo debeamus assumere iustitiæ sanctitatisq; perseuerantiam:an patientiæ & æquanimitatis uirtutem. Itaq; postq̄ in ægypto hic itaq; sanctus ioseph octoginta annis ita regnasset:completis centum & decem uitæ suæ annis:ibidem mortuus est.Ossa uero eius nouissime:quom hebræi inde digressi fuissent:in chananeā reportarūt:sicut eos adiurauerat ipse ioseph:quando mori debuerat.

¶ Messapus nonus Sicyoniorum rex:hoc āno:qui est primus ætatis ioseph:Sicyoniis regnare cœpit:& secundum Eusebium.47.annis regnauit.

¶ Balleus nonus assyrioꝝ rex:& ipse decimo uitæ suæ ioseph: Assyriis regnare cœpit:& secundū Eusebium quinquaginta duobus annis regnauit.

¶ Iupiter eius nominis secundus:Cœlii:uidelicet nonus filius his diebus:apud archadiam:ubi natus fuerat:ob ingētia eius clara facinora:insignis admodū fuit.Huius tamen gesta non certa habētur:an sua:an potius primi:uel tertii fuerunt Iouis.Eius tamen hoc gestum:pro certo fuisse tradunt ꝙ lycbaonem Archadū regem:in prælio uicerit: regnoq; priuauerit:eo ꝙ humana corpora in conuiuiis hospitibus ministraret.Quam ipse de iniquo:ac pessimo rege ultionem sumpserit cōdignā Et ob hoc primum iupiter apud suos uocari ceptus est.Sunt tamen qui dicant id facinus a Lysania primo ioue factitatum fuisse.Indeq; ex archadia athenas digressus:maximo ibidem i honoris culmine habitus fuit.Eo ꝙ etiam aduersus Ceum:qui latonā stuprauerat:ingens gesserit bellū: quo tandem superato maxima cum sui gloria Athenas denuo redierit:ubi & ioui primo bouem īmolauit:& multa ad laudabilem ciuitatem spectantia:apud eos instituit. Quibus ex causis iuppiter: cōmuni omnium consensu appellatus est.Huius tamen tempus nullus historicus præfixum apponere p̄sumpsit: licet nos huic loco ipsam apposuerimus:quindecim & enim filios eū genuisse tradunt:quorum prima Dyana:secundus Apollo:tertius Tytus:quartus Bacchus.5. Amphion.6. Chetus.7.Calatus.8.Pasithea.9.Egyales.10.Euphrosina.xi.Lacedæmon.12.Tantalus.13.Hercules.14.Minerua.15.& ultimus Archas.

¶ Vulcanum autem primum huius iouis germanum hac tempestate floruisse tradunt:licet Eusebius noster eum temporibus isaach floruisse dicat.De quo nil aliud habemus nisi quod de Minerua nepte sua prædicti iouis filia: Apollinē genuerit primum:fuit & enim hic totus igneus & inexausti amoris feruidus.

1747 3453 ¶ Apys quem Osyrim ægyptii dixerunt quartus Argiuorū rex:decimoseptimo anno uitæ ioseph: post phoroneum Argiuis regnare cœpit & regnauit annis trigintaquinq;.Hic Apis iouis ex Niobe Phoronei filia filius fuit:qui cum ipsi Phoroneo Auo in regnum successisset: & per p̄dictum tempus ibidem imperasset:& Agileum fratrem eo in regno p̄fecisset:ipse cupiditate maioris gloriæ ad ægyptios transfretauit:regnoq; illo assecuto.Ysidē ibidem regnantē uirginē inachi olim filiā matrimonio copulauit.Qui & ipse sicut uxor ysis:cum rudes homines offendisset:multaq; eos docuisset:& potissimū uini usum:mox loco dei optimi haberi cœptus est dicente Tibullo.Primus aratra manu solerti fecit osyris.Et tenerā ferre sollicitauit humū.Primus inexpertæ cōmisit semina terræ. Pomaq; nō notis legit ab arboribus.Hic docuit teneram Palis adiungere uitem.Hic uiridem dura cedere falce comam.Et alia multa quæ idem Tibullus de api pulchre p̄sequitur.Sed tandē. teste Seneca libro quem de sacris ægyptiorū composuit a Thipheo fratre occisus:atq; membratim discerptus est.Diuq; ab yside uxore quæsitus:postremoq; inuētus maximos in luctus illam prumpere cœpit.At ægyptiis:ob mariti membra cōperta:placata est:& locum: ubi ea inuenerat græcæ phyalas dixit ꝙ latine amicas dicimus.Confestimq; ad sepeliendū eum se accinxit.Locum quoq; cōperit:& elegit(pro illius sepultura)tutissimū & difficillimi transitus hoc est insulā noīe Abathon qui inaccessibilis interp̄tat̄:eo quod fuerit in palude iuxta Memphim limosa.In eodem itaq; loco ysis eum sepeliuit.Et paludē stigem hoc est meroem uocari uoluit. Nec ad ipsum insulam quāuis accedere posse constituit:nisi certis diebus & quibusdā inuitatis. Si quis aūt in ea palude forte deperisset:nec cadauer reperiri posset.Multis uero annis ægyptii ipsi:quædā sacra officia eidē exolue

Insula Abathō

re ꝯsueuerāt.Sed cū deīde eisdē ægyptiis Bos ad īstar numinis appere cœpisset:putarūt illū osiridē hūc esse:quē & mox ut deū adorare cœperūt.Cōmutatoq; noīe Apim uocauerūt:ac si dicerēt.Bouem sic.n.bos egyptiaca līgua apis nūcupaẗ.Nā teste Pli.in.8.natu.histo.Bos insignis:ex īprouiso illis appebat:quē certo detinebāt tpe ipsum adorātes.Et ut nōnulli ferūt p annū detinebant:alii aūt p decēniū dixerūt.Deīde qbusdā auctoribus referētibus:maxīeq; ipso Pli.statuto die sacerdotes illū in sacro fonte submergebāt:quo extīcto:mox alter:nō sine publico luctu q̃rebaẗ.Atq; donec aliū inuenirēt:ad istar ysis merebāt.Sed nō diu q̃rebaẗ:eūq; cōpertuz cētum antistites Memphim cū pueroꝝ gregibus populoq; ingēti:& omni genere musicoꝝ ꝓsequebanẗ:dicēte Tibullo.

Vide prīcipium adorādi uitulum

Te canit atq; suum pubes miratur osyrim. Barbara memphitem:plangere docta bouem.
Et Ouidius in.8.Methamorphoseos. Nūq̃q; satis q̃situs osyris. Sēper.n.pdunt sp & inueniūt.

Mira fatuitas hominū

Quo qdē inuēto populus ītra applaudēs læticia magna cū uoce salutabat.Hic aūt Memphim urbē clarissimā in ægypto ꝯdidit:atq; alia multa q̃ enarrare longū eēt.Qui eas obres:tāta apud ægyptios ueneratiōe hītus fuit:ut si qs post mortē illū hoīem fuisse dicere ꝓsumeret:ex īstituto publico capite puniręẗ.Et ob id in q̃busdā tēplis erat eius simulachrū:digito labiis impsso admouēs silētiū. Huius itaq; bouis quē Seraphim ægyptii arbitrabanẗ:iudæi postmodū delyrantes:& ipsi ī heremo ꝯstituti loco ueri dei coluerunt.Venerabaẗ pterea apis hic:& apud Alexādriā ægyptii mirabili cultu illum enim solē arbitrabantur.

RHODOS CIVITAS.



¶Rhodos ciuitas q̃ insula Rhodus nomē accepit:his tpibus scd̃m Euseb.a Thelchinis & cariacibus: a Phorōeo rege supatis:& pulsis in ipsa Rhodo:lyciæ insula cōdita ē. De qua Pōpo.sic refert:q̃ dū urbis ipsius fundamēta foderenẗ:rosæ capulū fuisse īuentū: a quo ciuitas & īsula simul fuit cognominata. Rhodos.n.græce latine dr̃ Rosa:prius tñ insula ipsa ophrisa dicebaẗ.Deīde Stadia. Et postea Thelchines ut dictū ē:eo q̃ Thelchines ipsi ibidē urbē cōdiderunt:ac uniuersam insulā incoluerit:quos nōnulli maleficos & fassinatores fuisse tradūt tanq̃ Stygiā aquaz: stirpibus & aīalibus perniciei gr̃a inspergerent.Alii tñ cōtradixere: Thelchines eximios fuisse artifices:primosq; ferri & æris ī asya fabricā inuenisse.Quos ex Creta in Rhodū ꝓfectos:uicini p inuidiam fassinatores dixerunt. Post Telchines autē Eliades insulam tenuere:quoꝝ posteri lyndum ac lalissum cōdiderunt.Poetæ aūt huius insulæ dignitatem & antiquitatē astruentes fabulā huiusmodi confixerunt dicētes aurū in ea pluuisse:quom Pallas in iouis capite nasceręẗ.Hæc itaq; insula nongentoꝝ stadiorum ambitu cōtinetur.In orientali promontorio cōstituta:quæ& portubus & uiis & mœnibus:olim sicut & nunc cæteras Asyæ urbes superauit:Romanis & Græcis semper amica:quæ quū libera esset:multis & donis & simul actris excellentissimis claruit:præcipue uero Colossii fama extitit insignita . Statuam enim illam alii Iouis:alii solis fuisse tradunt:quam cares lyndus(ut suo loco dicemus)decies septenum cubitoꝝ altam ex ære ædificauit. Multa nāq; hæc Rhodus ciuitas:per ciuilia Romanoꝝ bella perpessa fuit dāna.Hæc sub græcorū imperio calamitatibus caruit. Sed postq̃ saraceni ægyptū & Syriam:Turchiq; Asyam obtinuere: longe maioribus cladibus subiecta fuit.Et aliq̃n Venetoꝝ iugum aliq̃nq; alioꝝ xp̃ianoꝝ pertulit.Neq; ullo pacto turchoꝝ uiribus restitisset:nisi religiosi milites:qui beato ioanni dicati sunt:insulæ curam suscepissent.De quibus infra lib.18.latius dicemus. Ex hac quippe insula multi illustres uiri prodierūt:uidelicet imperatores atq; pugiles.E quibus panetii philosophi progenitores fuere:atq; alii permulti. 3456 1740

¶Apollo clarissimus medicus:Vulcani& Mineruæ filius his tpibus:Eusebio teste:apud Phocēses & Delios clarus insignisq; admodū fuit.Qui cū medicinæ artis reptor fuisset:ēt herbaꝝ uirium primus indagator fuit: dicēte ipso ad uirginē Daphnem apud Ouidi.lib.Metha.primo . Inuētū medicina meū est:opifexq; p orbē Dicor & herbaꝝ subiecta potētia nobis. Quanq̃ Pli.7.lib.naturalis historiæ:Chironē infrascriptū:eius artis inuentorē asseruerit.Hic itaq; Apollo phitonis & sapiæ deus a poetis appellatus est:q̃ Phitonē serpentē:q matrē latonā ꝓsecutus fuerat: sagittis cōfecerit. Accipiẗ āt hic q̃nq;.p sole:qa sicut ipse ī claritate solus hr̃:sic iste ī cognitiōe mediciæ tātā claritatē.

¶Chirō medicus iustissimus:necnō & uir sapiētissimus Saturni & Peiopeæ filius:hisdē tpibus(ut nōnullis pl3)bōitate multa:& īsigni īdustria clarus fuit.Hic ī prīs cētauroꝝ ductor nutritorq; Esculapii ac magni doctor Achillis extitit.Qui ut multi affirmāt medicinā:& herbaꝝ bōitates primus īuenit:quā sciam postea antiq̃ssimus factus:Esculapiū atq; Achillē docuit:quē cū uidissent mortales (ut dicit Isydorus)hoīu3 pariter & iumētoꝝ medicinā īuenisse illū hoīs & Equi filiū fuisse dixerunt.Et Chyron iō denoīatus ē:ut ītelligereẗ:qa chyrugiā:nō physicā repisset:q̃ leui doctaq; manu operarum

nu operari solet. Hic (teste Orpheo) cū Argonautis nauigat: & illorū iudex ac medicus fuisse dicit: ubi & Achyllem cytharā pulsare docuit. Tādē cū Herculem hospitio suscepisset: & eius arma contra staret: sagitta e manibus eius cadens suum læuum uulnerauit pedem: dicente Ouidio.

Dumq; senex tractat squallentia tela uenenis. Excidit: & læue fixa sagitta pede.
Sed dixit Oui. illū unq̄ tali uulnere liberatū: & post nonū diē ne amplius dolore cruciaret: deorū miseratiōe ad cœlos tractū: unde ait. Ipse etiam lectas pegaseis collibus herbas.
Temperat: & uana uulnera mulcet ope. Et infra subdidit.
Nona dies aderat cum tu iustissime Chyron. Bis septem stellis corpore cinctus eras.

Tandem cum uenisset in mortem (Ochyroæ unica tātum filia dimissa) ob meritum uirtutis suæ ad perpetuam suæ uirtutis memoriam inter astra locatus ab antiquis fuit.

¶ Ochyroæ autem huius chironis ex quadam nympha filia suscepta: magni spiritus & ipsa fuit fœmina: quæ non contenta paternas artes tantū ædidicisse: nisi & fatorū caneret archana: unde & Esculapium orbi toto prædixit profuturum. Et suum patrem: optaturum sibi mortem &c.

¶ Venerē magnā cœli dieiq; (ut Cic. scri.) filiā hisdē tēpibus fuisse dicūt: licet alias tres fuisse: idē Cic. de natura deorū ostēdat: sed hanc primā uulgatissimāq; affirmat. De q̄bus oībus cūū multa a poetis ꝯficta fuissent figmēta: de ista tamē p̄cipue pp incōparabilē sui oris splendorē: ac totius corporis decorē multi īsanientes etiā illā cœli ipsum sydus qđ uenerē nuncupamus dixerūt. Atq; alii nō terrestrem qđē sed cœlestē fœminā ex Iouis gremio in terrā lapsam dixerunt. Vnde & multi eā ob rem deam īmortalē ipsam affirmabāt. Cuius filiū geminū amorē fuisse poetæ dixere: quē & cupidinē nominauere. Et cū ex deab⁹ gentiliū uenerādissima eēt habita: nō solū apud cypros suos thure placata fuit. Verū ēt mortuā & īcestuosam fœminā eo delectari odore existimabāt: q̄ uiuēdo ī postribulorū uoluptatibus utebat: & nō solū apud suos sed etiā apud Ro. q̄ ei tēplū sub titulo ueneris uirginis cōstruxerāt: p̄cipuis honoribus uenerata fuit. Hæc quippe tribus uiris nupsit: q̄bus mortuis cūū iuuencula & formosa admodū haberet fœmina: in tam grādē luxuriæ pruritū mox deuenit: ut oēm decoris sui claritatē crebris fornicatiōibus macularit. Vnde & prima (ut aiunt) meretricia publica adinuenit: fornicesq; īstituit: & matrōas inire cōpulit. Quod qđē execrabile scelus apud Cyprios in ꝯsuetudinē q̄si deductū est. Nā idē Cyprii hāc ꝯsuetudinē imo potius corruptellā seruare ꝯsucuere: ut uirgines suas ad littora mitterēt: ut nauigātiū uterent ꝯcubitu: & sic futuræ castitatis suæ libamēta ueneri uiderent psoluisse: & p suis nuptiis dotes q̄siuisse. Ipsa itaq; uesta dicta ab eisdē fuit: q̄ apud Cyprū uiridariū deliciosissimū atq; amænū ad suā explēdā libidinē ꝯstruxerit. Multa igr̄ de his tribus ueneribus apud multos referunt: q̄ breuitatis cā a me omittunt. Sed si uis uidere lege Ioā. Bocha. in suis deorū genealogiis libris: u3. 3. &. 4. &. 5. nonoq; atq; undecio: ubi multa de eisdē diffuse pertractat.

3724 3475 ¶ Dynastia decimaoctaua Dyapolitarū: hoc anno q ē tertius & q̄dragesimus uitæ Ioseph: ægyptiis cœpta ē: q̄ & sub regibus. 15. trecētis q̄dragintasex annis durauit. Quorū primus amasis regnauit annis. 25. q pastorū secta depulsa oēm regni possessionē in p̄dā accepit: atq; eorū nomē oīno desup terrā deleuit. Huic aūt a menophis successit: q & ipse. 12. annis regnauit. Tertius successit noīe Ephres q & ipse. 12. annis regnauit. Quartus Misphar mutosis annis. 26. Quītus Tuthemosis annis. 9. Sextus Amenoptes annis. 31. Hic est quē qdā Menononē putāt: cuius statua usq; ad aduentū Xp̄i sole oriente uocē dare dicebat: Septius Orus ānis. 38. Octauus Accenedis annis. 12. Nonus Achoris annis. 9. Decimus Chencres annis. 16. Vndecimus Acheres annis. 8. Duodecius Cheres annis. 15. Tertiusdecimus Armeus: q & Danaus annis. 5. Quartusdecius Raniēsis: q & ægypt⁹ annis. 68. Vltius Menophis annis. 40. Quibus finitis. decimanona dynastia subsecuta est. 144. annis porrecta.

¶ Heractus decimus Sicyoniorum rex: hoc anno: qui est quinquagesimus uitæ Ioseph: ipsiusq; imperii uigesimo anno: post Mesappum regem: Sicyoniis regnare cœpit: & regnauit annis. 46.

SPARTA CIVITAS IN LACEDAEMONIA.



¶ Sparta: quæ alio nomine Lacedæmon prouincia appellatur: his temporibus: Eusebio teste: a Spartho phoronei filio: in Pelopōnensi regione condita est. A qua quidem ciuitate & ipsa Sparta: seu Lacedæmonia: dicta est. Quæ postmodum per tēpora extitit insignis: & præstantissima græciæ ciuitas: quæq; & diu cum Atheniensibus grauia gessit bella: pro quibus ambo tandem ruerūt: his autem Spartanis lycurgus leges dedit atq; instituit: Verum tamen Iustinus in. 3. Epitholio. illam Spartam: alia de causa fuisse appellatam refert: ut infra alio loco dicemus. Fuit aute3 Sparta: seu Lacedæmō. chilōis p̄hi p̄ria: ut Pli. li. 7. refert: lāpedo quoq; Lacedæmōia ī ea fuit fœmina certe in oī æuo fœlix: atq; fortūata: ut pote regis filia: uxorq; ac mr̄.

¶ Altadas decimus assyriorum Rex: post Baleum septimo & quinquagesimo anno uitæ Ioseph Assyriis regnare cœpit: & regnauit annis.32. 3482 1710

¶ Etheologia ægyptiorum hic incipit.

¶ Aegyptiorum theologiam fabulosam huius sanctissimi uiri Ioseph tẽporibus: apud Memphim urbem initium sumpsisse: Diodorus siculus innuit. Offerebant namq; ægyptii antea: tantummodo Deo herbam uirdem: quia productiuarum terræ uirium primitias manibus offerentes: dicentes arbores: ante quam animalia terram produxisse: herbas uero prius quam arbores. Ex herbis igitur integras quasdam sumentes cum foliis radicibus: ac fructu partes concremabant: & ex ea tali exalatione: cælestibus litabant: uerum a diuo Abraam de cælestibus non mediocriter edocti: cum oculos in cœlum eleuare cœpissent: & motum & ordinem: & quantitates cælestium corporum admirati fuissent: confestim Solem & Lunam Deos putauerunt. Hac autem tempestate Osyre & Isyde: eorum Heroidibus: & regibus morte sublatis: protinus Osyrim: Solem: Lunam: uero Isym nuncupauerunt: a proprietate quadam inditis sibi talibus nominibus: A quibus trinis temporibus: uere: scilicet & æstate: ac hyeme: inuisibili motu circunductis: mundus gubernatur: & omnia nascuntur: aluntur: & augentur. Quæ quidem tempora quanuis inter se aduersentur: mirabili tamen concordia: annum conficiunt. Horum autem duorum Deorum: alterum ignis: & spiritus. Alterum humidi & sicci: utrunq; uero aeris naturam producere uidemus: quibus omnia & oriuntur: & conseruantur. Ita totum quidem corpus naturæ omnium ex Sole & Luna originem trahere affirmabãt. Hos itaq; heroas: cum uitam eorum: ex multis rebus a se inuentis excoluissent tanquam benefactores: communesq; patronos: existimantes eos: quia Deos adorare cœperunt: quibus & Statuas: & Simulachra: templa quoq; statuentes naturales Deos: uidelicet Solem: & Lunam: eos existimarunt. Succedentibus deinde tẽporibus: quæcunq; Soli consecrata animalia ægyptii putassent: etiam magnis honoribus uenerabantur. In tantam namq; insaniam deuenere: ut etiam Scarabeum: abominabile apud nos animal: summopere uenerarentur: ipsam quandam animantiam Solis effigiem habere putantes. Nam Scarabeus omnis uirilem habet sexum: qui spermate in stercus infuso: pila deinde ex eo confecta pedibus inuoluit: ueluti sol cœlum cum mensem lunarem expectat: Tanta itaq; huiusmodi fabulosa Deorum superstitio apud ægyptios conualuerat: ut cuncta eorum sacra mira religione excolerentur. Vnde & eorum sacerdotes (sicut diuus noster refert Hieronymus) semper in eorum templis die noctuq; stabant: & omnibus mũdi curis postpositis solum rerum naturas: ac rationes syderum contemplabantur. Vnde cauebatur ne cum mulieribus (pro eo rempore quo diuino cultui deseruiebant) miscerẽtur: neq; cognatos: aut liberos unquam uiderent: & a carnibus ac uino omnino abstinerent. Panem uero raro etiam comederent: sed oleribus tantummodo cum oleo uterentur. Cubile autem eorum ex foliis palmarum fuisse confectum scribit. Misertus deniq; dominus noster Iesus Christus: tanta uetusta cæcitate per euangelicam diui Marci Euangelistæ doctrinam ægyptios istos liberauit: qui spiritu sancto inflammatus: docuit eos totius mundi ac solis & lunæ creatorem: dicenti fide colere: nec elementa corporum: nec uisibilia alia quæq;: sed eum qui per ea inuisibiliter cognoscetur creatorem.

Nota de scarabeo

¶ Iacob Sanctissimus Patriarcha: hoc ipso anno: de Christo: deq; uocatione gentium apertissime prophetizans: in ægypto constitutus annos natus centum quadraginta septem fœlicissime diem obiit. Cuius quidem prophetia (ut Vincentius gallus refert) breuiter talis fuit. De stirpe inquit Iuda filii mei imprimis uirgo nascetur stellam habens bysinam: uestemq; candidissimam: de qua nascetur agnus immaculatus: qui est agnus Dei gratia saluãs omnes: cuius regnum erit in æternũ: quod minime corrumpetur: dominus Deus magnus itaq; apparebit in terra: ut homo corpusq; assumet: & comedet ut homo. Orietur astrum eius in cœlo: ac ipse in terra ut sol resplendebit: cœli aperientur super eum: & ex templo gloriæ ueniet ad ipsum sanctificatio non modica cum uoce paterna & ipse effundet spiritum gratiæ super nos: eritisq; filii eius in ueritate. Hic erit ex leui sacerdos: & ex iuda rex: deus & homo: mediator Dei & hominem qui omnes tenebras de sub cœlo tollet: & erit pax in uniuersa terra: uox deniq; impie agetis contra eum: nescientes eius resurrectionem. Ipsius autem innocentis sanguinem recipietis super capita uestra: & in passione ipsius petræ scindentur: & sol extinguetur: & cætera quæq; turbabuntur: inuisibiles spiritus contremiscent: & infernus spoliabitur. Ipse uero portas Paradisi reserabit: & stare faciet minantem gladium aduersus Adam: & dabit sanctis comedere de ligno uitæ. Belial ligabitur ab ipso. Tunc uidebitis Enoch Noe Sem & Abraam Isaachq;: ac meipsum patrẽ uestrum: resurgentes a dextris in exultatione: suisq; filiis potestatem dabit conculcandi perniciosos spiritus: & quotquot crediderint in eum in terra utiq; gaudebunt. Tunc omnes resurgent: & ii quidem in gloriam. Impii uero ad ignominiam: atq; in primis israelem iudicabit: quia non crediderunt ei &c. Eo itaq; mortuo diebus triginta conditus aromatibus fuit. Indeq; concedente sibimet rege celebri pompa: corpus in Ebron a ioseph delatum: in spelunca duplici: multa cum largitate sepellitur: ut patet Genesis.49. Tunc quippe Ethnicorum mos erat nouem diebus incondita corpora seruare: singulisq; diebus ea callida ꝓfouere aqua: & ꝑ interualla ꝓclamare: ut si quis forte spiritus interclusus esset: ipsis clamoribus 3600 1599

excitaretur

excitaretur. Condita uero quadraginta diebus seruabantur. Hebræi autem septem tantummodo diebus incondita seruare consueuerat. Condita autem triginta. Hinc diei septimi & trigesimi apud nos obseruatio inoleuit: quā nunc sacra obseruat ecclesia: sicut habet̄ in decretis.13.q.2.c.Q uia alii.

1599 3600 ¶ Prometheus Iapheti ex Asya coniuge Nympha filius hisdem tēporibus testibus diuo patre Aug. decimo octauo de ciui. Dei. Eusebioq; in archadia claruit: uir utiq; ingenii acutissimi: & spectatissimæ peritiæ: qui homines incompositos: ac nimium rudes: ad policiores mores composuit: simulachra quoq; hominum primus de terra formauit: & ea arte quadam ueluti spiritum habentia moueri fecit. Pro quibus fabulationes multæ confectæ sunt: inde cum in altissimo montis resideret. Astrologiam didicit: eamq; prius assyriis docuit. Insuper & ignem e silice prius eduxit: ut Pli. testat̄. Vsum insuper anuli (sed ferre) primus inuenit: quem & quarto digito: in honorem cordialis uenæ portari instituit. Tempore deinde procedente apud Romanos (ut Isydorus decimonono ethicorum libro refert) statutum emanauit: ut liberti ciuesq; aureo uterentur anulo libertini argenteo. Serui uero tantummodo ferreo: deniq; prometheus hic Fulminum: in ipso caucaso monte rationem etiam deprahendit: propter quod ignem cœlestem illum furatum fuisse tradunt. Hunc sapientissimum uiꝝ: & diuus pater Augustinus in libro de ciuitate dei: & post eum Rabanus: & Layon carnotensis: ac Ouidius: Oratiusq; necnon & Claudianus in suo panegerico: & alii permulti doctores suis in operibus miris extulerunt laudibus: ut in eorum operibus aperte monstratur. Prima simulachra ignis e silice primus Anuli primus usus

¶ Athlas & ipse archas prædicti promethei frater: seu ut aliis placet filius: Maiæq; magnæ pater hac etiam tempestate uir excellentissimæ uenæ ac contemplationis immensæ effulsit clarus. Quippe quum astrorum cursum: peruigili studio comprahendisset: primus de astrologia inter græcos differere præsumpsit: propter quod finxerunt fabulæ eum cœlum portare: quamuis idem mons suo nomine nuncupetur. Cuius altitudine cœli portationem in opinionem uulgi uenisse credibile est. Hic itaq; septem genuit filias Nymphas appellatas. Quarum hæc sunt nomina. Prima Maya: postea cuiusdam Mercurii mater: & Iouis tertii concubina. Secunda Electra Dardani matre. Tertia Sthenope martis concubina: & mater Parchon: & Celben: quæ habita est perpetua uirgo. Quinta Celene Neptūni concubina. Sexta Thayeta uel Thayethen: Tantali & apollinis: & Thessali ac lacedæmonis mater. Septima dicta est pyrra. Hæ septem Sorores ab insula Hesperida dictæ sunt Hesperides. Tres autem celebres athlantes fuisse ab auctoribus dicuntur. Quorum primus hic archadicus creditur. Alter thessalus inde Maurus fuit: tertius ille.s. qui cum Hespero fratre ad mauros transfretauit. Nymphi

¶ Athalas præterea quartus fuit italus: qui uulgo fertur: apud thesulas ethuriæ ciuitatem imperauit: uerum quo imperauerit tempore non satis certum habemus. Licet sint qui dicant ipsum hoc tpe regnasse. Et ipse quoq; septem alias genuit filias: Plyades dictas. Q uaꝝ prima similiter dicta est Maya: altera Electra etiam alterius Dardani mater & Theucri. De quibus Papias refert: ꝙ ex latio Dardanus in phrygiam profectus fuit: ubi Ericthonū genuit filium: qui pater fuit Trois: a quo postmodum troia nomen accepit. Et hinc colligitur ꝙ troiam ex Italia primum traxere principia. Plyades filiæ

¶ Hesperus autem prædicti promethei frater: hoc anno athlante germano: Italiæ rege defuncto in regnum successit. Q ui primo apud Hispaniam regnans demum a fratre pulsus: in Italiam uenit: & ea quidem loca: ubi nunc italia est occupans: Hesperiam a se nominauit. Vnde Hesperus occidentalis stella etiam ab ipso Hespero cognominata est. Hic tres filias genuit. Quas ab insula Hesperide: quæ in oceano Ethiopico est: ubi eas enutriri fecerat: Hesperides cognominauit. Q uaꝝ noīa sunt Eglē: arethusa: & Hespertusa. Hæ a poetis amœnissimum uiridarium custodire cū uigili dracone dicebant̄. In quo aureæ arbores erāt aurea tenētes poma. Q uæ teste Oui. li. 4. Metha. qa thenuis ꝑdixerat a quodā Iouis nato esse diripiēda: idq; pomariū mōtibus circūsepsit. Sed tādē Hercules ad illa rapiēda ab Euristheo missus: occiso dracone aurea mala tulit. Dicente Lucano lib. 9. ubi de hoc orto plura locutus est. Abstulit arboribus præcium: nemoriq; laborem.

Alcides passusq; inops sine pondere ramos. Rettulit argolico: fulgentia poma tyranno.

1589 3610 ¶ Hesperides autem hæ insulæ in oceano ethiopico sunt a prædictis tribus hesperi filiabus sic appellatæ. Quæ quidem maris fluctuoso meatu procul uisentibus: tortuosum anguem mentiebatur. Sed præter arbores oleaftris similes: & aram sacram herculi: nil aliud præferunt: quod propaget uetustatis memoriam: ut plærisq; dicitur. Ouium nihilominus greges ibidem fuere tanꝗ sterili & arido solo: quæ purpuream lanam producentes: ab hercule raptæ dicuntur. Dicente Ouid. 4. metha.

Mille greges illi: totidemq; armenta per herbas. Errabant: & humum uicinia nulla præmebat.

Arboreæ frondes: auro radiante micantes. Ex auro ramos: ex auro poma tegebant.

¶ Epimachus: alter promethei frater: & ipse hisdem temporibus fuit. Hic genuit pyrrum: ex cuius stirpe fastida fuit. Qui ex regina terra. xii. Gigantes progenuit: uiros utiq; fortissimos. Quorum no-

1372 3627 mina sunt: Thypheus & Briareus atq; alii decem.

¶ Argus qntus argiuoꝝ Rex: post Apin seu Osyri: ī ægyptū ꝑfectū: hoc anno argiuis regnare cœpit: & regnauit annis. 70. Húc cētū oculos habuisse ferūt. i. cūcta uidisse sua īcōparabili sapiētia. Hic primā nauē Iasoni in Cholchos eunti fabricauit: q̄ ab ipso auctore Argos denominata fuit: in qua idem Iason uolens accedere ad uellus aureum quærendum: omnes fere græciæ iuuenes conuocauit: iter quos fuere hercules: Orpheus: Castor pollux: & alii plures splēdidissimi iuuenes: q semidei a

Statio appellati fuerant:sub isto itaq; argo rege Calicias primum Argiuis functus est sacerdotio.

Plemeus undecimus Sicyoniorum rex:post Heratum regem sexagesimo octauo uitæ Ioseph: suis sicyoniis regnare cœpit:& regnauit annis.48. 3628 1571

Manutius.xi.assyrioꝝ rex:althada rege uita functo:assyriis regnare cœpit:& regnauit annis.30.

Læuitarum genealogia hic initium sumit.

Leui Iacob sanctissimi Patriarchæ:ex Lya uxore filius:a quo læuitaꝝ iudæoꝝ familia:post mortem patris:circa hoc tempus in ægypto degens:ibidem:Ioseph fratre imperante:centum triginta septem annis natus:naturæ cōcessit:relicto filio nomine Cath:annoꝝ.40.a quo & alter Abraam seu Amram natus fuit:in cuius quidem ætatis quartodecimo(ut Eusebius refert)Ioseph similiter suum diem obiit. Abraam seu ut aliis placet:Amram:deinde & pastor:uxoré Iocabeth: auunculi sui filiam:& ipsum duxisse uxorem refert:ex qua cum esset ætatis annoꝝ septuagintaseptem.Aaron & Moysen filios suscepit:inter quos tres anni intercessere:mortuusq; est:& Amram centum & trigintasex annos habens:ipse itaq; Leui cum esset ætatis.20.annoꝝ & sex mensium una cum Symeone germão suo natu maiore:uir certe īgentis spiritus cū apud Hemor regé decem annis stetissent: una dieꝝ uidens Dynam sororem suam:decenné a Sichē Hemor prædicto filio fuisse stupratam:nimio zelo succēsus:atq; cōmotus ipsum Hemor & Sichen:atq; alios ipsius filios:cæterosq; oēs urbis mares interficit:quæ res cum patri suo Iacob innotuisset: ꝑmoleste nimium tulit:unde & in morte sua: cum filios omnis suis benedictionibus benediceret:sic inquit.Symeon & Leui uasa iniquitatis bellantia:in cōsilio eoꝝ nō ueniat anima:quia interfecerunt uirum in liuore suo &c.Geñ.49.

Exodus liber hic initium sumit.

Seruit⁹ HEbræi in ægypto sub seruitute Pharaonis fuerunt:secundum Isydorum annis.24.uerum secundū diuum patrem Augustinum.145.Quom ergo mortuus esset Ioseph: Amenoptes quartus post Ephten Pharaonem:cū aliis ægypti Pharaonibus: populum Israel nimium exosum haberet ꝑpter ingenii magnitudinem:laborumq; industriam: ac opum affluentiam:atq; sobolis elegantiam:eum callide opprimere constituit:ne scilicet multiplicatus in ipsum aliquando cōsurgere posset:quamobrem multimodas statuit eidem populo opeꝝ angarias imponere:utpote lateres coquere fossas purgare:& lutū inde exportare:ac alias pene innumerabiles oppressiones īponere:qbus qdem oppressionibus:ab uxoꝝ amplexibus cessarent:ac p hoc eius ꝓles cessaret & in nihilum redigerent̃.At ipsi hebræi:dum in his calamitatibus obuersent̃: contigit ut qdam sacroꝝ scriba:ꝓscius futuroꝝ:Pharaoni ꝓnunciaret:unū ex hebræis mox nasciturꝝ:q ægyptioꝝ regnū humiliaret:filiosq; Israel exaltaret:cuius uirtus trāscenderet uniuersos.Et ꝓpea ꝯsuluit regi:ut hebræoꝝ īfantes oēs oīno interficeret.Veꝝ adhuc ipso populo magis:magisq; crescente:& multiplicante ꝑcepit obstetricibus:ut hebræas abstricando mulieres:eaꝝ mares quoscunq; interficerent:fœminas uero reseruarent:tanq̃ inualidū sexum:& ad ægyptioꝝ libidiné delicatū:sed etiam adhuc eodé populo crescéte:denuo mādauit:ut eoꝝ nati in flumine ꝓiicerent̃:ut ita hebræi demū ad nihilum oīno redigerent̃:sed cōtra Dei uoluntaté nihil ꝓualere potest.Quapropter tempestate ista hoc est anno.8.& uigesimo regni Amenophis:puer qué ꝓdixerat sacerdos ille scriba.s.Moyses Amram iudæo uiro nobilissimo natus est.Qué pater ipse suus:cum tribus mésibus occultasset: uidens ꝙ amplius eū celare nequiret.Tiscellam scirpeā sumpsit eam pice & bitumine liniens:īfantem.cum lachrymis intro composuit:atq; ipsum in carecto ripæ fluminis exposuit:eius saluté Deo optimo derelinquens.Fluuius auté puerulum suscipiés:ꝑ alueum deportabat:quem Maria eius soror matris iussu subsequebat̃ a longe uolens ītelligere rei finem.Tunc deus omnipotés ostédit non humana ꝓuidentia:sed quocunq; uult ipse fieri:optimum effectum ꝓtinus adipisci.non eos ꝓualere:qui cautela sua alios cōdemnare nitunt̃:unde & hunc puerulū inopinabiliter saluauit. Thamur auté quæ Pharaonis filia erat:tunc circa illius fluminis littus:suis cum puellis ludebat: quæ quum illud uas uidisset a fluuio deportari:cōfestim ꝑcepit suis illud sibi afferri.Apertoq; uase in eo comperit infantulum:mira indole:& elegātia insignitū:pro quo nō mediocriter gauisa est.Mādauitq; protinus mulieré sibi adduci quæ mammas infantulo ꝓberet.Veꝝ cum permultæ illi adductæ fuissent: nullius mammillas suggere uoluit.Astabat & Maria eius soror cum aliis ad uidendum.Quæ ait: frustra o Regina ad nutrimentum huius infantuli has aduocasti mulieres: quæ ad ipsius notitiam nullatenus pertinent.Sed si placet:unam ex mulieribus hebræorum euestigio adducam:a qua indubitato eius ubera excipiet.Cui dixit uade:illaq; confestim matrem ad reginam consociauit:At puer uisa matre:illico ad eius ubera accessit.Quo uiso regina ignorans ipsam esse matrem eidem paruuli curam commisit.Cui secundum rei euentum Moysi nomen imposuit: quasi e flumine saluati. Aquam enim ægyptii. Moysi uocant. Ses uero saluatus. Componentes itaq;(ut Iosephus ait)hæc ex duobus prædictis dictionibus id Moysi nomen eidem imposuerūt. Hoc est ex aqua saluati.Ipse igitur ex leui stirpe originem duxit. 3641 1558

Criassus quintus Argiuorum rex agri regis filius anno quintodecimo hebraicæ seruitutis: Argiuis regnare cœpit:& regnauit annis.54. 3655 1544

Asya nimpha Oceanum Thethiosq; filia:Iapeti uxor:ac promethei prædicti mater:siue(ut Herodoto placet)uxor:per hoc tempus Varro refert eam regionē:quæ asia minor dicitur:inhabitans:

& Asiam

& Asiam nominauit in qua quidem: quamdiu uixit: fœlicissime imperauit. Est autem Asia maior & minor: quæ quidem regiones tertiam partem mundi efficiunt. Est autem regio permaxima. Minor itaq; Asia: quæ ab hac Nimpha proprie nomen accepit: mediterraneo mari cingitur: & phrygia: ac lycia ꝯclusis terminaꝛ. Habet. n. a septẽtriõe Bythiniã: ab occasu ꝑpontidẽ & ab oriente Lyciã. In ea qngẽtæ ciuitates qñq; fuere. Quæ ptita: nũc īfrascriptas ꝯtinet ꝓuincias & īsulas: uidelicet: Galatiã: Bythiniã: Lychaõiã: Paphlagoniã: Saloné: Mysiã: Olypinã: Pergamũ: Eoliã: & Lesbũ: Ioniã: Cariã: Lydiã: Lyciã: Pãphiliã: Phrygiã: Cyliciã: Rhodũ: & Cyprũ. Quæ qdẽ: sicut olim Asia appellabaꝛ: nũc ꝓ maiori pte: ex augmẽto turchoꝝ nõis: Turchia est nõiata. In ea beatus Ioã. euãgelista: primũ Christi Euãgeliũ ꝑdicauit: uniuersamq; xp̃i iugo subiugauit: quãobrẽ ibidẽ pulcherrimas ecclesias erexit: unde & postmodũ plurimũ martyrio: ĩ ea ꝓ xp̃o coronati fuerũt sancti: quorũ plane ꝯstãtia ibi cessauit oĩs spurcitia ueteris ydoloꝝ cultus. Sed nr̃o (ut ita dixerim) sæculo & infortunio factũ est: ut Turchoꝝ aduentu: cuncta ibidẽ ĩmutata sint. Mahumetea qppe lex: p eosdẽ turchos: xp̃i euãgeliũ reppulit: christianoꝝ nr̃orũ auaritia & inertia: Ea plane regio siue prouincia plurimos doctrinis excellẽtes ꝓtulit uiros: quos inter Apollodorus orator Augusti p̄ceptor fuit: & Galienus insignissimus medicus: & Anacreoni Minermus: Antimachus: Alceus: & Sapho mulier oẽs poetæ. Hystoriæ uero ꝯditores: Herodotus: Exãthus: & Theopõpus: Ac septẽ sapiẽtes: uidelicet Thales: Bias: & Pithacus: Cleantes: Anaxagoras: Heraclitus: & Anaximãder: & alii pene ĩnumerabiles: Asia uero maior: ab Asio chori filio: denõiata fuit. Quæ a meridie p orientẽ usq; ad septẽtrionẽ ꝓtendiꝛ. Terminos aũt habet a meridie Nilum: A septẽtriõe Tanaim: tribus hãc ptibus tangit oceanus: & q ab oriente Eous: a meridie indicus: a septentriõe Scythicus appellaꝛ: in ea primos hominũ ab oriente accepimus. Seres & Sinaꝝ ꝓuinciæ ĩcolas: qbus (ut Ptolemæo placet: his in anno Sol fit supra uerticẽ eoꝝ: post hos sequunꝛ indi: & Aurea cheronesus: in india sunt Ganges: & indus fluuii maximi indis pmaxima est: Arachosia ꝓuincia. Deinde paropanisade. Dragiana: Gedrosia: Aria: Carmania: Persia: Susiana: in qua fuit Susa ciuitas nobilissima: Babilõia: Mesopotamia: Arabia ĩter rubrũ: & psicũ mare: Assyria: Bactria: Caldæa: Cappadocia: Colchos: Margiana: Marandinoꝝ ꝓuincia: Media: Parthia: Sodoma. Sunt quoq; in hac pmaxima ꝓuincia Asia maiore: Arimphei populi ꝓpe mõtes. Rimpheos: ubi niues assidue cadẽtes: adeo in uia efficiunt: ut ultra adire nõ possit. Quibus (ut Põpo. ait) iustissimi sũt mores: hñt hi ꝓ dõibus nemora: & alimẽta bacæ eius sũt. Arimphei

❡ Mosoni etiam: in hac Asia: uersus septẽtrionem sunt: qui turres ligneas subeunt: notis corpus omne persignant: propatulo uescuntur: promiscueq; concubunt: & palam reges diligunt: uinculisq; arctissima custodia tenent. Atq; ubi culpam praue imperando metuere: media diei totius afficiunt: populi sunt asperi inculti: pronoxii appulsis.

3557 1642 ❡ Manchaleus: mamithi regis filius: duodecimus Assyriorum rex: decimoseptimo hebraycæ seruitutis anno: Assyriis regnare cœpit: & regnauit annis. 30.

3574 1625 ❡ Orthopolis: duodecimus sicyoniorum rex: pellemmeo patre defuncto: trigesimotertio hebraicæ seruitutis anno sicyoniis regnare cœpit: & regnauit annis. 63.

3587 1612 ❡ Iphereus tertiusdecimus assyriorum rex: Manchaleo patre defuncto: quadragesimosexto hebraicæ seruitutis anno: assyriis regnare cœpit: & regnauit annis. 20.

❡ Mayam autem Athlantis: ex pelione coniuge filiam his temporibus: Mercurium eius nominis primum: ex Ioue adolescentulo suscepisse ferunt. A qua postmodum Maium mensem denominatum nonnulli fuisse affirmant: quod in mense illo: Mercatores omnes Mayæ & Mercurio pariter sacrificabant. Sed Macrobius dicit. Mayam: cui mense Maiores diuina agebatur: eam terram fuisse: & hoc adeptam nomen a magnitudine. Et ipsam eandem Bonam Deam esse ex ipso cultiore sacrorum ritu. Faunam autem quod omni usu animãtium faueat. Opem: quod eius auxilio uita cõstet: Fatuam uero a fando: quod infantes partu editi: non prius uocem edunt: quam attigerint terram. Hæc adeo pudica fuit fœmina: ut nunquam eius nomen in publicum auditum fuerit: nec uirum unquam uiderit: nec a uiro uisa sit: propter quod ferunt uiros eius Templum omnino ingredi non posse. Hæc itaq; Maya melita fœmina: apud Romanos: maxima habebatur in reuerentia. Cui ad inditium religionis prægnantem suem mactabant: & sacrificabant: quam hostiam terræ propitiam fore dicebant.

❡ Cylleno: fœmina huius Mayæ soror: & eisdem parentibus edita: & ipsa a Ioue prædicto cretense uiciata: Mercurium alium a superiori peperit. Qui Cyllenius cognominatus fuit ab ipsa matre: seu a Monte nomine Cyllion archadiæ: in quo forte natus est: unde & idem mons celebris euasit: ipsius Mercurii natiuitate.

❡ Mercurius itaq; Iouis: ex prædicta Maya filius hisdem temporibus (ut quidã uolunt) nasciꝛ: q̃q̃ crediderim longe antea natum: sed quia plures legimus fuisse Mercurios: oẽs huic loco in unũ ponendo reseruauimus: primum autẽ deorum nuncium seu interpretem fuisse oẽs poetæ describunt: quẽq; & uariis ornamentis insignũt: ut per illa intelligantur ipsius Mercurii uarietates officiorum. Et propterea: ut Marcianus dixit: ut mox natus fuit. Capella suis uberibus eum lactauit. Qui diuino lacte perfusus & si mortali fœmina natus immortalis tamen homo habitus est. Dictus autem fuit Deus facundiæ. Mercatorum palestra: & Turrum nuncius. Interpresq; deorũ. Eundem quoq;

dicunt(licet alium)ex sorore uenere:Hermaphroditum.Hic autem Argum interemit: & prometheum in caucaso monte religauit atq; alia mille quæ de isto:aliisq; Mercuriis:poetæ confixerunt. hic ipse lyram septicordem compenit:ipsi deniq; datur uirga caducea: in cuius laudem postmodū Horatius in primo carminum suorum:hunc hymnum cecinit dicens.

Lyræ primæ inuentū

Mercuri facunde nepos athlantis. Qui feros cultus cantus & decore:More palestræ.
Te canunt magni Iouis & deorum. Nuncium:curuæq; Lyræ parentem.

Callidū qcquid placuit iocoso cōdere furto.Et alia multa. Hic igit̃ adeo in omni doctrinæ genere:& q̃ maxime phisicæ edoctus fuit:ut dicat̃ eū sua uirga & herbis tñ mortuos suscitasse. Vnde & post mortē īter deos relatus.Stellificatus est.Ab eoq; Stella q̃dā:q̃ in uirgine regnat quæq; & semp īperauit:& Solē cōmitat̃ Mercurii nomē accepit.Ea qppe p̄esse facūdiæ:& eloquētiæ: ut plurimū ɔsueuisse dr̃.Et ppea ut habet̃ actuū.14.Paulū apostolu:quō eēt dux uerbi:Gētiles Mercuriū appellauere.Hūc aūt in ordine planetaꝝ: sextū ponere ɔsueuere astrologi.Et cū dictus eēt mercatoꝝ dux seu deus:atq; furtoꝝ.Ideo ab uno latere eius depīgere ɔsueuere mercatores:cū mercibus suis: & latronem qui eisdem marsupium furtiue abscidebat:pingebatur quoq; cum utroq; sexu &c.

¶ Mercurius alius ægyptius fuit:q & Trimegistus cognominabat̃.i.ter magnus tēpestate istac: & ipse floruit:q inter cætera suæ uirtutis monumēta dicit̃ fuisse primus stellaꝝ inuentor: q eā obrem apud eosdē in ītroitu signoꝝ Solis:mandauit semper aliquā fieri solemnitatem.Hic itaq; doctrinæ gratia allectus:ex ægypto digressus uniuersam terrā peregrinari uoluit.Et hinc inde centum ciuitates condidisse:in quibus quidem deum uerum dicit̃ eos colere docuisse prohibet̃.Et propterea maior & antiquior Mercurius est appellatus. Veꝝ cuius patris fuerit filius non habetur.

Stellaꝝ prius inuentor

¶ Mercurium item alium:cognomento Hermem natione italicum fuisse inuenimus:quorum ab agmigda pastore agrigentino in insula siciliæ uel a Fauno italiæ rege: Lyram & Harmoniam eum didicisse credunt: Quam ob modulantiam multa instrumenta eum cōfecisse ac Orpheo tradidisse ferunt.Quem & canino capite:cum uirga serpentibus innexam:in manibus depingunt.

¶ Mercurius p̄terea q̃rtus ante diluuiū fuit Lamech filius:quē Tubal appellauimus:a quo & Musicæ sumpsere pricipia.Fuere & alii Mercurii.s.qntus & sextus:qbus oībus eadē dant̃ ornamēta uirtutū:sed nō eadē deitas:qa alius ē medicīæ deus:ali⁹ mercatoꝝ:alius fuꝝ:q̃ oīa a multis ɔfundūt̃.

¶ Proserpina:magnæ Cereris filia:mulier sane speciosissima q̃ Orchus molossoꝝ rex pp ipsius insignē pulchritudinis famā:diu ante rapuerat:& in ɔiugem sibi assumpserat:de qua plurima a poetis sunt ɔficta his tpibus grādeua deficiēs:iter deos relata est.Ipsam.n.ideo a Plutone amatā: & raptaʒ fuisse tradūt:qm̄ Veneris ignes despiciebat:quā cū diu Ceres quæsiuisset:tādē īdītio Arethusæ apud īferos eā īuenit:q̃ quū inde retrahere mater nō posset:Deū Iuppiter lachrymis matris ɔmotus: sententiā tulit:ut sex mēses cū uiro apud īferos:& sex cū matre:apud superos moraret̃. Hāc āt Plato:in lib.respōsionū dicit esse malignoꝝ spirituū:una cū Serapide pricipē:quia tribus elemētis: uidelicet in aqua:terra:& aere:tanq̃ pniciosissimus Dæmon:multū potest.Vnde his uersibus:hoc approbare uidetur dicens. Naturæ triplicis ego sum Lucina puella.

Taurea:itēq; triceps missa e cœlo aurea phœbe Quā multæ uariant:formæq; trinaq; signa.
Quæ terra & simulachra fero terræ aeris ignis. Quippe meis atris terraꝝ est cura molossis.

Aberiades

¶ Saturnus magnus rex cui aberides ɔpriū nomē fuit:Cœli & Vestæ filius:q deoꝝ summus a poetis fingit̃:hisdē tpibus(Petro cluniacense testāte)patre Cœlio eunucato: Cretēsi regnū sibi desumpsit.Qui quom potētissimus rex euasisset ad retinēdū patrū suoꝝ memoriā:noīa eoꝝ cœlo terraq; indidit.Quare patrē sibi cœlū dixit matrē uero terrā appellauit: quæ quidem uesta interpretatur:eo q terra rebus omnibus uestiatur:seu quia in sua stat.nam & ipse ideo Saturnus appellari uoluit: q tempus significat:quod e cœlo ortum habuerit:Nil quippe aliud tempus ipsum dicere uolens significat quā cælestem motum.Atq; cum omnia quæ orta sunt tempore intereant ipsum Saturnū poetæ finxerunt:q natos suos etiam oēs uorauerit cum oīa tpe consument̃.Quamobrē auctores oēs ipsum Saturnū appellarunt quia annis insatiabiliter explet̃.Huius namq; pater Cœlius crethis filius fuit:ut supra longe ante iam dictum est:alios etiam fratres:atq; sororē unam:rheam nomine habuit quā & in uxorem duxit.Habuit & fratrem natu maiorē:nomine tytana:qui & ut ipse regnaret: expostulabat.Quod ubi eius mater & soror persenserunt:huic Saturno ne aliquo modo fratri Tytanide regno uti concederet:quia in primis ipse tytan erat facie deterior.Quod postq̃ tytan perpendit æquo animo eidem regnum omnino concessit:sed hac quidem lege ut si quis natus fuerit ei masculus filius:necaretur:primus itaq; qui natus saturno fuit filius necatus est.Eoq; occiso postea gemini nati Iuppiter:& iuno q ubi mater perpendit saturno Iunonem mox in conspectum dedit.Iouem uero clam abscondens patre inscio educandum dedit.Deinde Neptunum clam ops peperit:& eum quoq; clanculum abscondit.Et cum etiam Plutonem: & Glaucam peperisset: filia patri ostensa Pluto item seruatus est:Glauca uero paruula decessit.Quod cum tytan postea resciuisset ductis secum mox Tytanis suis filiis saturnum & opem uxorem captiuauit: & muro excelso illos circunegit atq; eisdem diligentem custodiam apposuit.Hoc quum eorum filius Iuppiter cognouisset cū magna suoꝝ crethēsiū copia ueniēs ipsū tytanē:& filios expugnauit: parētesq; ipsos uinculis exemit:& eisdē regnū restituit.Ipse deinde in crethā remeauit: ueꝝ quū Saturnus forte admonitus

Satur-n⁹ tēpus significat

monitus:ut a filio Ioue caueret:ne eū regno expelleret:effugiēdi pīculi causa:ipsi Ioui parasset:a filio ipso tandē regno pulsus est. Ipseq; Iuppiter paternū regni occupās:pfestim armatos misit:q patrē Saturnū:aut cōprehēderēt:aut certe iterficerēt. Saturnus uero ita pulsus.: quom diu multūq; errasset:uix tandē in Italia locū:quo lateret iuenit:Hic itaq; Saturnus pter Iouē:& Neptunū: atq; Plutonem:& alios suscepit filios:Chyonem uidelicet & Messappum:Genyum: Amicum: Erigenem: Pycum:& Typhonem Gigantem permaximum: Sed & semiramin:uenerem:cererem:uestam: atq; Iunonem magnam filias:De quibus Ouidius libro fastorum dixit.

Ex ope Iunonē memorat cererēq; creatas. Tertia Saturni semine uesta fuit.
Iuppiter astra fretum Neptunus tartara Pluto. Regna paterna tenēt:tres tria quisq; suū.

¶ Multis autem nominibus Saturnus hic cognominatus est. Et primo Saturnus: eo q saturetur annis:uel a sarciendo:quia agriculturam docuit. Item Theuch.i.deuorator:quia proprios deuorauit filios. Item chronus uel chronos:quia ultra communem hoīum ꝯsuetudinem uixit. Item Nēbroth:pp corpis sui magnitudinē. Itē Stercutius appellatus est:qa tanq̄ optimus agricola usum stercorādo agro primus iuenit. Dictus quoq; est deo origo:ac totius ꝓsperitatis Deus:qa eius filii & filiæ oēs:inter deos:uel Stellas:sunt relati. Quomodo aūt in Italia regnauerit:& q̄ ibidē gessent:uidebis īfra:in Moysi tpibus. Pingit aūt Saturnus hic admodū senex:& mœstus:capite obuolutus:tardusq; & sordidus:atq; falce ornatus:q̄ oīa ipsi Saturno hoī ac ei planetæ ꝯueniūt. Astrologi aūt dīt Satur. planetā fore natura frigidū:& siccū:ac melāconicū:cū fœtido ore. Dicūtq; pterea ipsum auaꝝ:maliciosum:inuidū:Seductorē:Supbū:simulatorē:& multæ cogitatiōis:atq; ꝯsilii profundi:& ad irā tardū:sed irreuocabilē ferme fore. Insup ferūt eū significationis operis ad agriculturam spectantis:mensurationum terrarum:& aliorum multorum consimilium. Noīa oīa saturni

¶ Nonogirus qdā priuatus uir hisdē tpibus:multæ idustriæ iclitus:clarusq; fuit: q primus apud Siculos Boues aratro iunxerit:q bus ex rebus:ab eisdē diuinis honoribus:& sacrificiis:honoratus fuit.

¶ Apollo eius noīs secūdus:natiōe Delphicus:Iouis secūdi:ex Latona:filius:unoq; ptu:cū Diana: editus tēpestate hac:in isula delos:q̄ in ægeo mari est:clarus iclitusq; fuit:uir certe pitiæ q nō ꝓtētus ꝓteritoꝝ ꝓsentiūq; fuit nisi & futura itelligeret. Ad q̄ grām qdē adipiscēdā cuiusdā magicæ artis: q̄ phitonica nuncupat:primus iuentor extitit:unde & fatidicus appellatus est:cuius rei grā post mortē diuinatiōis & sapiētiæ deus a poetis appellatus est. Medicinæ ēt artis:& herbaꝝ uiriū:cōpertorē ipsum fuisse Oui.ꝓtestatus est. Quia cithara a Mercurio donatus:eā optime pulsans:musis canentibus:postea perfectus euasit. Quare cytharam ipsam tenens & pulsans mitis ab omnibus dicebatur:ut Horatius inquit. Condito mitis:placidoq; tello Supplices audi pueros apollo. Namq; prius sagittis armatus:nocuus putabatur. Hic primum Daphnem amauit:post illam hiacintum puerum: quem cum secum disco luderet:agente inuidia: Borea interfecit. Hic etiam ob singulares eius in omni genere uirtutes:post mortē:tanq̄ sol.i.solus inter Deos relatus est. Quia tā tam certe claritatē solus obtinuit:ut deus apud suos haberet. Et ideo tēplo pmagnifico: apud suos ab Erictone:post mortē honoratus fuit. Quod quidē tēplū & locus:nūc desertus uidet:illius tamen tēpli:& amphiteatri adhuc aliqua(ut fert)extant uestigia:ubi alba marmora: & quædā colūnæ ad signū eiusdē dignitatis maximo uidet in numero. Huius itaq; Apollinis cæres magna uxor fuit: ex qua aristheum genuit filiū:quē Esiodus pastoralē Apollinem appellauit:postea a canibus dilaniatum. Hunc autem apollinem iuuenē:& imberbē depingunt:cui & laurus dedicat. Griphes coruus: & Phyton serpens maximus pictus e longe est:quem & sagitta p mediū transfigere uidetur: pingebatur quoq; inter parnasi montis iuga:de quo & castalius fons scaturiebat. Aristhe' Figura huius Apollinis

¶ Apollines itaq; tres fuisse cōpertum habemus. Quorum primus apollo medicus fuit: de quo supra dictum est:q propter ipsius maximam medendi excellentiam:in deorum consortium putabatur receptus. Secundus autem hic delius uaticinandi scientia celebratissimus. Tertius uero pastoralis apollo huius filius fuit:qui & ipse memorabilia quædam peregit opera. Horum itaq; apollinum gesta scriptores plerunq; confundunt:quia uniuscuiusq; proprium ambiguum faciunt.

¶ Dyana ēt q̄ & lucina. Delphici ꝓdicti apollinis germana & ipsa hisdē tpibus isignis q̄ maxīe uirginitate ppetua a plerisq; fuisse dr. Et q̄q̄ Cicero:de natura deoꝝ multas Dianas fuisse referat istam tn̄ pcipuā:& noiatā fuisse dixit:cui oīa attribuunt isignia. Quæ ob uirginitatis amorē:spreto hoīuꝝ ꝯsortio:siluas petiit:& uēatiōibus ut plurimū opam dedit. Quare eā cū archu & pharetra descripsere poetæ:ac nemoꝝ mōtiūq; deā dixere:curruq; eā uti uoluere:a ceruis albis tracto. Et ppea uirgines plurimæ ipām simili ꝓposito seqbant.uñ & Nimphaꝝ societate:atq; obseqo usam dixerūt:uoluerūt ēt ipām uiaꝝ ꝓsidē eē:& una cū luna multis uocari noibus:ipsa itaq; fœmīa fuit q̄ more sanctimonialiū nr̄i sæculi:libidinis pruritū a se oīno abdicauit. Et ideo stulta gētiliū opinio eā lunā dixit:Eo q lunæ planetæ ꝯuenire uisa sit. Quæ suo frigore cōcupiscētias uenereas refrenare habēt: & nemora:mōtesq; nocte suo lumine illustrare & ad lunā spectantia:tanq̄ si ipsa luna esset. Hæc itaq; orionē:neptū filiū(eam uiolare uolētem)occidit.unde & eidem hostia sacra:ex humana carne:fiebant. Habuit aūt apud Ephesum Diana hæc templum certe admirandū:magna religione frequentatum:eoq; in loco a parturientibus ut plurimum inuocabatur:eo quia ut primum nata fuit:parturienti matri apollinem fratrem suum:obstetricis officium exercuisse. Seruius scribit. Lucina

¶ Phorcū etiā saturni fratrem: eiusdē cœli: ex Theosa Nympha filium: per hæc tēpora fuisse: & floruisse cōstat: quē quidem ex cætha cōiuge: quattuor ferunt eximiæ pulchritudinis genuisse filias: Eurialem uidelicet & Stenionē: Medusam: ac Syllam: quas Gorgones fuisse putamus. Quæ ita sibi simillimæ uidebantur: ut uix una dignosceretur ab altera: quibus etiam unum tantum erat regnum: unde finguntur fuisse monoculæ idest eiusdem uultus: & pulchritudinis: cū omni pulchritudine. Hūc Varro dicit fuisse Sardiniæ & corsicæ insularum regem qui cum Athlante: nauali prælio decertans uictus: & in mari submersus: græca loquacitate: Marinus deus uocatus est. Quod Virgilius in quinto Aene. tetigit dicens. Tritonesq; cethi: porciq; exercitus omnis.

Gorgones

¶ Phœbus: hyperionis filius: cuius pater Tytan fuerat: hisdē tēpibus: apud Delphos: maximo fuit in p̄cio: qui ob ingentē suam sapientiā. Solis noīe: solus extitit illustratus: eo maxime q̄ suæ sapientiæ radiis: tanq̄ uerus Sol: totus orbis primitiauerit ambitū. Et idcirco tradūt. q̄ nō solum patri: & fratribus: aduersum Iouē nō fauisset qnimmo Iouis ptes sequutus esset. Quāobrē & post uictoriā: & currū: & coronā: & Aulā: atq; alia pmulta insignia: ab ipso Ioue tandē assequutus fuit. Nā quum non superbus: sed uere humilis: atq; sapientissimus haberet: adeo illi ꝓpitia esse cœpit fama: ut in eū omne illud a poetis desereret. q̄ uero soli defferendū erat: q̄ nō aliter de eo q̄ de uero Sole loquerent fingunt aūt ipsum: ante alia: Regē fuisse: q̄ forte uere fuit: unde de ipso Ouid. 2. Metha. lib. plurima ꝓlixe disseruit. Hūc nihilominus tradūt multas stuprasse uirgines: quas inter Lychiō dedaliōis filia una fuit: ad quā: tanq̄ Anus: nocte cū itrasset: eā ui tandē oppressit p̄gnansq; facta: Phylomenē peperit filiū. Qui postmodū & carmine & Cythara euasit illustris. Deinde leuchotis orcani filiæ speciosissimæ ad sui ignominiā ipsiusq; iterū: a deo īfatuatus fuit: ut cleptica diu uicissitudine uarius fuerit: in tantū sui luminis fieret expers: quo maxime uniuersaliter totus egebat mūdus. Atq; ita: ꝓpter unius mulierculæ amorē: lumen: qd in ipso tāto hoīe erat: tenebræ factū fuerit. Quā ob rem monemur oēs leuchotē oīno fugere: Clicia itaq; phœbi amasia: quom didicisset Phœbū: cū ea ꝯcubuisse: zelo pcita: ꝯfestim filiam Orcano patri accusauit qui nimium seuerus factus: eam uiuam illico sepeliri fecit. At Phœbus: quom illi uitam restituere nequisset: in thuream uirgam illam statim cōuertit: uerum quo mortis genere: aut ubi Phœbus iste obiient minime inuenire potui.

Lychiō

Leuchotes

Clicia

¶ Aaron: Moysi frater: hoc anno: q est sexagesimus tertius hebraycæ seruitutis: ex Aniraȝ Iacob ꝓnepote uiro inter hebræos nobilissimo: in ægypto nascit̄ uir plane sanctus: & insigni eloquētia pornatus: qbus quidē ex meritis: ad summū Sacerdotiū a Deo uocatus est. Eo q̄ & dn̄s testamentum æternū ei decreuerit: Moyses itaq; germanus suus: primo mense anni secūdi egressiōis filiorum Israel ex ægypto: die prima mensis de mādato erexit & iunxit Tabernaculū testamēti deo: in quo cū præparasset oīa tabernaculorum utensilia: uidelicet mēsam cādelabrū: & oēs sacerdotales uestes: astitit ei dn̄s dicēs: sacerdotiū sanctum fratri tuo Aaron dabis: qa & pp ipsius maximā sanctitatē: atq; ingentes eius uirtutes: oībus esse p̄ponendū decerno. Tum Moyses cōgregata omni multitudine filiorum Israel: dixit uiri Israelitæ audite: Tabernaculi fabrica: ut cernere potestis p̄parata est. Quia igit̄ tabernaculū primo dedicari oportet: prius decet sacerdotē ꝯstitui: sacrificiis ministraturum atq; ꝓ uobis oraturum. Deus aūt mihi astitit: p̄cepitq;: ut Aaron fratrē meū inungā sacerdotē tanq̄ oībus iustiorem; eiusq; dignitatis digniorē: q altaris sancti curā gerat: hostiasq; ac oblatiōes pacificas: pro uobis offerat. Annuēte uero populo Moyses eum oleo Sancto punxit & eusestigio circū pedes: & femoralia: atq; numerale quoddā eidē imposuit: multis qdem Tyntinabulis in gyro circūcinctū ut ad eius incessum sonū quēdā daret. Indeq; Stola facta (quam piuialē nūc dicimus) exornauit eū. Eius quoq; capiti Mitrā quandā: seu coronā: ad exprimendū ipsius dignitatis & sanctitatis symbolū imposuit. Quo quidē uestimēto nunq̄ ulli filiorum Israel uestiri licitū fuit: nisi tantū Aaron huic atq; eius filii: & nepotibus q̄ eius sanctitate oīa sacrificia: diuino igni semp cōsumpta phibent̄. Et ꝓpterea hāc ille dn̄s addidit gloriā q̄ eidē filiisq; eius hæreditatē hanc dedit sempiternaȝ: in oēs frugū terræ filiorum Israel primitias. Hebræis aūt hæc a Moyse gesta admodū placuere & tanq̄ a deo optimo facta eēnt præbuere cōsensum. Ipse aūt tantæ fuit fidei: & sanctitatis: ut quādoq; qbusdam furentibus flāmis: obuiam intrepidus iret: & accenso thuribulo dei iram cohiberet. unde & tanq̄ sacerdos magnus inter mortē: & uitam: stare uoluit. Eamq; obrē ignis ille nec ultra ꝓcedere ausus fuit, Dei. n. potentiam eius p̄ces īpedire aliquādo potuere. Erat itaq; Aaron hic (ut Iosephus refert) & ꝓpter genus: ac prophetiæ donū: atq; Germani uirtutē: illo honore uniuersis dignior. Ipse autem quattuor ex se protulit filios: uidelicet ithamar: Eleazarum: Nadab: & Abiu: E quibus duo ultimi licet ætate primi: quom hostias portarent super aram: non quas mandauerat Moyses: sed quibus primitiis utebantur: subito concremati sunt. Tandem anno uitæ suæ. 123. pontificatus uero sui sexto & trigesimo: bona senectute confectus (Eleazaro filio suo sacerdotii Stola prius tradita) in Arabia: in monte Oreb: mortuo est: populo uniuerso eum mori conspiciente. Idq; fuit chalendis Iulii: ubi sepulturæ eius adhuc locus ostenditur. Et fleuerunt eum filii Israel. 30. diebus. 1595 3604

¶ Maria prophetissa ipsius Aaron & Moysi: ex eisdē parētibus germana: & ipsa eodē anno: quo & Aaron frater suus (adhuc populo p desertū agente) in cades uitæ finē fecit: quo autē die dormierit: non habet̄. In monte autē Sin tumulata fuit: cuius qdem tumuli locus diu ab incolis demōstratus est. Fuit igitur huic in primis sacrarum scripturarum testimonio: tanti castimonia: ut toto uitæ suæ spacio

nulla uiri

nulla uiri contagione maculari passa sit. Hanc a deo dilectam: & eius munere: & longæuos annos: & ꝓphetiæ donū obtinuisse: quo multa & ipsa ꝓdixit: licet nō scripserit: futuris: cuius rei gratia: intra numerū sanctarū ueteris legis a Iosepho nō imerito uenit annumerāda. Nā ut sacra Exodi habet lectio: innuere uidet̄: q̄ sicut sanctus Moyses inter filios Israel sic & Maria hæc inter filias: ꝓ suo modulo pricipatū obtinuit: ex quo solo uī sanctificata. Ipsa. n. Pharaōe summerso: chorū (ꝓ grāꝝ actione) cū mulieribus ducēs: sumpto Tympano cecinit canticū Moysi: uidelicet cantemus domino.

1592 3607 ¶ Moysen ēt Aaron germanū: Amrā supradictus: septuagenarius existens: tertio post ipsius fratris natiuitatē anno: ex iocabetha uxore suscepit. Quo plane nato mater cernēs ipsum elegātissimū: ac op tima indole īsignitū: tribus mēsibus abscōditū seruauit. Existimās si ipsum educere posset: futurū fore: ut maximus apud hebræos euaderet: ueꝝ impium Pharaōis nō mediocriter uerita: ipsum puerū trimestrē in capsellā: bitumine litā: reposuit: & in fluminis careto exposuit: atq̄ eius salutis curam dn̄o deo cōmēdauit. Amenoptis aūt tum regis filia: cū eo loci: spaciādi gratia aduenisset: uisa capsella: eā mox ad se deferri ꝓ cepit: uisoq̄ puerulo elegātissimo: ipsum sibi adoptauit ī filiū: Moysenq̄ ipsum q̄si ex aqua saluatū nūcupauit. Cū igit̄ eū regina adoptasset in filiū: utpote q bene a natura: & grā īstitutus erat: accedēte etiā pedagogoꝝ summa diligentia: breui in omni Egyptioꝝ doctrina: oēs regiæ aulæ pueros lōge supauit. Dehinc factus uir nullis in regni regiōibus uiris īferior euasit. In primis nāq̄ instrā bellica ægyptiis inuenit: atq̄ litteras quasdā: q̄s sacerdotibus ꝓtulit: urbēq̄ Mēphiticā in. 16. ꝑtibus diuidere ꝓsuluit: & in singulis ꝓfectos īstituere cōstituit: & hoc ꝓsuluisse aiūt: ne populi ut solebāt cōspirātes: modo hūc: modo illū: regno expellerēt. Quibus ex rebus factū est: ut quasi pro Deo ab ægyptiis coleret̄. Et pp litteraꝝ inuentionē maximāq̄ eruditionē. Mercurius ab eisdē appellaret̄. Quibus ex rebus Rex Amenoptis pater: inuidia cōmotus: causam īterficiēdi eum quesiuit. Et sic aduersus ethiopas: in Egyptū sæpe irruentes cū impio eū trāsmisit: exercitūq̄ sibi a iudæis maxime cōscripsit: ut pp eoꝝ impitiam una cū eis piret. Quod bellū decēnio q̄dē gestū fuit: unde ꝓpter diuturnitatē ipsius belli: ciuitatē eo in loco cōdidit. s. ubi sedentes sui: Ethiopū impetū sustinebāt q̄ Hermopolim. i. Mercurii ciuitatē postea dixerunt: ubi & ibis auis primū cōsecrata fuit: q̄m nocentes īterficeret serpētes. Cūq̄ Moyses Sabbeā Ethyopū urbē diutius obsideret: tandē corbis Ethyopū regis filiæ auxilio urbē obtinuit: ob quod eā Moyses duxit uxorē: pp q̄d Aaron & Maria eius soror: cōtra eū murmurare cœperūt. Ethyopes aūt admiratiōe uirtutis ita Moysen coluisse tradūt: ut circūcisionē etiā ab eo didicerit. Itaq̄ peracto a Moyse fœliciter bello: quū uictor redisset: uerbo q̄dē a rege bene susceptū: rex aūt quottidie mortē illi quæsitā referunt: ac insidias multis modis paratas maxime: quum ad Menda matrē: ultra ægyptū ī Ethyope finibus sepulturā ex ꝓcepto regis ꝓficisceren tur. Quæ quū Moyses pcipisset in Arabiam illico ꝓfugit: & Raguelis Arabiæ regis filiam in uxorē duxit quæ duos eidē peperit filios: Gersam & Helyezer: dicens Deus patris mei adiutor meus eripuit me de manu pharaonis: ut patet ex odi. 2. post multa uero tēpora: dum idē Moyses pasceret gregē Soceri sui in monte Synay apparuit ei prodigiū ualde mirabile: quia ignē ardentē: & nō cōburentē uidit: de qua uisione uehemēter obstupuit. Accedēsq̄ ꝓpius ad locū: audiuit Dominū sibi dicentem ut cum fiducia in ægyptū pgeret: quia futurus erat Dux & princeps: multitudinis hebræoꝝ: & suos ab iniuria ægyptioꝝ liberaturus. Dixitq̄: in hanc terrā fœlicissimam tu introduces hebræos oēs: ubi Abraam pater uester habitauit. Hac q̄dē re Moyses fretus priusq̄ exercitum cōparasset ad regem accessit: dixitq̄ orbis totius domini iussu liberādos eē iudæos. Quo audito: statim Rex eum in carcerē trusit: unde nocte custodibus mortuis: & repēte portis patētibus: Moyses exiuit: rectaq̄ uia ad regem usq̄ (ianuis apertis) intrauit. Interrogatusq̄ a stupente rege quodnā esset dei nomē: a quo missus esset quū a ceruicibus inclinatus Moyses in aure. sibi dixit: nomē Dei audiens rex ꝓtinus mutus effectus in terrā cecidit: ueꝝ quum a Moyse suscitatus fuisset: Scripsit nomē dei Moyses in tabula: quas litteras quum nōnulli sacerdotes deriderēt: q̄ legere nescirent: spasmo (ut eupolemus historicus refert) omnes expirarūt. Tunc etiam rex signū a Moyse expostulans: statim baculū in Serpentē conuertit: omnibus autē ob hoc magno timore perculsis: a cauda serpentē cœpit: & rursus in baculum uertit. Deinde Nilum baculo pcussum adeo eum abundare fecit: ut uniuersa ægyptus pene sumergeret̄. Posteaq̄ quom aquā rursus pcussisset & in Alueum suū redire fecisset: animalibus cunctis in fluuio morte corruptis: magno fœtore aquā ita oluisse ferunt ut ægyptii siti: & pestilentia simul laborarent. Regē autē pterritū inclinatū iam fuisse: ad dimittendū populum sed mēpheticis sacerdotibus uocatis: illis cominatū esse mortē: nisi & ipsi aliquod signū ederēt: qui magicis artibus dracones ꝓducentes: ac fluuii colorē mutantes: effecerūt: ut rex elatior factus: iudæos atrociuus pertractare. Tunc a Moyse terra uirga percussa: Muscas uenenosas: deinde rursus percussa. Ranas locustas: aliaq̄ huiusmodi mōstra ꝓduxit. Tandē quum grādine pcuteret̄: & terræmotu ægyptus uniuersa quateretur: quo domus & Tēpla multa ceciderunt perfractum calamitatibus regem iudæos liberasse. Qui ab ægyptiis argentea aureaq̄ uasa uestemq̄: ac aliā gazā mutuo accepere: ac tertio die postquam recessetunt ad mare rubrum peruenerunt. Ibi autem Moyses: cœlesti uoce admonitus. Mare uirga percussit: eo diuiso mox uniuersus populus: sicco pede transiuit: quumq̄ iudæos persequerentur: ægypti: tum fulminibus: tum aquis refluentibus: omnes perierunt: iudæiq̄ liberati: quadraginta annis in deserto cibo diuino uixerunt.

Hermopolis ciuitas

❡ Aesculapius secūdi Apollinis: ex Corinida Nympha filius: & ipse hisdē tpibus adeo Medicinæ artibus excelluit: ut quū multos ab īcurabili morbo liberasset: etiā Hippolitū turpiter dilaniatū: eius mēbris undiq; collectis: p̄cibus Dyanæ: nō solū in uitā reuocauit: sed & pristinæ sanitati oīno restituit. Quā ob causam iuppiter turbatus eū sagittis interemit: ut etiā Virg. cōtestatus est. Hūc aiunt: inter

Speculi primū inuentū

cætera sui īgenii monumēta: Speculū primū īuenisse: primūq; uulnera uitis obligasse. Veṝ quomodo ob hoc nimiū etiā turpissimis q̄stubus īcumberet: tādē a ioue fulmine p̄cussus fuit: iuxta pyndaṝ ne ipso sic loquentem. Aurum illi nimium prætiosaq; munera curæ
Horrendum inde pater diuorum concitus ita Contorsit fulmen: animamq; e corpore uulsit.

Inuēta Esculapii

❡ Aesculapios tamē tres Tullius de natura deoṝ: fuisse insignes dicit: primū affirmat apollinis fuisse filiū: & hunc ab Archadibus dixit magnopere coli. Secundū aūt secundi Mercurii fratrē fuisse affirmat: ex ualente quidē patre: atq; corinidæ matre natum: eumq; fulmine p̄cussum iteriisse: & Cynorusis humatū. Tertiuȝ deniq; Asippi & Carsinoæ filiū fuisse: eūq; primū alui purgationē: & dentis euulsionem comperisse: eiusq; sepulchrum esse in Archadia. Vnus autem ex istis tanta ueneratione apud Epidauros habitus fuit: ut etiam Romani pestilentia agitari: pro singulari remedio: & certo subsidio legatos: ad Epidauros mitterent: ut illis de opportuno remedio subuenirent: permitterentq; Aesculapium suum tanquam remedium Romam deferri.

Nomīa hui⁹ plutonis

❡ Pluto qui & Orcus græce dicitur: Saturni: ex Ope: filius Iouis & Neptuni frater: tempestate hac quum pater filiis diuideret regnum: Siluas & loca inferiora obtinuit: unde & Deum infernorū postea eum poetæ appellarunt. De quo Statius dixit.
Forte sedens media: regni infœlicis in arce Dux herebi populos poscebat crimina uitæ
Nil hoīum miserans: iratusq; oībus umbris. Et reliqua quæ sequunť. Alii tñ eū ditem patrē: & februum uocāt: qm̄ animaṝ extimabāt purgatorē. Nā februa a Romanis purgamina dicebanť. Alii itē: Charonē dixerūt: ut p hoc significareť īfima pars mūdi: in cuius plane sacrificio nigras pecudes īmolare ↄsueuere. Quia uictimæ similitudinē Numinis: ut plurimū: decernunť. Nil certe īferno deterius declarātes. Lactantius tñ lib. diui. īstitutionū de Plutone isto sic ait: Saturno. s. Iouē: Neptunū: & Plutonē fuisse filios: q eo mortuo: cū simul p̄tirenť īperiū: ↄtigit Plutoni iuniori in occidua regni parte regnare: apud ea loca: in q̄bus postea māsere Molosi: uidelicet secus infeṝ mare: & is a circūadiacentibus: regno suo: populis: orchus est appellatus: eo q̄ sæuus & scelestoṝ receptator eēt: & q̄ ingenti cursu suo: quē cerbeṝ appellabāt: cōsuetus esset uiuos hoīes apponere trucidandos.


❡ Neptunū aūt p̄dicti Plutonis fratrē: natu maiorē: ex eisdē parentibus susceptū: quē uarro maris deū appellat: hisdē tpibus fuisse ↄstat. Huic adultus factus: p̄ris sæuitiā formidās: ab eiusdem cōspectu se subtraxit: secūq; habitauit: indeq; supatus bello ī Achademiā fugit: ob q̄d locus ille postmodū achademia. i. tristitiæ locus ē appellatus. Et q̄a ex regio genere ortus fuit: ac p mare nauigās p̄ris irā euasit: post obitū deus maris est habitus. Veṝ alii dixerūt: q̄ Saturnus p̄r: ī diuisiōe filioṝ: Neptūo huic aquas assignauit: & p̄pea deū aquaṝ fuisse dn̄t. Alii q̄a a p̄re marinis aq̄s obrutus fuerit. Huic igiť: ut infra diceť: de īpositiōe nois Athenaṝ: cū Minerua litigiū nō modicū fuit. Atq; etiā de auris troiæ ab eo: & ab Apolline cōstructis. Hūc loco sceptri tridērē gestare dicunt. Et reṝ omniū illi sacrata esse fundamenta. Cui &. 35. filios fuisse legimus quos enumerare hic superuacaneum puto.

❡ Mammillius quartusdecimus assyriorum rex: sexto & sexagesimo iudaicæ seruitutis anno patre 3608
Iphereo defuncto: Assyriis regnare cœpit: & regnauit annis. 30.

❡ Phorbas sextus argiuoṝ rex: Criassi regis filius: & ipse. 8. & sexagesimo iudaicæ seruitutis anno: 3610
argis regnare cœpit: & regnauit annis. 25. Hic duodecimo regni sui anno: Rhodos insulā obtinuit: qui & post mortem: una cum uxore Melantholica: inter deos relatus est.

❡ Sparateus: q̄ntusdecimus assyrioṝ rex: Māmillo p̄re defuncto & ip̄e. 96. iudaicæ seruitutis an- 3636
no assyriis regnare cœpit: & regnauit annis. 40. ❡ Atheniensiū regni principium. 3639 1560

❡ Cæcrops: optimus Rex: natiōe Aegyptius: & ipse q̄rto &. 90. iudaicæ seruitutis anno sm̄ Eusebiū: argiuoṝ regno relicto: primus atheniēsibus regnare cœpit: & regnauit annis. 50. A quo q̄dē: usq; ad Troiæ captiuitatē: q̄nq; & septuaginta supra trecētos fluxerunt anni. Hic itaq; cæcrops in primis Dyphes dictus est. i. duaṝ naturaṝ uir: siue ob lōgitudinē corpis siue iccirco q̄ duas linguas: uidelicet græcā & ægyptiacā nouerat. Qui & athenas urbē lōge ante ↄditā īstaurauit: q̄ ex subita oliuæ apparitiōe: mineruā. i. athenas nūcupauit. Augu. etenim p̄r n̄r. 18. de ciui. dei de Cæcrope isto sic ait: ad uerbum Cæcrope; athenaṝ urbē īstaurāte; subito




aqua uno

aqua uno in loco erupit: & alio loco repente Olea arbor apparuit: super quibus prodigiis ficcitatus Apollo Delphicus: quid intelligendum: quidue faciendum foret. Respōdisse fertur. Quod olea mineruam: Aquæ uero Neptunnum significaret: Ambo consobrini: amboq; Dii: & contemporanei: esset quoq; in eorum omnium ciuium arbitrio: ut ex alterius duorum deorum nomine Ciuitas uocaretur. Congregatis itaq; omnibus utriusq; sexus uiri adheserunt Neptunno: mulieres uero mineruæ: quæ & obtinuerunt: ut ex mineruæ nomine ciuitas appellaretur. At sic athenas græce urbem cognominauerunt: quod latine mineruam dicimus: eo q mulierum uoces una uirorum munerū superatint. Quamobrem iratus Neptunnus: marinis æstuantibus undis: atheniensium terras mox populatus est. Qué ciues placare uolentes: triplici supplicio mulieres affecere primo: ut de cætero nullis publicis interrent consultationibus. Secundo: ut nullus nascentium cognomen maternum acciperet. Tertio nequis filias suas unquam Athenas uocaret. Quod quidem supplicium nunc usq; ubi seruatum est. At poetæ Neptunnum & mineruam athenas condidisse dicunt. Sed quum de nominis impositione: inter eos fieret dissensio diis reliquis præsentibus: fuit inter eos cōuentio: ut qui percussa terra laudabiliorem produceret effectum urbi nomen imponeret. Neptunnus autem Tridente suo percussa terra equum eduxit belli omen: at minerua hasta proiecta: oliuam produxit pacis arborem. Quæ quoniam utilior laudabiliorq; iudicio omnium uisa fuit: ex suo nomine Athenas dixit. De qua Lucanus libro sexto. Primus ab Equorea percussis cuspide saxis. Thessalicus sonipes bellis separalibus omen Extulit &c. Iste igitur Cæcrops: apud græcos suos: primus Iouem Deum appellasse fertur: & aram instituisse primus: & simulachrum palladis erexisse post quem Dii græcorum nati omnes fuisse referuntur. Ab isto autem græci: tempora sua supputare cœperunt. Huic aūt populo postmodum Draco optimus phs primus leges cōtulit sanctissimas.



Epidaurus Epyri hoc est albaniæ ciuitas: tēporibus istis (Eusebio teste) ea in prouincia: in maris. Hic autem Cæcrops præter tres filias: & quartam nomine phrygiā geil filiam: quæ inde traiiciens phrygiam a se habitatam prouinciā nominauit: littoribus cōdita fuit: a quibus tamē nō memorat. Quæ postmodū quō Romanoꝝ facta fuisset colonia ꝑpter inauspicatū nomē ab ipsis Romāis Dirachium est appellata. Quæ plane ciuitas ea est quæ postea ꝑpter aeris malignitateꝫ: pene derelicta habetur. Ipsa quippe ciuitas nunc uenetoꝝ ditioni subiacet: q̄ ꝑpter portus cōmoditatem Senatus ipse ibidē posito p̄sidio a turcoꝝ excursionibus custodit. In ea adhuc aliqua multa urbis monumēta uisunt: inter quæ Statua equestris ænea ad quandam portam extat: quam alii Theodosii imperatoris. Alii cōstantini magni esse affirmant. Epidaurus alia nihilominus in achaia est: ut Plin. 4. natu. histo. scribit. Aesculapii delubro percelebris. Vnde Romani pestilētia uexati sibyllinis libris inspectis sub forma serpētis æsculapiū uelut fatale remedium ad urbē ex epidauro isto duxerunt. Est quoq; & epidaurus admodū insulæ in illyrico mari iuxta Dalmatiā: de qua Lucanus lib. 2. Illyris ionias uergēs epidaurus in undas. Eam nunc illam esse urbem credo: quam Ragusium appellant auro & argento ditissimam. Dirachium ciuitas



Calcis etiam euboeæ insulæ ciuitas q̄ Nicropontē nūc dicimus per hæc quoq; tempora condita fuit: sed & ipsa a quibus sit condita uariæ sunt opiniones. Quidaꝫ a Cæcrope prædicto rege dicunt. Alii aūt (ut Cicero de natura deoruꝫ libro tertio) ab allabando conditam dixit. Plato uero in Thimeo amasim regē ægyptium eiusdem conditorem affirmant. Hæc quippe quuꝫ ipsius insulæ Metropolis & celebris atq; pugnacissima esset ciuitas: superioribus annis a Mahumeto Ottomano turchorum principe a Venetis ablata fuit. In ea ut præmissum est: Cæcrops rex apollinem deum primus appellauit. Ragusium

Euboea autem insula ubi prædicta ciuitas est condita in mari quod ab illa euboicum dicitur est constituta: quæ tam modico a continenti Boetiæ diuiditur spacio: q dubium fue

rit an debuerit inter insulas computari.In ea præter Calcidem urbem etiam opulentissime ciuitates sunt. Aminnthus Eretria & caristos.

¶ Curethes & Coribantes populi:hac tēpestate(ut Eusebius scribit) Gnosum ciuitatem in Creta insula cōdiderunt in qua postmodum Minos ut plurimum habitare constituit.Hi nanq̧ populi religiosi admodum fuere qui pietatis intuitu:Iouem infantem aluerunt.Verum quum temporis spacio ipsam suam religionem ꝓphanassent ab ipso Ioue deleti sunt.Hi inte cætera modulatam & inter se concinentem in armis saltationeʒ reperiere primi. Fuerunt nihilominus & alii eiusdem nominis in Dalmatia ferocissimi populi: quos tellus Adriatici maris alebat: apud quos Marcus Antonius a Pompeiāis fuit clausus cum maximo eius discrimine. 3652



¶ Deucalion Promethei magni filius:hoc anno qui est decimusnonus supra centesimum iudaicæ seruitutis in Thessalia secundum Eusebium regnare cœpit. Vir certe præstantissimus: cui ob animi sui præstantiam atq̧ ingenii mansuetudinem.Epymetheus patruus suus.Pyrram filiam dedit uxorem fœminam certe per omnia pientissimam.De quibus Ouidius ait. 3659 1540

Non illo melior quisquam nec amantior æqui. Vir fuit:aut illa reuerentior ulla deaꝝ &c.

Diluuiū Sub quibus sæuum diluuium apud suos fuit:quod adeo magnum extitit:ut maximam græciæ partem assumpserit:paucis per refugia montium liberatis maxime in parnaso monte:in quo ipse Deucalion & Pyrra sua liberati sunt atq̧ saluati.Eo quia eius in circuitu ipse regno potiretur.Nam quicunq̧ ratibus ad eum confugissent:omnes per summa parnasi iuga alacri uultu confouebat.A quo propterea humanum genus reparatum fuisse tradunt.Hii scilicet Deucalion & pyrra(ut poetæ fingunt)quum aquæ decreuissent:uidentes humanum genus admodum defecisse se ipsosq̧ senes fore & ex se restaurari diffiderent:ad oraculum Themidos perrexerunt:postulaturi quonāmodo humanum genus perditum restaurari posset.Quibus dea respondit id fieri optime posse:modo post terga iacerent materna ossa.At Deucalion audito oraculo quum admodum sapiens esset: animaduertens Terram cunctarum rerum fore genitricem ossaq̧ illius lapides esse.Itaq̧ quos Deucaliō post terga iaciebat lapides faciem traxere uiroꝝ:Et de fœmineo reparata est fœmina iactu. Quattuor autem hic Deucalion post se reliquit filios:uidelicet Helleum:Psytacum:Dionysium & Phentralē.

Græci Helles ¶ Helles autem Deucalionis regis:ex Pyrra uxore filius uir utiq̧ magnanimus fuit: qui patre defuncto adeo nomen suū:atq̧ paternū imperiū ampliauit:ut omnis fere græcia q̄ in ægeū mare uersa erat a suo noīe Helle fuerit nominata.Vnde helles græci sunt cognominati:primo quidem achiui ab Acheo antiquo rege:qui ēt prius (ut herodoto placet)Danai.Vnde greci ipsi (ut supra lib.2.diximus)aliquādo achei:aliquando uero achiui & Danai dicuntur.Ac etiam persæpe Traces sunt dicti:de cuius quidem situ etiam aliquid a nobis dicendum est.

Græcia quot noībus sit uocata ¶ Græcia igitur ab antiquo rege noīe Græco:qui primus in ipsa regnauit:ut Ptolemæus refert uariis noībus est appellata.In primis quidem post eū ab eius filia uocata est Attis: deinde a prædicto Helle dicta fuit hellas:postmodū achaya:Sed nos antiquum nouū nomen seruātes eam Græciam dicimus.Estq̧ ut plærīq̧ auctores tradunt amplissima ꝓuincia longe lateq̧ patēs:cui ab oriente euxinum pelagus:& ꝓpontis occurrit. A meridie uero ægeū mare &ō hism fluuius: ac Macedonicus ager.Septētrionem aūt hister claudit.Occidētis deniq̧ oram pānonia:& Saus excipit amnis. Et in hanc quidem sniam:& Pli.ueronensis:& strabo ueniunt. Aiunt nāq̧ & Dardanos & Tribalos atq̧ Mysios(qui Bulgari dicunt̄)ipsam ꝓuinciam semper incoluisse.In hac prouincia sunt regiones plurimæ:utpote atticha Boetia Megaris Etholia & phocis:quæ alio noīe aonia dicit̄:in qua est parnasus mons urbiū quas habuit Græcia:eæ memorādæ eximiæq̧ erant:Thebæ Boetiæ duoꝝ numinuʒ liberi atq̧ Herculis patria & in attida erat Eleusis:Cereri cōsecrata:sed clarior athenaꝝ postea fuit: quæ nullius ꝑconii fuit indigna:a q̄ Marathon ciuitas.x.millibus passuū ꝺdita fuit.Cuius cāpi cruētissimo ꝑlio memorati sunt:ubi centū milia peditū &.x.millia equitū Darii regis persaꝝ ab atheniēsibus interfecta referunt̄.Huius autem inclitæ ꝓuinciæ metropolis est Constantinopolis antiquitus agios(postea Bizantiū postremo Cōstantinopolis appellata:quā lacedæmonii duce Pausania cōdidere.Hæc quippe insignis ꝓuincia usq̧ ad cōstantini magni tempora barbara fuit: deinde christiana:postremo etiam nostro tempore deleto Græcorum imperio dominantibus turchis:in Barbariam rursus rediit.De hac etiam late dicemus infra in libro.xiii.

¶ Pheton Solis ægyptii ex climine uxore filius:his tpibus insignis inclytusq̧ fuit sub cuius imperio maximū incendiū fuisse Eusebius scribit.De quo quidē multa poetæ fabulari dicunt̄:& q̄ maxime

Ouidius

Ouidius uidelicet ꝙ Solis & climenæ filius exigerit:in cuius matris persona dixit.
Per iubar hoc inquit radiis insigne coruscis Nate tibi iuro ꝙ nos audit ꝗ uidetꝗ
Hoc te quem spectas:hoc te qui temperat orbem:Sole satum &c. Verum quom de genere suo dubitaret:& ad Solem patrem accessisset uix tandem ab eodem obtinuit: ut eius equos per diem regeret. Quos deinde deducens ex uisione scorpionis tremefactus:habenas reliquit. Quā ob causam:ab irato Ioue fulminatus:& in padum lombardiæ maximum fluuium deiectus:fluuio illi Eridani nomen dedit. Quæ quidem res ab ordine continuo sumptæ sunt:quarum expositionem Philosophis relinquimus. Ipse autē Phiton qui & Eridanus(ut Paulus perusinus refert)cum multa suorum copia ex Aegypto per Nilum nauigans:tandem deuenit in mare:inde uentis adiutus in sinum quem lygusticum dicimus peruenit. Vbi quum suis longa fatigatus nauigatione descendit: & inde etiam suasione suorum in mediterranea penetrauit. Ibidemꝗ quibusdam ex suis derelictis ipse mōtibus superatis:planiciem amplissimam eandemꝗ fertilem inuenit:ubi & homines rudes atꝗ agrestes:sed natura feroces reperiit:speransꝗ eos ingenio superare secus padum amnem cōsedit:ubi secundum quendam Eustachium Oppidum condidit:quod ex suo nomine Eridanum appellauit qd postmodum Thaurinum dictum fuit:de quo libro.7.infra dicemus. Ibidem itaꝗ quom aliquandiu regnasset:Lygure filio relicto in pado flumine turpiter periit:a quo idem fluuius eridani nomen accepit. Quem ueteres ægyptii in memoriam sui compatriotæ inter cœli imagines locauere. Thaurinum ciuitas

¶ Padus itaꝗ totius italiæ permaximus fluuius a phœtonte isto qui alio nomine Eridanus dicebatur his diebus Eridani nomen accepit. Qui plane fluuius(ut operculis propriis uidimus)ad radices uesuli montis oriri uidetur. Et primo quidem admodum tenuissimus & quasi sine aqua incipit: sed postmodum triginta fluminibus(ut Plinius in tertio refert)auctus maximo impetu in adriaticum nostrum mare:quinꝗ hostiis diffunditur.

¶ Lygus item seu lygustus phœtontis ꝑdicti regis filius:post patrē in regnū successit:uer ꝗ quantū regnauerit nō inuenio:sed & ipse quos habuit in ditione populos:lygures de suo nomine nūcupauit.

¶ Lyguria itaꝗ ista ab isto lygusto phœtontis sic cognominata:regio italiæ est:& pro maiori parte montuosa:in Apenino quidem constituta:ut Liuius demonstrat. Cuius caput est Genua urbs clarissima. Hæc namꝗ a uaro flumine ad macræ amnis ostia longitudinem habet:& ex una parte Apeninum & in alia infero mari clauditur. Quamobrem pars illius infero mari adiacens a uaro usꝗ ad macram lygusticum dicitur mare:in ea sunt Genua ipsa Sauona Naulum Albigena & Vintimilium ciuitates. Hi autem lygustici populi:dum in domibus Siluestribus habitarent tanꝗ ueloces ex locorum opportunitate:postmodum latrocinia magis quam bella semper factitarunt. Sed nec etiā id hominum genus nostris temporibus aliquibus in locis ueterem latrocinandi morem omiserunt. Iordanus monachus historicus dicit hos obstinatius semper Romanorum iugum recusasse: & illis animose aduersatos fuisse. Hos omnes & quam maxime montanos cato fallaces & subdolos dicit. Et quidem id merito dicere potest:lyguria itaꝗ prouincia quæ hodie orientalis & occidentalis Genuensium riparia dicitur:quinꝗ tantum ciuitates in occidentali continet. Indeꝗ ab ipsa Genua urbe ad lunæ portus sine urbe ad lunæ portus protenditur:qui locus centum passuum milibus protensus orientalis riparia appellatur. In quo & Delphini portus & ripalis sinus est:ubi sunt citri feracissimi:& clauarum oppidum:& uicus lauauum ac spedia oppidum celebre habetur.

1534 3665 ¶ Marathus marathi regis filius quartusdecimus Sicyoniorum rex uigesimoseptimo post centesimum iudaicæ seruitutis annum regnare cœpit:& regnauit annis.20. Hic Marathon urbem ex suo nomine in Attica regione ab Athenis circiter decem millia cōdidit. In cuius campis(ut iam semel dictum est)centum millia peditum:& decem equitum milia Darii persarum regis:a decem millibus armatis Atheniensium:consilio.8. Industria Melchiadis eorum præfecti profligata referuntur.

1531 3668 ¶ Chenores pharao undecimus ægyptiorum rex:ex Diapolitanorum Dianistia Achoris scilicet regis filius uigesimonono supra centesimum iudaicæ seruitutis anno ægyptiis regnare cœpit:& regnauit annis.16. Hic ille est pharao qui domino & Moysi contradixit:unde demum in mari rubro obrutus fuit. Et filii & israel ex ægypto sine ulla lesione per mare transeuntes omnem periculum euasere. Achores autem post eum regnauit:pharao autem non nomen proprium:sed dignitatis cognomentum est.

1524 3675 ¶ Ascades autem Spareti regis filius sextusdecimus assyriorum rex:anno trigesimosexto supra centesimum hebraicæ seruitutis patre defuncto assyriis regnare cœpit:& quadraginta annis regnauit.

¶ Insubrium regni principium.

¶ Cygnus Stelenei regis filius his temporibus post phœtontis prædicti interitum apud insubres imperasse primum dicitur. Quia & Seprium in insubri regione iuxta lacum maiorem quem uerbanū auctores appellant condidisse dicunt. Hic autem cygnus quum amator phœtontis ardentissimus esset:a poetis fictum est eum post phœtontis interitum:ex diutino ploratu in Cygnum auem albissimam conuersum. Insubria autem Galliæ Cisalpinæ regio est. In qua ciuitates sunt. Mediolanum: Papia:Lauda:Nouaria:Vercellæ:& Comum seu nouum Comum. In cuius agro latius lacus ē qui Ticinum amnem emittit.

CORINTHVS ACHAYAE CIVITAS.



¶ Corinthus postmodum insignis Acha
yæ seu græciæ ciuitas: hoc anno q ē octua 3681 1518
gesimus ætatis Moysi (ut Eusebius refert)
a Sisipho quodam magno latrone. Eoli:
scilicet filio super Isthmon: in Ionii maris
medio condita fuit: & Certhera primo co
gnominata. Indeq; aucta Ephyræ nomen
accepit. Vnde & apud Virgilium. Ephy-
reaq; æra. Quippe: qa Corinthi in ære fun
dendo postea principatum obtinuerūt: eo
q ibidem pulcherrima & artificiosa eius-
dem metalli fecerint uasa. Hos namq; ab
ydolorum cultura: ad ueram dei religio-
nem diuus Paulus apostolus & doctrina
& rationibus efficacissimus atq; miracu-
lis pertraxit. Nam primum conuersi: postmodum multipharie a falsis apostolis subuersi: ab Ephe-
so eisdem epistolam dedit pulcherrimam: ubi eos ad ueram fidem & euangelicam ueritatem opti-
me reuocauit. Quæ sic incipit: Paulus uocatus apostolus: Deinde post acceptam pœnitentiam aliā
consolatoriam a Troade per Titium Diaconem scripsit. Quæ incipit Paulus Apostolus Christi
Iesu. Hæc aūt ciuitas aliqñ euersa postmodū a Coritho Orestis filio īstaurata Corithi nomen dedit.
Vltimo aūt a Romāis īcensa nec dū ꝯualere potuit: illius qppe Achayæ regiōis aliqñ caput extitit.
¶ Iob uir Sanctissimus clarissimusq; philosophus atq; propheta: necnon & patientia insigne speci
men hac tempestate testantibus diuo patre Augustino, Gregorio ac Nicholao de Lyra in terra uisi-
tidi quæ est Idumeæ & Arabiæ finitima ex Zareth patre optimo matreq; Bosra nascitur. Cuius qui-
dem pater: ex Esau nepotibus ortum habuit: ita ut quintus ab Abraam censeatur. Huic itaq; Iobab
primum nomen fuit: qui & post patrem suum in Regione edon: uidelicet Ciuitate Nachaba regna
uit: prius tamen Balach filius Beor in ea regnauerat: & post eum Zareth prædictus Iob pater: dein-
de hic qui & Iobab regnauit. Post autem Iob hunc Cusran themanorum regionis Dux: & post illuȝ
Adar Beath filius: qui excidit Madiam regnauit. Qui quidem Iob cum esset iustus rectus modestus
prudens grauis & pius ac animo ingenti: & permaximo temporibus utens ueritatisq; adeo amator
ut nec loco quidem mentiri unq̄ uoluerit: continens quoq; ac mirum immodum patiens: ut ex ipsi
us uulgatissima historia clarissime patet uxorem arabissam accœpit: ex qua sex filios filiasq; tres su-
scepit. Cui dominus etiam tantas contulit diuitias in auro & argento ut ei similis in omni orientali
plaga non inueniretur. Vltra quoq; innumerabilem familiam seruorum utriusq; sexus ei dominus
dedit: sed & oues & Boues & camellos & Asinas multas: ita ut dinumerarent̄ ei septem milia oues:
tria milia camelli: quingentaq; iuga boum: & quingentæ asinæ. Et quom illum in tāta fœlicitate cō
stituisset: dominus nihilominus diuinitus multis calamitatibus statim tentatus fuit. Nā primus eius
armenta latrocinio sublata fuerunt: deinde ipsa septem ouium milia una cum pastoribus perere:
postremo eius filiis omnes domo super eos lapsa expirauere. Atq; uno eodēq; die corpus eius uni-
uersum ulceribus repletum fuit. Quumq; male ita affectus fuisset in terram se prosternens: sic ad
dominum inquit. Dominus omnia dedit dominusq; abstulit sit eius nomen per omnia benedictū.
Vnde Elipham Temanitarum rex: & Valdat Saucheorum tyrannus & Sophas Mineorū rex: Elius
zobites ad consolandum eum uenerunt. Quibus ipse sanctus Iob respondit se sua sponte fore para
tum ita omnia sufferre: ut a pietate in deum nunq̄ remoueretur. Atq; ita propter suam animi magni
tudinem: non solum a morbo liberatus: uerum & ditior quam prius & diuinitus factus fuit. Deinde
liberatus & mirum immodum ditatus superuixit centum & quadraginta annos: & uidens filios fi-
liorum suorum usq; ad quartam generationem: tandē in domino quieuit: cuius diei celebritas sexto
idus Maii agitur. Scripsit autem Iob labores suos: atq; patientiam heroyco carmine libro uno: qui
qdem etiam suo nomine prænotatus est: cuius singula uerba plena sunt magnis sensibus. Quippe
qui inter cætera resurrectionem mortuorum in eo sic declarat: ut nullus uel manifestius uel cautius
de eadem unquam scripserit. Incipit autem liber. Vir erat in terra Vs nomine Iob.
¶ Iannes & Mābres seu Iambres natiōe ægyptii: uiri doctissimi: atq; astronomi ꝑstātissimi: adeo tē
pestate istac magicis artibus sciētes: & ꝑpotētes euaserūt: ut Moysi diuino hoī uiroq; deo ꝯiunctissi-
mo: soli resistere posse a cūctis ægyptiis fuerint iudicati. Multas .n. calamitates: q̄s Moyses ipse ægy-
pto ītulerat: ipsi soli soluere uisi sunt. Erātq; hi duo mēphiticoꝝ sacerdotum principes: quos Pharao
quū ad se uocasset: cominatus eis est mortē: nisi aliqd signū & ipsi ꝯtra Moysen fecissent: q illico ma
gicis artibus dracone ꝓducto: & Nili fluminis colore mutato effecerūt: ut eoꝝ rex elatus crudelius
iudæos pertractaret. ¶ Plagæ Moysi & Pharaonis submersio.
¶ Moyses itaq; Amram filius: hoc anno: qui est cētesimus quartus & quadragesimus hebraicæ ser- 3685 1514
uitutis uitæ aūt suæ octuagesimus: quū ex ægypto in Eremū uastā accessisset: & ibidē rubi uisionem
magnā ꝯspexisset: ex ꝑcepto dñi Pharaonē alloquit̄: ut populū Israel ex ægypto in montē Syna ad
sacrificandum

sacrificandum dn̄o exire p̄mittat. Quo q̄dē indurato dn̄s p̄ ipsum Moysen decē eidē memorabiles intulit plagas. Quarū prima q̄ Nili fluminis aquas ī sanguinē uertit: ex quo bibi minime posset: qa si q̄s ex eis ꝯtingere p̄sumpsisset ꝯfestim dolores uahemētissimos īferebāt. Secūda Ranarū squallores p̄ loca mūda & īmunda reptātes. Tertia ignitæ Scyniphes. Quarta caninæ muscæ q̄ Cynomia dicunt̄. Quinta generalis & repētina iumētorū & pecorū mors. Sexta uessicæ efferuētes: & ulcera saniē erūpētia. Septima grādo cū igne mixta q̄ ægyptiorū arbores pene ꝯsumpsit. Octaua locustarum nubes q̄ oīa ꝓrinus exauriere. Nona tenebræ imaginibus diræ crassitudineq̄ palpabiles ac diuturnitate mortales. Vltima uniuersalis primogenitorū ægypti mors extitit. De q̄bus ēt hi extant uersus.

Prima rubens unda: ranarum plaga secunda. Inde culex tristis: post musca nocentior istis.
Quinta pecus strauit: uessicas sexta creauit. Post sequit̄ grādo: post brucus dente nephādo.
Nona tegit solem: primam necat ultima prolem. Vel sic.
Sanguis: unda: culex muscæ: pecus ulcera grādo. Brucus: caligo: mors pignora prima necādo.

Ad extremū diuo p̄re Aug. lib. 16. de ciui. dei ac. 18. ca. ii. sic referēte: Moyses hic cū eēt ætatis octoginta annorū: israeliticū pp̄lm ex ægypto eduxit: nouissimo: uz t̄pe cæcropis Atheniēsiū regis: cū ēt apd̄ Assyrios regnaret supradictus Ascades. Apud sicyonios Maratus & apud argiuos triopus: quū quo oīs multitudo mulierū pariter & īfantiū egressorū īnumerabilis fuit: sed q̄ ætatē adultā habebant̄ ut Iosephus lib. 2. ca. xi. scribit) sexcēta fuerūt milia: q̄ Ioseph ossa cū farina ꝯspersa secū portātes: ea triginta diebus usi sunt. Colūna aūt nubis in die eos p̄cedebat: nocte uero ignis similiter. Cūq̄ ad mare rubrū puenissent: Moyses prius oratiōe effusa uirga mare pcutiēs ꝯfestim diuisum est. Ipse autem dn̄s mox fluctibus maris fugatis: ꝓfunda nudauit: ita ut populus suus oīs iter stupētes undas: sicco uestigio: uelut montiū cōcaua trāsierit. At ægyptii p̄sequētes eū dum uidissent illesos ptrāsisse iudæos nimiū cōfisi eos p̄sequi sunt aggressi. Dūq̄ oīs exercitus in mare ītrogressus fuisset: dn̄s aquas maris super eos reduxit: & unus ex eis non remansit: sicut patet Exo. 14. Eo itaq̄ in loco chenchres pharao cum sexcentis curribus & quingentis milibus equitibus: ac ducentis milibus armatis pariter interiit. Quorum arma: quum uentorum uiolentia in terram allata fuissent: Moyses ea colligere præcepit. Quibus postea hebræis munitis per desertum ad montem Synai usq̄ imolaturus illos perduxit. Verum quoniam hoc uolumen satis iam excreuit ad quartum librum me transferam.

LIBER QVARTVS IN SVPPLEMENTVM SVPPLEMENTI CHRONICARVM: NOVISSIME ETIAM A PRIMO AVCTORE ACCVRATIORE DILIGENTIA CONGESTVS FOELICITER INCIPIT.

1513 3686 MOyses itaq̄ uir Sanctissimus uerus omniū prophetarū: Theologorūq̄ ac historicorū princeps: ac sup oīa māsuetissimus homo: hoc anno postq̄ populū Israel de ægyptiaca seruitute liberasset: ipsum in Eremo q̄draginta annis rexit. Cuius q̄dē miracula p̄ eū facta: ipsum deo ꝯiunctissimū fuisse attestari uident̄. Vnde & a græcis & barbaris cōmēdatus plurimū fuit. Ipse. n. ille dilectus deo & hoībus uir fuit: cuius memoria in b̄ndictiōe semp̄ extitit: cui nec similē in gloria sanctorū aliquē aliū effecit. Eo q̄ magnificauent eū in timore inimicorū: ac suis uerbis maleficorū mōstra placuerit: Vnde & glorificauit eū in ꝯspectu regū atq̄ illū corā populo suo iunxit. Illiq̄ p̄terea gloriam suā in mōte Syna mirifice ostēdit. Vnde & pp̄ fidē & leuitatē ipsius sanctū effecit illū: ac eū solū ex omni carne eligere uisus est. Decima itaq̄ die mēsis Aprilis in desertū īgressus: ꝯfestim uniuerso populo israeli mādauit primū ut ad esum agni pascalis se p̄pararet. Quē & q̄rtadecima lūa eiusdē mēsis comederūt: fecerūtq̄ phase. i. trāsitū: Et p̄ gratiarū actiōe ꝓpiciatiōis dn̄i: Hymnū tota die illa ac nocte decātauerūt. Pasca aūt eo modo celebrato populi iudæ digressi uenerūt in Marath: ubi cū aquæ forēt amarissimæ ab Moyse dulcoratæ sunt. Hinc etiā castrametati sunt: uenerūt in Helym ubi. 70. erāt palmæ. Post uero triginta dies deficiēte populo annona: dedit illi dn̄s coturnices māna & aquā de petra Oreb: ut patet Exo. 17. post tres aūt mēses: quū Moyses ipse ex p̄cepto dn̄i uniuersū pp̄lm p̄monuisset: nō eē colēda dæmōia: īmo ecōtra repellēda cōtēnēdaq̄ tanq̄ pniciosissimos spiritus: tēplaq̄ ipsorū ac cærimonias q̄bus honorant̄ adeo eē delēda: ut nulla extaret memoria: ascēdit in montē Synai: ubi cū. 40. diebus & noctibus ieiunasset: legē dn̄i meruit accipere: ut patet Exo. 20. Indeq̄ cū archā dn̄i & tabernaculū eius ex lignis extruxisset fortissimis. Eidē etiā populo p̄ t̄pa pie & sancte uiuēdi oēm cōstituit disciplinā: ac op̄a legibus suis ꝯsona ipse effecit. Quibus q̄dē: non solū sui t̄pis iudæos: sed & oēs uēturos quoscūq̄ in uerā creatoris pietatē reduxit: Cuius rex cā est: q̄m & leges ipsas ultimas sup oēs tulit. Nec q̄dē uirtutis partē pietatē esse docuit: sed oēs uirtutes pietatis eē ptes diffiniuit ac declarauit. Ipsas q̄ppe uirtutes iustitiā (dixit) modestiā fortitudinē ac ciuiū cōcordiā: oībus altius summopere īpressit. Secūdo deinde suæ egressiōis anno. 12. exploratores ad terrā ꝓmissionis p̄misit: & illis reuersus pp̄ murmur populi ꝓhibiti sunt ulterius ꝓgredi. Qui ad solitudinē redeūtes. 40. annis sunt afflicti. Iste aūt Moyses sanctus ad summū philosophiæ cū puenisset etiā dei m̄sis secreta naturæ didicit: unde & creationē mūdi magna cū theologia uenustate didicit & cōscripsit: unde & īprimis de origine mūdi de omni mutatiōe alteratiōeq̄ rerū: de rōnaliū oīum natu

Moyses
Vide optima Moysi documenta

Vide Moysi eruditionem

ra de uisibili atq; inuisibili creatura de aīæ substātia: de rer̄ oīum cā: de cæterisq; oībus: quæ sola mētis īspectiōe cōprahēdent: scrutatus ē. Ver̄ nec expers fuit naturalis doctrinæ: nec de plātis oīum aīantiū. Ipse quoq; quū sapiētissimus eēt primus (ut Euseb. atq; Eupolemus histo. tradūt) litteras iudæis tradidit: a quibus phœnices postea accepere: deinde græci a phœnicibus ut infra dicet̄. Elemēta autem litterar̄ apud suos quæ inuenit: sūnt ista & uigintiduæ numerantur litteræ: scilicet.

Alphabetū hebræor̄

Aleph: Beb: Gimal: Daled: Hee: Val: Zai: Heth: Ted: Ioth: Caph: Lamed: Mēi: Nini: Saania: Ayn: Pes: Sadich: Cof: Rees: Sin: Thaf. ❡His aūt elemētis etiā primus declarauit quid esset Deus: quidq; nomē dei eēt dicēs. Nomē Dei proprie ineffabile est: nec etiam ipsa hominis mēte cōprahensibile. Dixit quoq; id ineffabile & arcanū dei nomen quattuor uocalibus solum ptineri: modo in unum sint collatæ. Quod postmodum quidam græcus ab hebræis instructus. His carminibus significauit dicens.

Versus pulchri

Inuictū magnumq; deū: nil molis habentem
Corporeæ: cūctor̄ hoīum rerūq; parentem
Dulcissona extollunt septem me carmina uocum.
Ex septemq; meum: cōstat uocalibus ipsum
Compositum miro signorum fœdere nomen.
Ast æterna chelys ego sum: q̄ mōtibus acta
Cœlor̄ dulci resono modulamie cātus.

Et iccirco Moyses iste docuit unū solū eē deū. Vnde dixit audi israel: dn̄s de⁹ tuus unus ē. Ver̄ postq̄ Xp̄m uētur̄: p figuras carnaliū obseruationū in tabernaculo & sacerdotio & sacrificiis aliisq; misticis & plurimis mādatis pphetasset: & benedictionē singulis tribubus in deor̄ ptulisset: comitāte eū Eleazaro summo sacerdote ac Iesu naue principe magno: atq; uniuerso populo ad montē: q uocat̄ Abarim: ex pcepto dn̄i accessit. Ibiq; senioribus dimissis: salutās Eleazar̄ sacerdotē ac ipsum principē Iesum dum adhuc eis loq̄ret̄: nubes q̄dā sup eū descēdit: & ipsum in q̄dā puulā uallē asportauit. Obiit itaq; Moyses iste anno ætatis suæ cētesimo & uigesimo: unde & uniuersus populus eū triginta diebus luxit plāctu magno: ut habet̄ Deuteronomii ultimo. Et cū apud oēs habitus sit sanctus: eius festiuitas secūdo nonas Septēbris celebrat̄. Supauit aūt Moyses hic oēs sapiētia: q unq̄ ullo tpe fuerūt. Eo q̄ q̄cūq; itelligeret optime uteret̄. Erat q̄ppe ad singula gerēda nimis idoneus: aī maximi: & robusti corpis atq; arcū sagitrādi pitissimus. Ferūt eū lōgū fuisse hoīem: flauūq; canū plixiore capillo ac barba: & deniq; statura & facie dignitatis pmagnæ. Nec ullus unq̄ illi similis fuit: cui dn̄s facie ad faciē loqueret̄: nā q̄cunq; loq cogitabat: deus putabat̄ in eo audiri. Ipse nāq; primus oīum diuinas leges litteris explanauit seu explicauit. Et libror̄ ueteris testamēti auctor primus extitit. Quoniā diuinæ historiæ cosmographiā in qnq; uoluminibus edidit: quæ penthatheucus appellat̄. Dicit̄ autē a pētha græce: quod latine qnq; dicit̄ & theucos uolumē: eo q̄ qnq; uolumina librorum ediderit. Quorum primus Genesis uocatur: eo q̄ in eo exordium mundi & generationes conscribātur. Exodusq; secundus: quia in eo exitum populi israel ex ægypto digerat. Leuiticus tertius inscribitur: q̄ leuitarum ministeria & uictimarum diuersitatem exquirat. Numerorum quartus est: eo q̄ egressæ tribus de ægypto in eo dinumerarentur: & quadraginta mansiones describuntur. Deuteronomium liber quintus dicitur: q̄ latine secūda lex dicit̄ seu appellat̄. Et ob hoc q̄dam aberrantes duas esse leges dicere uoluerūt: unam a Deo dataȝ quæ in quattuor pcedētibus cōtinet̄. Aliā a Moyse hoc in libro collatam. Et forte hoc eos mouit q̄ in libro numeri dicit̄: locutus est dominus ad moysen. In hoc uero locutus est moyses ad omnem israel. Sed notandum q̄ non ob aliud liber iste secūda lex dicitur: nisi quia ea quæ in præcedentibus dicta sunt etiam in isto iterantur. Vita itaq; moysi & finis e libris diuinis ac Iosephi excerpta: a nobis hoc modo declarata sufficiat.

Vide Moysi excellentias & corporis habituȝ

❡Acheres pharao decimus ex dynastia Diapolitanorum anno octuagesimoprimo uitæ moysi patriæ eius chenchre: cum sexcentibus curribus ac ducentis milibus peditibus armatis in mare demerso ægyptiis regnare cœpit & regnauit annis octo. 3686 1513

❡Echyreus quintusdecimus Sicyoniorum rex maratho patre sublato: tertio egressiōis populi Israel anno Sycioniis regnare cœpit & regnauit annis 55. 3689 1510

❡Mytilena ciuitas in Asya minori.



❡Mytilene: Asiæ minoris ciuitas: memoratu quidem digna a Mytilena Macharei filia cognominata his temporibus Eusebio teste a Xanto Tryopa in lesbo insula condita fuit: a qua postmodū & ipsa insula Mytilena nomen accepit. Ioannes autem Bochatius in. 4. Genealogiæ deorum dicit eam a quodā Milleto Solis filio primo cōditam: & a suo noie Militenē fuisse noiataȝ: sed postea mutatis litteris ex Mylitene Mytilenā dictam. Hæc nanq; in ægeo mari sita est. Quæ & rebus oībus refertissima phibetur. Hæc postmodū duos portus habuit: multaq; tum triremiū: tum aliar̄ nauiū capaces: in

capaces in qua Xanthus ipse prio habitauit post eoles: deinde Persarum imperiū subiit: postea macedonum deinde Romanorum: postremo quum sub græcos illi uaria esset fortuna: & Caloiañes constantinopolitanus imperator a Canthacusino armis pulsus esset: ope Francisci cathelusi Genuensis imperium recuperasset: ea urbs cum tota insula ob gratitu dineꝫ auxiliatori tradita est: ac etiā eius posteris sub quibus perdurauit usqꝫ ad annum domini sexagesimumquartum supra milesimum a c quadrigentesimū: quo anno mahumetus Othomanus turchorum imperator ipsam urbē & insulam cum maxima humani sanguinis effusione inuasit cœpit & diripuit: ac de ea triumphauit. Cuius animas omnes in Asyam transportauit: in ea quippe insula quinqꝫ postea condita fuerunt oppida: ut Pomponius testatur: uidelicet Antisa: Pyra: Cresos: Citana: & ipsa mytilenes: quā Seruius methymnā uocat: quarum ager preciosissimum uinum gignit. De quo Virg. 2. Georg. Nō eadē arborib⁹ pēdet uidemia nr̄is. Quā methymneo carpit de palmite lesbos. Ex hac q̄ppe urbe: multi singulares ꝓdiere uiri. E q̄bus pythacus unus ex septē sapiētibus fuit. Alceus poeta: & eius frater Anthimenides: & Sapho poetrix. Diophanes orator: ac Theophanes reꝝ scriptor: & alii multi.

1507 3692 ¶ Granaus secundus Atheniensium rex: anno sexto egressionis populi isra el ex ægypto patre suo Cecrope mortuo Atheniensibus regnare cœpit: & regnauit annis nouem. Hic Attis genuit filiam: ex cuius quidem nomine attica terra nominata est: ut supradictū est. Hæc inter macedoniam & achayam est constituta: quæ uera dicitur Græcia: Cuius duæ sunt partes Boetia .s. & pelopōnesus: quam turchi superioribus annis suo subiicere imperio.

¶ Chrotopus octauus Argiuorum rex: & ipse eodē anno suis regnare cœpit: & regnauit annis. 31.

¶ Italiæ regni principium.

¶ Ianus cognominatus deus ac deorum pater: uir utiqꝫ perhumanus & bonus ac p̄cipuus hospitalitatis cultor: hisdem temporibus ex orientalibus partibus ueniens primus omnium in italia nostra regnare cœpit: sed nec quantum regnauerit constat. Is inter cætera suæ maximæ uirtutis opera Saturnum cretensem Regem a ioue filio regno pulsum atqꝫ fugatum non modo benigne suscepit: uerum etiam cum eo regnum partiri uoluit. Ipse autem Saturnus quum in maxima trepidatione & miseria esset constitutus: ac uiribus omnino destitutus: ad ianum hunc squallidus concessit & suam illi infœlicitatē cum lachrymis exposuit: atqꝫ ab eo misericordiam expostulauit. Quibus lachrymis permotus ianus: in primis cognita hominis dignitate atqꝫ uirtute cum eo regnum omne diuisit eumqꝫ bono animo esse suasit. Qui de communi consilio: Ambo in signum regni diuisi singula condidere oppidula. Saturniā scilicet & Ianiculum. Quas obres quum concordes una regnarent aurea dixerunt eorum fuisse sæcula: eo q̄ libera tunc esset omnibus uita: nemo tūc alteri obnoxius: nullum furtum: nullaqꝫ litigia. Quamobrem respectu futurorum sæculorum: illa utiqꝫ aurea dici poterant sæcula: ipse enim ianus cum uidisset Saturnum huiusmodi hominum uitam in melius redigisse: statimqꝫ nusquā eum comparuisse excogitauit (ut Macrobius refert) honorem Saturni eius esse augmentum: ac per hoc terram omnem quam sibi contulerat ad perpetuam sui memoriam Saturniam nominare constituit. Deinde aram & sacra tanquā deo eidem cōdidit: quæ Saturnalia appellauit: iussitqꝫ eum obseruari maiestate religionis quasi uitæ melioris auctorem. Hunc autem & opinio hominum post mortem inter deos rettulit: quem posteritas etiam interprætata: ipsum quasi mundi aut cœli aut anni siue mensium ianuam appellauit: cui etiam ianuarium mensium dicarunt: eo q̄ mensis ipse principium & finem anni respiciat. Vnde & bifrontem eum depingere consueuerunt. ¶ Ianos tamen septem fuisse auctores affirmant. Quoruꝫ primus ianus bifrons a sapiētiæ magnitudine dictus Noe filius fuit qui cū ipso ī italiā ingressus est. Secūdus bicorporeus ob corporis magnitudinē qui fuit filius Iaphet filii Noe. Hunc quidā dicunt ianiculū condidisse: a quo ianiculus mons nomen accepit. De isto iosephus scribit q̄ iaphet duos genuit filios. Ianum .s. & Medū. Tertius dictus Ianus insubris filius Tubal filii iapheth: quē uolunt Mediolanū cōstruxisse in isubria: a quo (ut Papias scribit) ianuarius mēsis. Quartus hic q̄ secundū Macrobiū dictus est Ianus pater .i. deorū deus. Quintus ianus quirinus ab hasta quernа: quasi bellorum potentiā habens. Sextus ianus græcus qui fuit iouis filius: qui cū Saturno in italiam intrauit. Septimus ianus Troyanus: qui Genuam urbem maritimam in lyguria ampliauit.

¶ Italia itaqꝫ nostra huius Iani sedes & regnū est ꝓuincia oīum totius orbis celeberrima: q̄ id nomē a bobus prius habuisse existimat̄. Vnde ēt Plato in Thymeo id cōfirmare uidet̄: cū Thauros uocaret italos: a quoꝝ multitudine pulchritudineqꝫ atqꝫ fœtu italiā dixerit. Est aūt hæc inclita ꝓuincia in forma cruris posita īter Adriaticū: & tuscū mare siue supeꝝ & inferū: & a iugis Alpiū dorsoqꝫ Apenini montis porrecta se paulatim attollens: usqꝫ ad Reginū uerticē: & littora Brucioꝝ extenditur: in ultimoqꝫ sui: in duo scindit̄ cornua. Quorum alteꝝ ioniū spectat mare: alteꝝ uero Siculuꝫ in extremitate Rhegiū hn̄s oppidū. Eius aūt lōgitudo ab Augusta p̄toria q̄ in Alpiū fine uersus occidētē est ꝯstituta: & p̄ Romā Capuāqꝫ porrigit̄ usqꝫ ad oppidū Rhegiū (Solino teste) decies cētena & .xx. passuū millia colligit: latitudo uero quadringēta & .x. ubi ē maior latitudo. Vbi uerō minor Centū triginta sex. Vniuersæ aūt ambitus tricies cētena .lviii. millia cōplectit̄ umbilicū eius in agro Reatino esse: Varro auctor est. Hæc q̄ppe pro tempoꝝ diuersitate uaria sortita est nomīa. Et in primis dicta est Hesperia Athlantis fratre. Deinde Oenotria ab Oenotrio Sabinorum rege: unde & Italiæ oīs lōgitudo & latitudo

Virgilius in primo æneidos. Est locus hesperiam graii cognomine dicunt &c. Postremo dicta est Italia ab italo Siculorum rege: qui suo relicto regno uenit ad hæc loca i quibus habitans regnum constituit. Demum lombardia a longobardis: ut infra loco suo dicetur. Hæc quippe illa est celeberrima ꝓuincia. Dijs sacra ubi maxima est locorum salubritas: ac cœli temperies ubertas Soli aphrica colium opaca nemorum: ubi tāta est frugū uitium olearūq; fertilitas: amicti uitibus mōtes atq; ut ueteres dixere: summū liberi patris cum cerere certamen. Hinc bellatores equi nobilissima pecori uellera. In hac sunt auri & argenti & omnium pene metallorum fodinæ fertilissimæ infinitiq; calidissimi fontes: diuersis ægritudinibus remedia salutaria præstantes. Hæc quippe prouincia: in. xviii. subdiuidit regionibus siue isulis. Quaꝝ prima est liguria: Ethruria: latina picenum: seu Marchia: Romādiola: seu Emilia: umbria seu ducatus Spoletanus: Lōbardia: Venetia: Marchia Taruisina: Forumiulii: Histria: Aprutium: nunc Apulia Campania: nunc laboris terra: Calabria: Brutii: in his autem regionibus omnibus: aliquando septingentas fuisse ciuitates: Iginius q de italiæ urbibus scripsit: refert: sed Blondus flauius forliuiensis historicus diligentissimus: facta p singulas regiones dinumeratione: dicit tantūmodo ducentas sexaginta quattuor: quæ Episcopos habere dicuntur. Habet italia nostra tria maria præcipua: uidelicet Adriaticum & ligusticum: Suntq; in ea famosi lacus quindecim quorum nomina sunt: Ampsantus apud lucanos: qui lætales euaporat odores. Secundus Arcinus: haud longe a Roma: Tertius Auernus: in Campania poetarū carminibus celebris. Quartus Benacus inter Brixianos & Veronēses: ex quo Mincius effluit fluuius. Quintus Clitumus in umbria. Sextus Eupilus in agro Mediolanensi: ex quo lambrus progreditur. Septimus Fucinus: q & Marsinus apud Marsos. Octauus larius prope Comum urbē ex quo Abdua amnis ꝓfluit. Nonus lucrinus in Cāpania. Decimus regilus i agro tusculano. Vndecimus Sebinus inter Bergomenses nostros: & Brixienses diuidens. Ex quo Olius affluit fluuius. Duodecimus: Tarecinus apud Tarentum urbem. Tertiusdecimus Transimenus inter Perusiam & Corthonam diuidens. Quartusdecimus Vrbanus seu lacus maior in agro Mediolanensi: ex quo Tycinus limpidissimus fluuius ꝓfluit. Vltimus Vulsinus in Tuscia martyrio sanctæ Christinæ uirginis insignis: ab oppido uulsino sic nominatus. Vrbes itaq; celeberrimas atq; uiros in omni genere uirtutum præstantes: & præclara eorum facinora: si nunc uoluero recensere maius mihi uolumen exurget quam ipse decreuerim. Pleni sunt libri omnes italiæ nostræ laudibus nec est uel mediocriter doctus: quē eius laudes affugiant quæ non solum humanarū rerum: sed & etiam diuinarū mater habita est.

Ciuitatū italiæ nūerus. Maria italica lac⁹. 15.

3710 1486

GENVA VRBS MARITIMA.



¶ Genuā maritimā urbē: quā nostro sæculo ianuā usitatiori uocabulo appellamus: his tēporibus (ut nonnullis placet) in ligustici maris littore a quodam Genuo saturni regis filio cōditā & hoc noīe cognominatā fuisse dicunt. Alii autē ut Paulus perusinus historicus a Genuino: uno ex phaetontis sociis ꝯditam dicūt. Refert etenim idem Paulus quod dum phaeton ex ægypto in ligusticum mare deuenisset. Genuinū unū ex eius sociis nausea maris debilitatū: cū parte nauiū ad custodiā litoris dimisisse. Qui accolis locis semisiluestribus sibi iūctis. Oppipū ꝯdidit: & Genuā ex suo noīe eū nūcupauit. Alii quoq; a iano ꝑdicto italoꝝ rege cōditā astruūt. Et deinde post Troianū excidiū a quodā iano Troianoꝝ principe ampliatā: ubi & ipsius iani bifrōtis idolū primū coli cæptum ē. Cuius sigilli inscriptio sic haberi dicitur. Griffus ut has angit: sic hos ianua frāgit. Hæc itaq; celeberrima ciuitas totius lygustici sinus Emporiū ac Lombardiæ similiter totius ianua est. Quāuis nō desint qui eam ea de causa: uel a Genu id nomen sumpsisse credant: quū in Genu italiæ fuerit situata. Quæ quidem ciuitas a quadringentis annis: q̄ maxime: maximum habuit incrementū: quō

antea haud

antea haud magnum esset oppiduz:unde & ingentes nacta uires:& portu: & ædibus superbissimis ac reliquis in oī genere magnarum urbium ornamentis:nūc usq; (præter Venetias)cæteras Italiæ maritimas supet urbes. Quæ quidé adeo naualis belli perita excelluit:ut annos multos maris ipe rio sit potita:& pyratarum abstulent latrocinia. Ipsa nāq; cuz in primis Romanis græcisq; imperatoribus amicissima haberetur:& esset ab Hannibale pæno primo pœnitus dissipata:cum fuisset a cornelio Seruilio cōsule(ut Liuius refert)per Lucentium imperatorem suū instaurata & illustrata fuit. Verum quū post aduentū christi:a Barbaris multas direptiones & uastationes sustinuisset:diu in augmentū sui haud resilere potuit. Ipsa aūt post apostolos:cum statim sacrū xpi euangeliū suscepisset:semper in eodem incōcussa perseuerauit:& nulla unq̄ infidelitatis seu hereseos labe macula ri potuit. Eius deinde res nunc ꝓsperæ:nunc aduersæ:per multas manus postea diu actæ referunť: sed permaximæ nostro sæculo propter ipsius (ut ita loquar) discordiam:aduersam nō modo ptu lit fortunam:sed & ꝓpter ipsius crebermmas mutationes:& orientem & occidenté uniuersum i ad mirationem traxit. Nam post longobardoꝝ reges & Carolum magnū:eiusq; filios:plurimā ciuiū suorum sustinuit tyrannidé:propter q̄ & peregrinos dominos sibi super inducere aliq̄n necessariū fuit. Quæ sic auxilio:consilioq; destituta eius imperiū longe lateq; diffusum:pene totū iaz amisit. Peram etenim in primis urbem Cōstātinopoli oppositam:deinde Mytilenem insulam Famagustam totius Cypriæ insulæ columé:Capham in Thaurico cherōneso:olim Theodosiam nūcupatam:aliasq; græcanas urbes plurimas:a Turcis aliisq; gentibus ablatas perdidit:& tributarias fecit:atq; alia permulta incōmoda:& damna propter ipsius potissimū discordiam pertulit:quæ quotidie certissimo argumento uideri possunt:in hac aliquādo sanguinem e terra scaturisse compertū est. Ex hac quippe p̄stantissima urbe complurimi illustres:in omni genere emersere uiri: e quibus Syrus ipsius urbis primus episcopus sanctissimus fuit:Deinde Innocentius quartus & octauus pōtifices maximi. Adrianus quintus:Nicolaus quintus. Habuitq; ea ciuitas etiam nūc extantes inumerabiles pene sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales. Alii quoq; multi bellorum naualiū imperatores:& pugiles audacissimi:qui potentissimos reges & potentatus (ut infra diceť) statuerūt:sibiq; subdiderunt ex ea ꝓdierunt urbe. Multi etiam circa res ciuiles circaq; philosophiam:atq; artes liberales clari emersere. Ornatur hæc ciuitas duobus in p̄cialibus thesauris. Cineribus præcursoris domini: & Catino Smaragdino:qui in cœna azimorum cum discipulis domino appositus fuit: quo nihil carius nihilq; preciosius haberi potest. Pro quibus duobus nulla est ciuitas:quæ possit cuz hac inclita Genuensi urbe his in rebus de fœlicitate gloriaq; contendere.

¶ Thelegonus horis pastoris filius:ab inacho atheniēsium rege septimus:sexto pricipatus Moysi
1505 3694 anno atheniensibus regnare cœpit & regnauit annis. 9.

¶ Amphytrion tertius Atheniensium rex:& ipso quintodecimo principatus Moysi Atheniēsibus
1497 3702 regnare cœpit:& decé annis regnauit. An iste Alcei thebani filius fuerit ignorať:eo q̄ dicať iénam electrionis filiam:ex Lysidice formosissimam habuerit uxorem:a ioue amatam. Ex qua Herculem genuit filium:qui non nunq̄ a marito matris amphytrionides a poetis dicitur: sicut Helena a Tyndaro Tyndaris:quæ iouis similiter filia fuit.

¶ Chore hebræus:ex leuitarū genere natus:Moysi Sororius:uir quidem nobilissimus:ac ingéti fa
1490 3709 cultate locupletatus:& ad dicendū facundissimus hoc anno:qui est uigesimus secundus principatus Moysi ob seditionem:& conspirationem in Moysen:& Aaron factam ex dignitate sacerdotii: a domino turpiter cum trecentis interficitur:ut patet Numeri. 16. capitu. Quippe cum animaduerteret ipsum Moysen cognatum suum: in solio maximi honoris constitutum : inuidia permotus contra eundem murmurare:& suo honori detrahere non extimuit:dicens illum nimium fore crudelem:& ambitiosum:& eas obres:quadam calliditate asseruisse se deum uidisse:quodq; cōtra ius fasq; fratri suo Aaron Sacerdotii dignitatem ꝓtulisset:non omnibus quidem populi suffragiis : sed auctoritate propria. Affirmabat p̄terea q̄ si ipsa dignitas alicui ex tribu leui erat conferenda:q̄ sibi debebatur:tanq̄ iustior:ac forma:& diuitiis præstantior. Si uero maiorem tribū expostulasset : deus certe Tribui Ruben conferri debuisset:uidelicet Dathā & Abiron accipere debuerant:tanq̄ dignitate & facultate digniores & sublimiores. Hæc itaq; chore blactrans nitebatur ipsam dignitaté populi fauore sibi uendicare. Quibus quidem uerbis cōcitatus populus parū abfuit:quin Aarō dignitate priuasset:in hanc quippe sententiā ducenti & quinquaginta ex primoribus israel uiri cōuenerant:ut oīno Aaron ab ea sacerdotii dignitate sūmouerent. Eo item in tumultu populus Moysen lapidare uoluit. At Moyses uir sanctus:licet populum turbulētum cōtra se uenire cerneret: minime extimuit. Sciens itaq; fratrem Aaron dei uoluntate:ad id dignitatis fastigiū fuisse euectū uniuersum populū ad cōcioné conuocauit. Quibus in unū congregatis Moyses eleuata uoce:oībus astantibus & audientibus dixit chore & suis cōplicibus. Non enim Aaron frater meus o uiri israelitæ hāc dignitaté mea grā sortitus é:sed diuino mādato. Quare o chore:uiriq; cæteri moneo & hortor:ut a seditōe & murmure q̄escatis:ueꝝ uobis oībus:q hāc Sacerdotii dignitaté tātope exq̄ritis: p̄cipio:ut mane unusq̄sq; cū thuribulo suo:igne repleto:ac Thymiamate:huc adesse uelitis. Sed tu chore uir pessime:q huius seditiōis:& ꝯiuratiōis auctor extitisti:expecta ꝓ hac tua ābitiōe dei iudicium atq; sentétiam. Altera itaq; die uniuersis iudæis i unum ad huiusmodi electionem: & specta-

culū congregatis. Moyses aduocauit uniuersos: qui de dignitate sacerdotali cōtēdebāt:ut ꝓbationē de sacerdotio aliquā facerent: ut populus intelligeret: cuius dominus sacrificium sciret: ac illum sacerdotio præponere possent. At Aaron & Chore: cum trecentis uiris ante tabernaculum conuenientibus Moyses omnes cum thuribulis benedixit: ac sanctificauit. Quibus sanctificatis repente tantus effulsit ignis: quantus ullus unq̄ opifex excitare posset: quo quidem igne illico chore simul cū trecentis uiris a deo exustus est: adeo ut nec aliquorum corporū uestigia alicubi uisa sint. Aaron autem pontifex cunctis cernentibus, obuiam iuit furentibus flāmis: & suo accenso thuribulo: dei iram cohibuit. Ipse quidem tanq̄ uerus sūmus sacerdos: inter mortē & uitam stare uoluit. Eā orbē ignis ille nec ultra ꝓcedere ausus est. Dei itaq; potentiā; Serui ꝓces atq; charitas īpedire potuere.

¶ Dathan autem & Abyron uiri hebræi: ex Tribu Ruben progeniti: homines inter suos potentissimi: & ipsi hac eadem tempestate propter eoꝝ blassfemias: ab terra dei iudicio absorti sunt. Nam & ipsi cum supradicto chore pestifero uiro contra Moysen & Aaron: eo ꝓpter sacerdotii dignitatē turpiter cōspirauerant. Sed & ipsi ante tabernaculū a moyse cōuocatis cunctis astantibus moyses genibus aduolutus: hanc orationē ad dominū fundens dixit. Tu domine deus israel: qui iustus es: & tuum semper iudicium uerum est: obsecro fac super hos apertum iudiciū prouenire: qui ita erecta ceruice: cōtra tuam gloriam uenire præsumpserunt: ita ut non cōmuni morte ex hac uita pertranseant. Ad cuius preces euestigio terra adeo cōmota est: ut aperta eos deglutiuerit. Quibus sic exterminatis confestim: ea terræ apertio super eos reducta est: & reintegrata: ac si nihil horū q̄ dicta sunt unq̄ factum fuisset: atq; ita illi blassfemi: tali iudicio perire: ut habetur Numeri. 16.

¶ Vitulum autem conflatilem aureum: hisdem temporibus hebræi ad instar erroris ægyptiorum quibus Busiridem adorabant: sibi cōfecerunt & adorauerūt. Quaobrem iratus dñs: ex ipsis ꝯfestī quatuordecim millia & septingentos uiros in deserto ꝑcussit & exterminauit: ut habet̄ Numeri. 17. 3710 1486

¶ Iuppiter eius nominis tertius: Saturni regis ex ope uxore filius: hoc anno: q̄ est uigesimus secundus principatus moysi: patre e regno expulso: in cretha insula regnare cœpit: sed quātum regnauerit: non habemus. Hic ut supra dictum est: in Saturni patris uita: cum Iunone sorore eodem partu editus fuit: q̄ mox a matre in Idam montem crethensem alendus transmissus est: ibidemq; curetibus religiosis cōmendatus: uariæ tamen de ipsius enutritione feruntur sententiæ: sed omnes in hāc cōuenire uidentur: ꝙ melle tantū fuerit nutritus. Qui cū adoleuisset (ob captos parentes) cū Tytanis bellum durum habuit: & eos liberauit. Inde haud multo post: etiam patrem e regno expulit: eo ꝙ cōperisset ipsum suæ uitæ insidiari. Et hinc illi bellū cū gigantibus confectum fuisse: quos superatos: mōtibus supposuit. Deniq; orbe sibi subacto: imperiū cū fratribus partiri uoluit. Dato plutōi fratri infernorum dominio: & Neptuno maris: sibi Olympo reseruato. Et cū iam diu antea Iunonem sororem suā in coniugē sumpsisset: ac filios plurimos ex ea suscepisset: ac Rex potentissimus factus fuisset. Vt erat uir admodū gloriæ cupidus: eam plurimum ambire cœpit: & non minus astutia q̄ uiribus & laudes humanas & diuinos honores sibi acquirere procurauit: unde & templa plurimis in locis sibi ipsi construxit: ac suo nomini dicauit. Et eam obrem in quācunq; regionē accessisset & reges principesq; populorū hospitio: & amicitia sibi copulabat: & quū ab eisdem digrederetur: inter cætera imperabat sibi tēplum ædificari. Atq; ita hac astutia factum est: ut iuppiter hic sibi diuinum honorem in Græcia acquisierit: cū quadam religione cōnexum. Plurimi etenim reges eidem obsequi uolentes ob nominis sui gratiā: ēt ānuos ritus: & festa celebrabāt. Et hoc modo iuppiter hic per orbem terræ sui cultus religionem disseminauit: & exemplum cæteris ad hoc imitandū dedit. Et quantūcunq; iuppiter hic circa honores ambitiosus nimium esset: libidinibusq; intemperanter deseruiret: multa tamen bona: & utilia humanæ uitæ adinuenit: ac mala plurima substulit: & inter cætera ab hominū moribus consuetudinē comedendi carnes humanas amouit: quibus illo tempore uescebantur. Eum quippe plurimum corporis robore & animi uirtutibus ualuisse: ac sūmopere studuisse: ut & impii punirentur: & probi sūmis afficerētur beneficiis. Et q̄q̄ propter eius singularem corporis strenuitatem: ac incōparabilem mentis elegantiam. Rex cœlestis ab omnibus diceretur: nihilominus adeo ab Europa pulcherrima Iuuencula dementatus fuit: ut post eam mugire: taurorum more coactus fuerit: atq; ita hunc quem bonitas uirtutum super astra extulerat: fœmina brutis comparasse uisa est. Demum itaq; Iuppiter hic: postq̄ uniuersam terram quinquies circuisset: & omnibus amicis atq; cognatis suis impia diuisisset: leges moresq; hominū composuisset: ac alia multa bona fecisset: quibus quidem īmortalem gloriam memoriāq; sempiternā adeptus est: ætatemq; pessime & turpissime actam: in Cretha uitam cum morte cōmutauit: & ad Deos (ut multi delirant) abiit: cuius funus Curetes curarunt. Crethenses itaq; suum iouē postmodum asseuerantes. Sepulchrum eidem magnificum extruxerunt: quod apud se diu ostenderūt. Ea propter Græci omnes ipsum postmodum mundi mentem fuisse dixerunt: quæ uidelicet in se ipsa mundum continens: produxit. Vnde & Orpheus in sua theologia: de eo sic tradidit: dicens.

Vide bona quæ Iuppiter hic fecit

Nota pulchre

Error græcoꝝ

Iuppiter altitonans ante omnia sæcula primus:
Iuppiter extremus longa est post sæcula mundi.
Iuppiter est summus uertex: atq; infima planta:
Ipse æternum semper simul est: ac totus ubiq;. Terra fundus.

Sidereæq; domus

Sidereq; domus rex est:& iuppiter ipse Principium atq; ortus rerum:uis una deusq;
Vnus omnipotens:regali in corpore cuius Singula ponuntur:tellus:unda:ignis:& aer.
Nox simul atq; dies:sapientia primaq; origo &c.quæ sequuntur fabulosa.

¶ Garamas Apollinis filius(ut Rabanus in libro de origine testatur)his temporibus in aethiopia imperans oppidum ex suo nomine non ignobile:ea in regione condidit:quod Garama nuncupa uit.Is æstu & sterilitate delectatus:ea in regione:ubi Sol omnia peremit:sedem delegit: atq; suum imperium cōstituit:& populos a se Garamantes appellauit.Hi nāq; in lybia constituti: hominum consortia pœnitus confugiunt:tanq̄ imbelles:& inermes populi.Qui nec priuata contrahunt ma trimonia:sed omnibus licet uenere uti.Garamantes nihilominus:alii Nilo amni proximi sunt:qui econtrario fortes & audaces referuntur:qui terram nudi arant. De quibus Lucanus. Gara-mantes populi
Non super arantem meroem cancriq; sub axe. Qua nudi Garamātes arant. Ibidem est fons mirabilis qui ut Solinus ait alternis uicibus in die frigescit:nocte uero feruet.

¶ Saturnus autem rex optimus his temporibus: ab ioue filio:e regno deiectus:& fugatus:dū diu: multumq; ob timorem filii errasset:uix tandem in italia locum inuenit:quo latere posset.Ab iano igitur uiro:& rege humanissimo comiter exceptus:etiam ipsius regni consors efficitur. Ea ꝓpter. Virgilius in octauo æneidos dixit. Primus ab æthereo uenit Saturnus olympo.
Arma iouis fugiens & regis exul ademptis. Ipse quidem Saturnus postq̄ a iano susceptus est:nō procul ab urbe latuit:ubi& Saturniam oppidum condidit:& ibidem sui futuri regi sedem primum constituit:ubi etiam rudes populos componens:primum domos ædificare:agros colere: uineasq; plantare docuit. Antea & enim homines illi glandibus tantum sustentabantur: & sub contextis frōdibus degebāt.Q. d' Vir.ubi supra testatus ē dicēs. Is gēus īdocile & dispersum mōtibus altis
Composuit:legesq; dedit:latiumq; uocari. Maluit is quoniam latuisset tutus in oris.
Et Ouidi.i.Metha.de eodem sic rettulit.
Postq̄ saturno tenebrosa in tartara misso.
Sub ioue mundus erat:subitq; argentea proles. Aureaq; ut perhibent illo sub rege fuere Sæcula.

¶ Latium autem Saturni huius regis possessio:& regnū:ab euentu sic dictum est:clarissima Italiæ nostræ regio:cuius quidem fines sunt:ab hostiis tyberinis ad sitanum sinum . Et est inter Ethruriā & campaniā media ornata:quippe nobilissimis ciuitatibus & populis:quidem regioné persecat tyberis fluuius:& tandem in mare apud Ostiam placidissimo decurrit lapsu.In qua regione condita postmodum fuit romanorum pontificum : & regum domicillium: deinde Ardea a Dane persei matre:Terracina postmodum Caieta a nutrice aeneæ.Et uiletre: choraq; atq; penestre ciuitates. Necnon & anania & Tybur insignis:in qua Sybilla decima:dicta Tiburtina originē duxit:ac aliæ multæ nūc dirutæ ciuitates.Hac ēt ī regiōe ē circa us Mōs.Et ausōes populi a qbus mare ausoniū.

¶ Vulcanus autem prædicti iouis frater & ipse hac tempestate(q̄q̄ deformis plurimum uir esset) multo tamen ingenio inclitus clarusq; fuit.Hunc omnes poetæ tradunt claudicantem progenitū fuisse.Quam ob causam illico parentes in lemnum insulam proiecerūt:ubi & a Symiis (ut Serui us refert) nutritus educatusq; fuit. Qui quum adoleuisset:adeo eximius ferri faber euasit:ut Deorum faber appellaretur.Nam in primis ioui fratri Arma & fulmina:aliisq; Diis armamenta cōtra Gigantes miro modo fabricauit:fecit præterea monile hermionis:& coronam Ariadnæ: Armaq; achillis:& æneæ ac plurima alia:quæ humanum ingenium excessisse uisa sunt.Verū tamen:ea ob beneficia:ad Deorum mensam nō fuit admissus. Qua propter supplicauit ipsi ioui fratri (ut saltē liceret ei nuptiis Mineruæ iūgi)cui quom obtēpatū fuisset:ēt ab eadē spretus fuit.Quæ oīa Vir.in Buccholicis tetigit:quū dixit.Cui nō risere parētes. Nec deus hūc mēsa:dea nec dignata cubili ē. Habuit nihilominus uenerem uxorem:quā quom cum Marte aliquando:seu cū armigero adulterantem cōspexisset:eos subtilissimis deuinxit cathenis:& id Diis omnibus propalauit. Hic itaq; fabrorum Deus appellatus est.unum tantum filium nomine Ethyopum post se reliquit. Pingebatur autem Vulcanus hic:tanq̄ deus ignium in similitudinem fabri admodum deformis.claudus ī primis cum malleo in manu. Vide hic uulcani opera

¶ Lemnos autem insula ad quam prædictus Vulcanus ex Ethna monte refocillationis causa accedere consueuerat:est in ægeo mari constituta. De qua Statius in quinto thebaidos lib.sic dixit.
Lemnius ignifera:fessus trespirat ab ethna.
Vestit athos:nemorumq; obscurat imagine pontum.
Athos autē Mons:in Macedonia est altissimus:qui a lemno distat.86.millia passuū qui ad hanc usq; insulam(ut historici referunt)suam umbram protendit.

1487 3712 ¶ Erictonius quartus atheniensium Rex hoc anno qui est uigesimusquintus ducatus Moysi post amphitrionem patrem:atheniensibus regnare cœpit:& quinquaginta annis regnauit. Hic quippe cum Vulcani & Mineruæ filius diceretur:ipsis parentibus atq; Apollini : & aliæ mineruæ templū primum extruxit:atq; eisdem ludos instituit.Hunc aiunt pedes serpentinos habuisse: ad quos contegendos (quum ad ætatem adultam peruenisset)Currum primus excogitauit : dicente Virgilio in tertio Georgicorum libro. Currus primū ī uentum
Primus erictonius:currus & quattuor ausus. Iungere equos:rabidisq; rotis insistere uictor.

Argenti inuentũ Ipsumq; Plinius ĩ septimo naturalis historiæ:dixit primum argentũ inuenisse:Et qm̃ uir industrius & de genere Deoꝝ creditus fuit:ad regiam maiestatẽ ꝓmotus est.De hoc aũt diuus pater Augustinus.18.de ciui.dei:sic inquit templum fuisse apud athenienses Vulcani & Mineruæ cõe dicatũ. In quo quidẽ cõpertus fuit infans dracone circũuolutus.Qui quũ iudicio oĩum atheniẽsium magnũ aliquando futurum uirum protenderet:eum seruare mandarunt:eo maxime ꝙ parentes incogniti essent.Iis quibus dicatum erat templum:in quo compertus fuerat dediderunt filium.Qui tandẽ cum in cœlum inter alias imagines assumptus fuisset.Serpẽtarius dictus est.

¶ Stenellus nonus argiuoꝝ rex:hoc anno qui est uigesimusoctauus Ducatus Moysi:suis regnare cœpit:& regnauit annis undecim.Hunc ex castore quodã Equorum domitore Argiuorũq; principe ortum habuisse tradunt:qui & cũ Danao micenarum rege bellum gessit acerrimũ:quo quũ tandem supatus expulsusq; fuisset.Danaus ipse argos tenuit.Minores uero eius eo ĩ regno pseuerauerũt:usq; ad Euristheũ quẽdã persei nepotẽ:post quẽ peliopidæ imperiũ susceperũt: regnãte Attreo. 3715 1484

¶ Lycaon Titannis & terræ filius archadiæq; rex:his tpibus ꝓpter suam tyrãnidẽ pessimãq; pfidiã a suis e regno pulsus exul & inops cum paucis in siluas fugit:& itineribus insidiando ex raptu uiuere cœpit:ꝙ fabulæ locũ dedit:ꝙ in lupum fuerit uersus: inde quãdam archadiæ partẽ inhabitans: eam Lycaoniam a se nuncupauit: quæ quidem pars in Pelopõneso sita est.Fuitq; Calisthonis pr̃: quæ in Arcton cõmutata ĩ cœlo locata fuit.Vnde Ouidius de tristibus. Quæq; lycaonio terra sub axe iacet.Et etiam Virgi.in primo Georgi.Clarãq; Lycaonis arcton.Sunt ẽt alii Lycaones in minori asya populi:sagittandi usu peritissimi:de quibus Ptolemæus in.5.loquitur.

¶ Ethiops Vulcani superioris (ut quibusdam placet)filius:& ipse hac tempestate:ĩ Aphrica maximus euasit rex:ibidẽq; regno firmato:prouinciã a se habitatam prius Etheriã deinde atlantiã dictã Ethiopiam nũcupari uoluit: ꝙ nõ paruum fuit argumentũ:eum fuisse potentissimum hominem.

¶ Ethiopia igitur prouincia:de qua ẽt supra lib.2.mentionem fecimus ab isto Ethiope sic appellata est aphricæ prouincia supra ægyptũ uersus meridiem constituta.In qua plurimi mõstruosi sunt populi:& Draconum terribilium maxima copia:ex quoꝝ cerebro gemmæ extrahunt̃ preciosissimæ.Ibi Hyacithus & Grisopassus inueniuntur:atq; cynamomũ optimũ inibi colligit̃. Feraꝝ quoq; diuersa genera: e quibus Gameleopardus:collo equino Rinoceron:de quo sæpius Iob meminit: cui est color buxeus:in naribus cornu unicum habens:Mittiq; lycaonem lupũ ceruice iubatum: & plurimis modis uariũ:adeo ut nullũ illi colorẽ abesse dicant:Atq; Tragogam auẽ aquilis maiorem ꝓducit.Ad hanc quidẽ ꝓuinciam diuus Mattheus apostolus & euangelista:cum in sortẽ prædicationis ipsa aduenerat: a spiritu sancto ductus intrepidus post modũ accessit:& ægyptũ regem (postq̃ filiũ eius a morte suscitauerat)cũ omni domo ac regno baptizauit:q in ciuitate eoꝝ pmaxima nomine Nabdaber regnabat:ubi & postmodum ipse apostolus martyrio coronatus est.

Rinoceros
Lycaon lupus
Tragoga auis.

¶ Iunonem Saturni & opis filiam:magniq; iouis sororẽ pariter & cõiugem: hac ætate in precio fuisse constat:ꝙ errore gentiliũ regnoꝝ ac deoꝝ regina dicta fuerit:& ꝓpterea post mortẽ ipsaȝ regnoꝝ & diuitiaꝝ fecerunt deam:sicut & cõiugii uelut Virgi.scribit:dicens Iunoni ante oĩs cui uincula iugalia curæ.Et ideo parturientibus eam præesse uolueruñt.Insuper & illi insignẽ currum & arma bellica attribuũt.Ipsi quoq; tanq̃ reginæ excellẽtissimæ Nymphas pedissequas quattuordecĩ ascripserũt:ut ĩ eius personam Virgi.dixit.Sunt mihi bisseptem p̃stanti corpore nimphæ.In cuius etiam tutelam pauonẽ auem dixere:cuius caudæ dicit Ouidius eam Argi pastoris sui a Mercurio occisi:oculos apposuisse:Hãc quippe præter Iunonẽ & reginã multis noĩbus uocant: uidelicet Lucinam Matronaȝ Curitim Deam Martem Fluoniã februam interducã Donducam Vnxiam populoniã:& proserpinam:Eamq; fingunt comestis lactucis siluestribus:Hebem filiã ꝯcepisse sic & flore percusso Martem.Ex ioue uero multos filios.Qua post mortẽ inter deos relata Samii nobilissimũ ei templum construxerunt.In quo & eius simulachrum in habitus puellæ nubentis erexerunt.Vbi & eius anniuersaria Sami ciues sui:eo ĩ tẽplo:nuptiaꝝ ritu singulis ãnis celebrare ꝯsueuere:quom apđ Samos ipsa iuno nata& educata:atq; ioui nupta fuisset.Vt cãtatissimi dixere poetæ.

Nomia uaria iouis

¶ Samos autem quæ & Samotracia huius Iunonis patria:est insula ĩ ægeo mari prope Thraciã posita:oliuetis quidem admodũ fœcunda incolis frequens & nobilibus plurimum celebrata.Vbi primũ quædam fictilia uasa:quæ & Samia appellata sunt:dicunt̃ facta.Hac quippe in insula nati sunt Pythagoras:& sexta Sybilla:quæ de christo hæc præcinit dicens.Tu enim stulta iudæa deum tuum non cognouisti:immo eum felle potasti:ac spinis coronasti.

¶ Hercules Argiuus nõ magnus ille thebanus:de quo loco suo dicemus Athlantis.s.imitator his tpibus Augu.teste floruit.Hunc Eusebius Desonaam cognominatũ fuisse dixit: eo ꝙ Astrologiã: ex Athlãtis domatibus acceperit:ꝓpter ꝙ fictũ fuit ipsuȝ cœlũ sustinuisse humeris ab athlãte ipso susceptũ.Qui quũ ea in disciplina admodũ studiosus eẽt: audita anthei aphri fama ꝙ in oĩ sciẽtia clarus haberet̃ confestim:ut eius eruditionẽ experiri posset:ad eũ accessit.Ibiq; ambobus in unuȝ congregatis: euestigio maxima inter ipsos orta est dissensio:& disceptatio:imo magnum suæ sciæ inter sese habuere certamen:de quo hic infra latius mox dicemus.Duos aũt hic post se reliquit filios Sardinum uidelicet & Syrenum:a quibus postea sardinia & Corsica nomen accepere.

¶ Antheum autem insignem uirum:natione lybicum ex Mauritania : in certis quidem parentibus natum

bus natum: quem Lucanus scribit fuisse ferum: atq; fortissimum: necnō omni genere uirtutis atq; scientiæ peritissimum: hisdem tēporibus floruisse diuus Augustinus refert. Hic tantæ doctrinæ fuit uir: ut cum quibuscūq; luctam susciperet: semper uictor exiret. Quo audito Hercules prædictus ad eum mox concessit: ut cum eo luctamē iniret. Quomq; in agonem deuenissent: & eū sæpius prostratum: robustiorem semper resurgere cerneret: aduertit tandem q̄ uires e terra recuperaret: statimq; cum fessum eum animaduertisset: in altum ulnis ipsum extulit: & tā diu sic tenuit: donec expiraret. Cuius fabulæ sensus talis fuit. Quod antheus hic cum Hercule disputans totius suæ disputationis effectū terrenis rebus applicare nitebatur: tanq̄ in ea re eruditus præualere cōfideret. Sed ab Hercule ipso tandem: licet inferiorum magnam cognitionem haberet: superatus est. Hercules enim cum inferiorum solidā non haberet cognitionē suam in disputatione: semper ingenium ad superiora cōuertere satagebat: ut uel sic in disputando de superioribus Antheus semper deficeret. Antheus uero luctando uictoriæ præmium: tandē Herculi dedit. Vnde (ut dictum est) confictū fuit q̄ Antheus cum Hercule pugnando uires a terra recipiebat: quibus se ab Hercule tueri confidebat Demum cum hercules illum e terra hoc ē Geometria ad Astrologiā eleuasset superauit. Eusebius autem noster affirmat: hunc palestricæ artis ne dum fuisse inuentorem: sed doctissimum quidē: ac aliorum quorūcunq; certaminum quæ in terris exerceri possunt. Vnde Lucanus de ipso: in quarto multa conscribens: hæc ad uerbum ait.

Nondum post tellus effœta gigantes
Terribilem lybicis partu concepit in antris
Nec tam iusta fuit: terrarum gloria typhon:
Aut tytios: briareusq; ferox: cœloq; pepercit.
Quod non phlegreis antheum sustulit aruis.
Hoc quoq; tam uastas cumulauit munere uires:
Terra sui fœtus: quæ cum tetigere parentes
Iam defecta uigent: renouato robore membra.
Hæc illi spelunca domus latuisse sub alta.
Rupe ferunt epulas: raptos habuisse leones:
Ad somnos non terga feræ præbere cubile.
Asserunt non silua thorum uiresq; resumpsit.
In nuda tellure iacens petiere coloni.
Aruorum lybiæ: pereunt quos appulit æquor.
Auxilioq; diu uirtus non ausa cadendi.
Terræ spernit opes: inuictus robore cunctis.
Quauis staret erat.

¶ Danaus Beli prisci filius decimus argiuorum rex: hoc anno: qui est trigesimus septimus Ducatus Moysi: Stenello rege expulso: argiuis regnare cœpit: & .50. annis regnauit. Qui sicut refert Eusebius ac alii permulti: quinquaginta ex pluribus coniugibus genuit filias. Quas belides idem pater nominauit: de quibus Iuuenalis meminit: quū dixit. Occurrēt multæ tibi Belides: ægistus uero eius frater totidem filios simili modo procreauit. Qui p̄curante Danao: omnes se filiabus suis matrimonio copularūt. Veritus autē aliquādo Danaus ne tanta generorum multitudo: sibi regnū adimerent: suis filiabus persuasit: ut unaquæq; prima nocte uirum suum occideret: quod & factū est. Vna dūtaxat excepta: quæ Hypermestra uocabat̄: quæ pietate permota lyno uiro suo pepercit. Qui & ipse tādem socero suo obtruncato: post ipsum regnauit. Iste itaq; Danaus primum apud ægyptios regnabat: sed inde pulsus. Argos ueniens: Stenellum ibidem regnantem: regno expulit: & regnum sibi assumpsit. Hic ut Plinius refert: primus græcis fodere docuit puteos. puteorum primus fossor

¶ Archas Iouis ex Calisthone filius tempestate hac pelasgis in deditionē redactis eorum regionē a se Archadiā nūcupauit: quæ prius Seruio teste. parrasia dicta fuit. Hæc .n. (ut supra libro tertio etiā semel dictum est) Achaiæ pars fuit: inter mare ionium: & ægeum disposita. Hāc quippe totā montuosam esse Plinius affirmat. Iste siquidē Archas: quom didicisset Calisthonē sacram uirginē a Ioue uiciatā: & ab aliis sacris uirginibus e claustro fuisse exclusam: cū adoleuisset matrem occidere uoluit: quæ timore percita: Siluas in quibus diu latuerat linquens ad suū Iouem cōfugit: qui eam in filii gratiam mox reconciliauit: permisitq;: ut in paternū regnum redire posset. Nam ipsa Lycaonis regis supradicti quē iuppiter e regno depulerat filia fuerat. Archas itaq; hic quū ferox iuuenis admodū euasisset: & pelasgos in deditionē redigisset: illos suo nomīe archades appellauit. Archas āt Calisthonē eius matrem post mortem ob eius diuturnā latebrā ursam appellauit: & postmodum populi filium a nomine matris ursum uocauere. Quos ambos postea stellificauerūt: & circa polum arcticum locauerunt: & matrem minorem ursam: filium uero maiorem appellauere.

1472 3727 ¶ Eleazarus secundus summus hebræorum pontifex sancti Aaron pontificis filius hoc anno qui est quadragesimus ducatus Moysi patre ipso Aaron uita functo: a domino per manum Moysi in locum patris pontifex subrogatus sedit annis .27. uir sane prudentissimus: deoq; admodū dilectus. Qui pontificatum ac sacerdotio inito cum Iosue duce filio Hum uniuersam chananeorum terram conquisiuit & iudæam non chananeam appellauit: adeptam autem .xi. tribubus filiorum israel diligenti examine diuisit. Vt patet Iosue ultimo. Ipse quidem iugiter cum filiis ardentissima cura in tabernaculo Domini deseruiuit. Sacrificia ac placationes pro populo Deo optimo obtulit. Deniq; de deo: deq; hominibus bene promeritus eodem anno quo & Iosue mortuus est: in senectute bona: quum Fineæ filio primum sacerdoti dignitatem dereliquisset. Cuius corpus in Gabathaa ciuitate sua sepultum traditur. Ab isto namq; Eleazaro usq; ad Christum paucis exceptis pontifices omnes descendere.

¶ Serpentes autem ignotos: hoc anno dominus in filios Israel propter eorum murmurationē misit. Quorum quidem uenenatis morsibus plurimi periere: Vt patet Numeri .21.

¶ Balam propheta filius Beor: qui super flumē terræ filiorum Amon habitabat: uir itaq; insignis atq; pclarus his temporibus clarus effulsit. Qui adeo gratissimus deo propter eloquii ueritatē fuit: ut ad maximam pphetiæ gratiam euectus sit: eoq; floruerit priuilegio: ut cui benediceret esset benedictus: atq; e contrario cui maledicta ingessisset maledictionibus repleretur. Adhuc itaq; tātum pphetam Balach medianitarum rex: quū audisset Moysen. Og regem Basan: cū omni suo populo expugnasse solemnes legatos misit obsecrans eū maximis pollicitationibus dignaret ad se uenire: ac israelitis maledicere. Qui cum cōsuluisset dominū: quid rei opus esset: confestim ab ipso oio prohibitus est. Denuoq; quū idem rex alios legatos strenuissimos rursus ad eum misisset: precibus eorum permotus eidem obtēperare decreuit. Dū aūt pergeret: euestigio Angelus domini eidē occurrit: atq; contra eundem cum euaginato gladio in uia obstitit. At asina: cui insidebat ppheta cernens angelum in angustissimo uiæ loco: stantem adeo q nec ad dexteram: nec ad sinistrā deuiare poterat: protinus sub sedentis pedibus cōcidit: & cū uehementius latera eius cederent. Dominus asinæ os confestim apperuit: quæ pphetæ dixit: Heu me quid nam tibi feci? cur me iam tertio percutis. Respondit ppheta: quia cōmeruisti & illusisti mihi: utinam (inquit) gladium haberē ut pcuterem te. Dixit asina: Nonne animal tuū sum: cui semper insidere cōsueuisti usq; in præsentem diē: Dic quid simile unquā fecerim tibi? At ille ait: Nunquam. Et confestim Balaam uidit Angelū dñi: gladio euaginato contra se qui eum corripuit. At ille statim dixit peccaui: nesciens q tu stares contra me. Et nunc si displicet tibi: ut uadā & maledicā domini populo reuertar. Qui iussu angeli pergens: non maledixit: sed pphetauit dicens. Orietur stella ex Iacob: & ꝯsurget uirga de israel: & pcutiet duces Maob: uastabitq; omnes filios Soth: & erit idumea possessio eius: hæreditas uero Seir cedet inimicis suis israel autem fortiter aget. Et de Iacob erit qui dominabit: & perdet reliquias ciuitatis: prophetauit ita Balaam hic: & cōtra Amalech: & cōtra Assur: & demum cōtra filios Iacob. Dixitq; eis. Venient in Trieribus de Italia: & superabūt assyrios: uastabunt hebræos: & ad extremum etiam ipsi itali peribunt. Demum cum hæc dixisset: & a Balaach sine ullo honore remuneratus remitteretur: suasit ut filias eorum speciosissimas uirgines: circa israelitaꝝ exercitum destinarent: ut uel sic filii israel patrias leges prophanantes experiretur deum aduersum. Quibus dictis abscessit: & in locum suum reuersus est. Numeri. 25.

Asina Balaam

¶ Sardus herculis pauloante dicti filius: ut Rabanus & Anselmus insignissimi uiri testantur hisdē temporibus ex lybia: cum īnumerabili multitudine discedēs in Thyrreno mari tandē peruenit. Ibi demq; quandā insulam occupans ipsam de suo noīe Sardiniam nuncupauit: quū antea Icus græco nomine appellaret. Solinus uero ubi de mirabilibus mūdi dicit eā a Thymeo Sādalio cheyn fuisse dcā; & a crysippo Muniuiā: & qd Sardus hercule pcreatus noīe mutato uocauit eā Sardiā;.

¶ Sardinia itaq; insula: sic a sardo pdicto cognominata in Thyrreno mari est: q (ut Straboni placet) habet latitudinis nonagintaocto miliaria: longitudinis uero. cc. &. xx. secūdum uero alios eius ambitus circiter quattuor millia stadia est. Habet autem Sardinia hæc: multā partem sui asperā minimeq; tranquillā: reliquā uero rebus oībus fœlicem: pcipue tritico & pecoribus atq; pascuis. Ibi nullus lupus gignit neq; serpens reperitur ullus. Est inter cætera hæc insula tempore æstiuo nō modicum morbosa maxime in locis fœcundis. Continetq; ciuitates multas: inter quas calaris pcipua est ubi coraloꝝ magna reperitur piscatio: quæ & longo tēpore beatissimi doctoris Augustini reliquiis illustrata fuit. Ea quippe in insula antiquitus arietes nascebant: qui pro lana pilum caprinum producebant: quos musimones uocabant: quoꝝ pellibus Sardi ipsi Thoracis modo se se mūiebāt Sardi antea iolenses dicebant: Indeq; iolem herculis amasiam ferunt sardū ipsum & plærosq; herculis filios eo adduxisse: ibiq; cum accolis ipsis habitasse: a quibus postea sunt sardinēses: illius postmodum imperii dignitatem pæni ex Aphrica delati & sortiti sunt: Qui cum aduersus Romanos bellum gererent: ab eisdem tandem pœnitus fuerūt deleti. Cuius insulæ dominio. Romani per multa tempora potiti sunt. Multas postmodum & clades & directiones a Barbaris Pisanisq; ac Genuensibus perpessa: tandem in Aragonensium Regum manus est deducta.

¶ Citinus eiusdem Sardi germanus Herculis: uidelidet filius: & ipse tēpestate hac uiguit: qui ut rabano placet: & ex libya ueniens insulam quā corsicā dicimus occupans ipsam ex suo noīe Cyrū primo nuncupari mandauit. Eoq; quum quædā mulier corsica nomine: uirgo pulcherrima: super taurū trāsfretasset: insulā mutato noīe de suo noīe corsicam appellauit. Erat aūt mulier illa lygura quæ quū armēta depasceret: Thaurus unus fœrocissimus in insula ex Lyguria trasnatauit. Quæ p Thauro nimiū sollicita insciis parētibus nauigatio tādē ī isulā delata fuit. Cōptoq; ibidē in pascuis uberrimis thauro delectata loci pulchritudine: illic habitare ꝯstituit & a se eā corsicā isulā noīauit.

¶ Corsicæ igitur insulæ ipsius quæ est in Lygustico mari cōstituta a septentriōe in meridiē porrecta longitudo. clx. miliaria est: latitudo uero. lxx. Ambitus autem tria milia & ducēta stadia: Abest a Sardinia nouem milium passibus. Ea quippe insula auctore Strabone lib. 5. maligne colebatur: eo quod aspera sit: & plurimis in partibus inaccessibilis: adeo ut qui eius mōtes postmodum inhabitarunt: uitam latrociniis degentes beluas immanitate superarint: idem quoq; Strabo ubi supra de ipsis sic inquit. Quod quum Romani in eos irruerent: eorumq; castella irrumperēt: magnum seruorum gregem captum aduehebāt: quos romam delatos uidere mirati erāt: q agrestis eoꝝ effigies uideretur

gies uideret̄:quāq; bestiaꝝ appareret diritas:facieſq; truculētæ:in manibus poſtmodū romanorū deducta:quom feraciſſimā eā multis in locis repeꝛiſſent:multas in ea erexere ciuitates: Quod Pli. in.3.cōprobans ait.Corſicā ſuo tpe tres &.xxx.habuiſſe ciuitates:q̄ quidē inſulæ feracitatē atq; dignitatem per ſe ferre uidenẗ. In ea nūc ſex extantes non ignobiles ſunt ciuitates ſub archiep̄atibus Genuenſiū & Piſanoꝝ ab Honorio.4.pontifice ſuppoſitæ.Diu nāq; poſtq̄ p uarios caſus acti corſi & a Mauris q̄ maxīe opp̄ſſi fuere: Adamatus quidā Genuēſis dux eam liberauit: & eoꝝ.xv.Naues demerſit:quē quū poſtea ipſi Mauri detruncaſſent:nihilominus inſula in genuenſium manus poſt aliquot tp̄s deuenit.Hoc nāq; caroli magni & filioꝝ tpibus accidit.Sed & poſtmodū florēte Piſanoꝝ rep.per aliquot tp̄s eiſdē paruit:interdum ēt eccleſiæ Ro.ſubiecta fuit.uerū tandē piſanis ſuperatis iteꝝ in manus dn̄orum ſuoꝝ Genuenſium deuenit: & nūc uſq; fœliciter qui cum maxīo augmento ſui perdurat.Hæc ipſa inſula præter optimū uinum :ēt alios fructus gignit ſuauiſſimos abundatq; Bobus capris & Ouibus atq; aliis aīalibus:licet non æque ſicut Sardinia: & inter cætera canes ferociſſimos ꝓducit:ꝓduxitq; p̄terea ēt nr̄is tpibus uiros clariſſimos:tum litteris tūq; pacis & belli artibus præcipuos.quorum præſtantia uniuerſa inſula plurimi decoratur.De quibus locis & temporibus ſuis dicetur.

¶ Gelon alter herculis fuit filius:a quo Geloni Scythiæ populi agathyrſis propinqui:qui per deſerta illius patriæ diſcurrentes:quum ſitiunt equorum ſuoꝝ uenas pungunt & ſanguinem eliciūt. De quibus Virgilius in tertio Georgi. Profuit intenſos æſtus auertere & iter.
Ima ferire pedis:ſalientem ſanguine uenam. Biſaltæ quo more ſolent:acerq; gelonus.
Cum fugit in rhodopen.aut in deſerta getarū. Et lac concretum cū ſanguine potat equino.

¶ Siculus etiam neptunni filius his temporibus floruit: & Siciliam inſulam inhabitans:ut Solinus refert:a ſe Siciliam dixit:alii dicunt hunc filium fuiſſe corinthi & Electræ:qui ex tuſcia in Siciliam adnauigans:multa rudibus illis hominibus docuit.

¶ Sicilia inſula itaq; eſt Italiæ pulcherrima: & ab eodē Siculo id nomen accepit:quam auctore iuſtino libro quarto ferunt anguſtis quondā faucibus italiæ adhæſiſſe : direptamq; uoluit a corpore maiore īpetu ſupions maris.De qua Virg.ait. Hæc loca ui quondā: & uaſta conuulſa ruina.
Tantum æui longinqua ualet mutare uetuſtas. Diſſiluiſſe ferunt:quum protinus utraq; tellus.
Vna foret. Ambitus huius īſulæ ſecundū Diodoꝝ in ſexto Claudiẗ ſtadioꝝ quattuor miliū trecentoꝝ & ſexaginta:ſcd̄m uero Solinū tribus milibus tm̄.Hæc a poetis Trinacria dicta fuit : eo ꝗ triangularia ſit: & in ſingulis angulis tria ꝓmontoria habere dicaẗ.Ex qbus unū ad meridiē uergit q & pachinus diciẗ.Alteꝝ ad ſeptētrionē ſpectat:q & pelorus uocaẗ: nec iſte plus ab italia diſtat q̄ mille quingētis paſſibus.Tertiū aūt in lybiā & occaſum tēdit:atq; in ipſam Carthaginē maxīe ſpectare uideẗ: & ab Aphricæ littoribus.120.milibus paſſuū diſtare diciẗ .Hæc a principio(ut Iuſtinus ipſe refert)Cyclopū patria fuit:qbus extinctis Acolus īſulæ regnū occupauit.Eſt aūt Sicilia hæc inſula frugū q̄ maxime frumēti fertiliſſima: & iccirco Romāi eā ſuū horreū uocauere:ꝗ oībus in rebus cæteris italiæ ꝓuinciis ſupior habereẗ.Nā ideo ceres in ea ſatiōis magiſtra fuit ꝗ in ipſa primū ſemina cōmiſerit:abūdat p̄terea etiā Auro croco Melle Zucharo aliiſq; p multis: & nō modo fructibus:ſed & peconbus pellibus lana & caſeo:ī ea ſunt ciuitates illuſtres:u3 Meſana:Cathina: Siracuſæ:Panormus:Erix: & Leontinū.In ea primū īuenta fuit comœdia:hinc & cauillatio inimica:in Scæna ſterit: Hinc Archimedes philoſophus: qui Siderum diſciplinā machinatus eſt : hic uaſti ſpecus leſtrigonum populorum immaniſſimorum:de quibus dicemus:quum de Diomede tractabitur:Ibidem multa ſunt mirabilia:quæ referente lōgiſſimum foret.Hæc quippe inſignis Inſula nūc diuinum prope Ternandum Aragonum habet regem.qui uniuerſam iam iam poſſidet Hiſpaniam:quiq; tanto eam habet in precio:ut eius ſæcula referantur aurea.

1472 3727 IOſue filius Naue ꝓpheta deo & dux populi iſrael ac moyſi ſucceſſor hoc anno ducatū a ſancto moyſe ſuſcipiēs populū dn̄i ſcd̄m Aug. & alios uigintiſeptē annis rexit:uir plāe robuſtus & īgenio atq; eloquētia p̄clarus maximuſq; ſm̄ nomen ſuū apud oēs habitus: ſed & in ſaluatiōe electoꝝ Dei multo maior.Qui ut filii iſrael hæreditatē patrū ſuoꝝ cōſequerenẗ oēs hoſtes(p̄ter qnq; ſatrapas philiſtinoꝝ)expugnauit:ac debellauit:ad cuius etiā p̄ces: Sol hæſiſſe ferẗ:ita ut una dies eidē facta fiunt q̄ſi duo:donec uictoriā de inimicis reportaret:ut cūcti cognoſcerenẗ:q̄ta ſit potētia dei hebræoꝝ:q̄a pugnare ꝯtra eū nō eſt facile.Primo itaq; ſui Ducatus anno Iordane patefacto(deuictis ſcd̄m ioſephū triginta duobus regibus)populū dn̄i ad promiſſam ꝑduxit terrā ubi tertiū īmolauit: & ītermiſſam circūciſionē innouauit.Cuius qdē religioſa mens: & ſanctitas:ac p̄clara facinora ex libro ſui noīs p̄notato elicere certe poſſumus . In quo q̄dē in primis de inimicoꝝ mirabili ſubuerſiōe:populiq; in terrā ꝓmiſſiōis ītroductiōe: & de poſſeſſionū diſtributiōe pleniſſime agiẗ.Vbi p ſingulas urbes uiculos mōtes flumina torrētes : atq; cōfinia eccleſiæ cœleſtis Hieruſalē etiā ſpiritualia regna deſcribere uideẗ.Fuit aūt hic dux trinomius uideli cet Ieſus ioſue & Oſee:q nō ſolū in geſtis ueꝝ etiā in noīe dn̄i ieſu typum geſſit.Ipſe aūt ſolus una cū Caleph ex ſexcentis milibus uiris q ex ægypto fuerāt egreſſi:ꝓmiſſiōis terrā ꝯſecutus eſt . Mortuus deniq; cēteſimo & decimo uitæ ſuæ anno a filiis iſrael cū īgenti luctu in mōte effrayn ſepeliẗ. Filii itaq; iſrael cunctis diebus huius principis atq; ſenioꝝ q longo poſt ioſue mortē tpe populū iu-

dicauerunt:& qui nouerant opera domini maxima quæ fecerat in israel dño seruierunt. Et cũ sanctus ueteris legis fuerit habitus eius anniuersaria festiuitas prima die septẽbris celebratur.

¶ Iudæa aũt Syriæ ꝓuincia sub hoc iosue strenuissimo duce ex Chananea regione a Chanane filio Cham filii Noe sic cognominata id iudeæ nomẽ sortiri ꝓmeruit. Hæc est ipsa terra quã deus ꝓmiserat Abraæ:quũ esset in Mesopotamia:priusq̃ moraretur in Charã:q dixit illi. Exi de terra tua & de cognatione tua & ueni in terrã quã monstrauero tibi &c. Hæc est illa de q̃ scriptũ ẽ q̧ flueret lac & mel. Hæc ita q̧ ꝓuincia a iosue tandẽ filiis Abraæ acq̃sita:habet ab oriẽte & a meridie Arabiã: a septentrione uero Syriã quã Ptolemæus palestinã Syriæ appellat. In qua duo &.xxx. reges Amorreoꝝ & aliaꝝ nationũ regnabãt:& eoꝝ mutatis noĩbus uocata est iudæa:in q̃ est Galilea idumea phœnicæ iordanis fluuius Cæsarea stratonis Apollonia ioppa Azotus Ascalon lacus asphaltides lacus Tyberiadis Gaza Emaus Endaga Samaria mõs libanus & traconitidis Lisania abiline atq̧ aliæ pene innumerabiles sunt ꝓuinciæ q̃ ad hanc ipsam iudæoꝝ ꝓuinciã pertinent:quas Eusebius in sua cosmographia enumerat. Nã ipse eo in opere cõgregauit oĩum pene urbiũ mõtiũ fluminũ uiculoꝝ & diuersoꝝ locoꝝ uocabula q̃ ad hanc pertinẽt iudæã. In ea prius fuerat Hierosolyma: Melchisadech dei altissimi sacerdotis & regis sedes:q̃ ut Pli. tradit fuit oĩum oriẽtis urbiũ clarissima supra quã erat Syon mons qui specula interp̄tatur. In cuius quidẽ sũmitate postmodũ constructa fuit Arx ad defensionẽ ciuitatis:q̃ de longe uenientes facile cernebat. iudæoꝝ igitur his in regionibus postmodũ tantæ fuere uires:ut post Demetriũ (sicut iustinus refert) nullũ Macedonũ regum tulerint:imo Syriã magnis bellis infestarũt. Est aũt iudæa (ut isydorus ait) opum diues:frugibus cuiuscũq̧ gñis fertilis ac opima balsamis. Vnde ob singularẽ aeris temperiẽ & elementoꝝ grãm extimarunt p̃res eisdem promissam esse terrã lacte & melle manãte. Est itaq̧ iudæa umbilicus totius orbis idest in medio terræ in qua primus adam habitauit & mortuus est:in eaq̧ oẽs sanctissimi patriarchæ & ipse dñs & saluator nr̃ iesus xp̄s cum beata Maria m̃re: ac cæteris apostolis nasci & mori ꝓ salute oĩum dignatus est. Quoꝝ meritis terra sancta nõ chananea non iudæa appellata est.

¶ Lybia Epaphi regis & Cassiopiæ cõiugis filia:Busyridisq̧ pessimi tyranni mater ad hæc usq̧ tpa uiuẽs ꝑuenit. Quæ (ut Lactãtius refert) cũ in Neptũni aliq̃n uenisset cõcubitũ.i. alieni hoĩs ab ægypto: ex eo concepit & peperit Busyridẽ:in ĩmanẽ tyrãnũ & beluã. Deinde cuiusdã partis aphricæ facta regina:illã partẽ (ut isydorus in Ethi. scribit) ex suo noĩe lybiam nuncupauit.

¶ Lybia aũt seu lybiæ ꝓuincia in Aphrica cõstituta a p̄dicta fœmina id nomẽ assecuta h3 ab oriẽte Marmaricã:ab occasu Syrtes:a septẽtrione lybicum mare:a meridie uero Ethiopiã hanc: tamẽ Iosephus in primo antiquitatis ꝓut supra lib.2. mentionem fecimus:Phuth filium Cham primum inhabitasse scripsit. Huius aũt prouinciæ ciuitates insignes:ut lib.4. refert ptolemæus sunt Arzita: Nigira metropolis:Carami:& ip̄a metropolis:Salathos:Bagaza:Babila:Tagana:Magura:& Garmantes:ut aũt scribit Pli. lib.5. eam incolunt Marmarides: Adirmachidæ Mareotæ & alii in hac regione postmodum natam ferunt Sybillam Secundam quæ in hunc modum de christo uaticinata est:in manus iniquas ueniet:& dabunt deo alapas manibus incestuosis &c.


Ciuitates multæ

¶ Busyris ita huius libyæ ex neptũno filius:hoc ãno q est primus Ducatus iosue ãnus:ut diuus p̄scribit Augu. apud ægyptios tyrãnidẽ exercẽs regnare orsus est. Quẽ inter cætera suæ sæuissimæ tyrãnidis nephãda ferũt p̄sæpe ipsoꝝ hospitũ carnes Diis suis imolasse. Quã ob cãm quũ Hercules ægyptius tãdẽ ad eũ aliquã diuertisset & sibi p̄fidia:qua cæteros eũ perdere temptasset. Hercules fortissimus uiroꝝ ipsum truculẽtũ regẽ Aris impositũ interfecit:suis ꝓpriis diis ĩmolauit. Cuius q̃dem p̄fidi ritus cãm posuit. Ouid. in p̄rio de arte amãdi dicẽs.

Hercules

Dicitur ægyptus caruisse iuuãtibus arua.
Imbribus atq̧ ãnos sacra fuisse nouem.
Cũ thrasius busirim adite monstratq̧ piari.
Hospitis effuso sanguine posse iouem.
Illi busyris fies iouis hostia primus.
Inq̃t & ægypto tu dabis hospes aquas.

Hic ãt busyris tyrãnus:ut Diodo. lib.2. refert atq̧ Amianus Marcellus historicus urbẽ in ægypto p̄didit in Thebayco tractu a græcis Heliopolim .i. Solis ciuitatẽ uocatã:cuius ambitus.cxl. stadia cõplectebatur. Fuerunt aũt plures ciuitates Thebæ una siquidem in ægypto ab isto Busyride condita. Alia i Boetia græciæ a cadmo agenoris filio similiter condita. Alia fuit in cilicia andromachæ uxoris Hectoris patria. Et quarta in Lucania italiæ p̄ria fuisse a nõnullis traditur.



Thebæ ægyptiaca Ciuitas.

¶ Thebæ igitur prima ægyptiaca ciuitas Heliopolis appellata:a Busyride per hoc tp̄s cõdita ut p̄dictũ est:cõplectabatur centũ quadraginta stadioꝝ ambitũ:quã idem cõditor magis ædificiis ac speciosis Deoꝝ templis aliisq̧ ornamẽtis pulcherrimis exornauit. Domusq̧ priuatas:usq̧ ad quartam & quintam contignationẽ extruxit:urbẽq̧ totius orbis pulcherrimam atq̧

rimam atq; fœlicissimam fuisse: Iidem auctores asserunt. Eam plinius lib.36.totam pensilē fuisse affirmat. Subter quam Reges educere ꝯsueuerūt maximos exercitus: nullo prorsus ex oppidanis sententiæ. Et quod mirabile erat mediam urbem: annis quidā placidis undis interfluebat. Et ideo ab ea regio thebayca Ethiopiæ contermina denominata fuit: Centum portas illam habuisse pomponius refet. unde iuuenalis in ultima Satyra ait. Atq; ue tus thebæ centum iacet obruta portis: Alii centum aulas: totidemq; principum domos eam habuisse prodiderunt: cuius ciues (teste Herodoto libro secundo) apud ægyptios omnium habebanť sapientissimi. Ex hac nāq; ciuitate tempore augusti cæsaris. Gallus poeta foroliuiensis ibidem nomine Romanoꝶ prætor tres admirādos abstulit obeliscos. Quorum unus qui acus dicit in uaticano iuxta templum diuo Petro dicatum. Alter in circo maximo: & alter in campo martio est locatus. Conchas quoq; marmoreas & alia ornamenta quibus etiam Bononiensis ciuitas nunc ornata est: ab ea idem retulit. Ornaturq; hæc ciuitas seu prouincia in hodiernum usq; diem nobilibus uiris Mauritio primicerio sanctissimorum Thebeorum sex milium sexcentorum uirorum qui ex ea in italiam prodiere.

1456 3743 ¶ Chorax quintusdecimus Sicyoniorum rex āno decimoseptimo ducatus iosue sicyoniis regnare cœpit: & regnauit annis.30.

¶ Dardanus iouis uel potius corinthi ex electra coniuge filius his tpribus scdm eusebiū dardaniā regionem occupans: eam ex suo nomine nominauit. Hic autem natione italus fuit: & lasium quēdam habuit fratrem. Qui mortuo patre cum ipso fratre de successione regni in discordiā uenit: ex qua tandem ipsum fratrem īteremit. Quamobrem quom turbatos ciues animaduerteret cauēdo sibi cum parte populi nauem conscendens mari se cōmisit: & longa actus nauigatione: primo in Samothraciam: quæ tunc samos erat sedem habuit. Et deīde in eam Asiæ partem: quæ helespōto est contigua abiit & eam quā occupauit oram de suo nomine Dardaniam nuncupauit. Ibidemq; oppido haud magno constructo: regnauit annis.50. Erictonio aūt filio superstite relicto diem suū clau sit extremum. Hunc itaq; ad eius posteritatem nobilitandam fingunt Iouis tertii fuisse filium: & inter cæteros filios patrem ipsum magnopere dilexisse: & eius mores summopere imitatum fuisse: eo ꝙ natura mitis & religiosus esset.

¶ Phœnix & Cadmus fratres Agenoris filii: hoc anno qui est duodecimusoctauus ducatus Iosue 1455 3544 Eusebio teste: e thebis ægyptioꝶ in Syriā cōcesserunt: & ibidē apud Thyrum: & Sydonē regnare cœperunt. Iuppiter etenim (ut diuus Aurelius Aug.18.de ciui.dei refert) eorū sororē Europā rapiēs in Cretam regni sui insulā asportauerat: ex qua ibidem tres filios susceperat. Quod cū intellexisset Agenor pater: Europā.s.filiā suam fuisse sublatā cōfestim Cilice & Phœnice ac Cadmo ad se euocatis præcepit sub interminatione non redeundi: ut quæsitā sororē protinus ad se reducerent. Quā cum non inuenissent: iram patris formidantes ad eum amplius regredi noluerunt: Sed Cilix primo genitus: cum in insulam quandam peruenisset: & in eadem aliquam residentiam fecisset: locum ex suo nomine Cilitiam appellauit: ubi & duos tandem filios dereliquit: uidelicet lampsacium: & pigmaleonem: fuit itaq; Cilix hic acris ingenii ac robustissimi corporis uir.

¶ Cilicia autem prouincia sic a Cilice prædicto cognominata est in minori asia inter pamphiliā & taurum montem constituta & plurimo iacet campo situ lato: primo nihilominus Cilices nomē sortiti fuerant a Tharso nepote iapheth: ut supra libro secundo diximus: quoniam ipse eos cōstituit hac in prouincia fuit postea ædificata Tharson mater urbium qua Cadmus amnis interfecat. mira suauitate insignitus: hæc prouincia inter cætera Crocum optimū abūdantissime producit. Cilices aūt qui mediterraneo mari erāt proximi magnus pompeius pp eoꝶ pyraticā uitam oīno deleuit.

¶ Phœnix uero secundus germanus una cū Cadmo (ibidē fratre derelicto) cum multo comitatu inde profectos per mare rubrū in Syriam perueniens ibidem urbem condidit: quā a multitudine piscium: Sidonam appellauit eo ꝙ tali nomine piscem ipsi uocarent. In qua phœnix postmodū regnans ipsam regionem a se phœniciam nūcupauit. Ibidemq; phœnix ipse quū artificiosus esset uir quasdam lrās (ut Isydorus testať) seu lrāꝶ caracteres adinuenit: q̄s suos phœnices docuit. Deinde ēt ad eas scribēdas uermiculū adinuenit: unde & color ille phœnicius usq; in hodiernū diem dictus ē: & deīceps īoleuit ꝯsuetudo: capita libroꝶ ex phœniceo seu puniceo.i.rubro colore ꝯscribi.

¶ Pœnicia autem regio a prædicto phœnice sic dicta: in Syria est & iudeæ contermina: terra certe fertilis & frugibus admodum fœcunda. Vbi quum solertes emersissent hoīes in primis ad belli pacisq; munera euaserūt eximii: & ut Eusebius scribit libro primo euangelicæ præparatiōis: litteras & alias pene oēs artes inuenere: utpote ignem ex constrictione lignorum excutere: naues fabricare piscationum & aucupationū artes inuenire: ibidem etiā ferrum: & ferri usum primum fuit inuentum. Hi etiam domibus porticus & cameras addidere. Hi quoq; cum quandā theologiam exquisiuissent. Rerum oīum principium tenebrosum: ac spiritalem aerem esse affirmare uoluerunt: aut certe aeris tenebrosi spiritum: ac præterea chaos turbidum omni luce priuatū: & hæc dicebant esse infinita atq; interminata: & alia multa fabulosa quæ hic commemorare superuacaneum puto. Hi namq; phœnices: græcis adhuc rudibus litteras tradiderunt. In hac phœnicia regione: postea Sydon opulenta ciuitas: ac maritimarum urbium maxima condita fuit. Est & ibidem libanus mons altissimus a quo thura leguntur: & Carmelus mons.

Vide inuenta phœnicum

libanus mons.

Cadmus itē Agenoris filius phœnicisq̧ frater: uir certe sapientissimus ac ingenio celebri p̄stās: & ipse hac tēpestate (eius fratre phœnice in phœnicia derelicto) mox in græciā cōmigrauit. Ibiq̧ se cus Hypocrenē fontē sedēs ac meditās .24. lrāꝝ caracteres exq̄siuit: illasq̧ prim⁹ græcis cōtulit: eisq̧ rudibus adhuc uti docuit. uñ Lucanus. Phœnices primi famæ si credit̄ ulli: Mansurā rudibus uocē signare figuris: propter q̄ confictum fuit ipsum serpentinos seminasse dentes. Ii itaq̧ litterarū græcarum caracteres fuerunt .24. uidelicet. Qui huic loco annotantur. 3745 1454

Alphabetum græcorū

αα ϐϐ ΓΓ δδδ εεε ζζζ ηη

Alpha ἄλφα Vita βητα Gamma γαμμα Delta δελτα Epsilon εψιλον Zita ζητα Ita ητα

θθθ ιιι κκ λλλ μμ γγγ ξξ οοο

Thita θητά Iota ἰωτα Cappa καππα Lābda λαμβδα Mi μη Gni γη Xi ξη Omicrō ομικρον

ϖϖ ϱϱϱ σσσ τττ υυυ φφ χχ ψψ ωω υμια

Pi πι Ro ρο Sygma σιγμα Taf ταυ Ypsilon υψλον Phi φυ Chi χι Psi ψι Omega. i. o magnū his itaq̧ Græcis traditis: ēt Simulacroꝝ ꝯsecratōes docuit: ac hymnos cōposuit: ac alias multas cærimonias & leges eisdē ꝯstituit. Quibus ex sniā gestis: inde haud lōge a parnaso mōte cū uenisset oraculū consuluit: a quo rñsum accepit: ut bouē sequeret̄ indomitam: atq̧ ibidem: ubi ipsa cōsisteret: sibi sedem deligeret. Quæ indestinatū locum cū deuenisset: ibidē conquieuit. At Cadmus: Boue illic capta: Diis confestim īmolauit: locumq̧ ab ipsa Boue Boetiam nominauit. Eo quoq̧ ī loco thebanam aliam urbem ad antiquarum thebarū similitudinem quo ex ægypto uenerat edificauit: in qua & sui regni sedem cōstituit. Ibiq̧ cum armoniam ueneris filiā in uxorem duxisset. Semelem & sorores eius ex ea sucepit. Amore autem semelis Ioue capto: ac exorata tanq̄ ad iunonem: diuino ad eam modo accedere cum uoluisset: nec illa tulisset: ipse iouis fulgura & tonitrua in ipsā uertit. Hunc tamen talem & tantum uirum: Amphion tandem e regno proiecit: quo autem mortis genere obiierit: nullibi inuenitur.

Vide huius hoīs documēta multa

Thebæ Ciuitas in Boetia



Thebæ igitur alia ciuitas ab ipso Cadmo in Boetia ædificata est: quam amphion mercurii filius (postq̄ eum e regno eiecit) muris cinxit: aliisq̧ ædificiis exornauit. Qui cū cementarios conduxisset: adeo ipse (ut Seruius scribit) dulciter lyra cecinit: ut etiam saxa in muros prosilirent: dicente Oratio: Dictus & amphion thebanæ conditor urbis: Saxa mouere sono: testudinis & prece blanda Ducere quo uellet &c. Hanc autem urbem magnus Alexāder macedo. uniuersis ciuibus: sub corona prius uenditis: funditus postea euertit. Hæc ciuitas pōstmodum aliquantisper īstaurata: nostra ætate exiguum existit thebaꝝ castellum a turchis proximis annis cū tota prouincia occupatum.

Vide amphionis dulcissīmos cantus

Boetia auem europæ regio: a Boue per Cadmum denominata: in Achaia sita est: & in cōfinio Atheniensi constituta: quam nōnulli sub Attica prouincia compræhendi uolunt: ubi & mons Cytheron est fabulis & carminibus celebratus: hac in regione (ut plinius lib. xxxi. refert) est fons & flumen Erinum duobus fontibus auctum quorum alter memoriam: alter obliuionem affert. Fuit autem Boetia duorum numinum uidelicet liberi patris atq̧ Herculis patria: ut plinius li. iii. refert: Deuenit postmodum hæc insignis prouincia sub Macedoniæ regibus: post christum autem a Vādalis occupata: uandalia est dicta.

Europam autem Agenoris filiam: p̄dictorumq̧ germanam. per hoc tempus quadam incredibili pulchritudine floruisse constat: Quam quidē adolescentulā. ut etiam Ouidius in. 3. Metha. narrat. Iuppiter eius nominis tertius rex: ob eius īmensam formositatem adeo adamauit. ut dementatus: post eam mugire tauroꝝ more coactus fuerit. Verum quū ad eius concubitum peruenire nō posset. Mercuriū ex Creta in phœniciam misit: cui & imperauit ut armenta quæq̧: quæ in phœnicum montanis cerneret: in littus perduceret: ubi. s. Europa cum multis puellis ludere consueuerat. Quod Mercurius quum effecisset: confestim Iuppiter (ut erat magicæ artis peritissimus) sese in taurum candidissimū transformauit: seq̧ armentis īmiscuit. Quod dum uirgo cerneret aīal pulcherrimum atq̧ mansuetissimū: eo plurimū delectata in eius dorsum conscendit: euestigioq̧ taurus cū ea in mare descendit: quā territam & dorso īminentē: natando in Cretā trāsportauit: ubi Iuppiter in ueram conuersus formā uirginē uiolauit: p̄gnansq̧ effecta Radamāthū & Sarpedonē filios edidit. Iuppiter uero post hac in eius sempiternā memoriā tertiam orbis partem Europam ex eius nomine nuncupauit. Hanc tamen Asterus cretensis rex postmodum in coniugem assumpsit: quo autem mortis genere obierit nullibi inuenire potui: ipsius autem imaginem peregregiam pythagoras philosophus ex ære affigiari fecit: quam & Tarenti ad perpetuam sui memoriā collocauit. Fuit

quoq; & alia Europa Oceani & Thethyos filia:ut Hesiodus scribit.

¶ Europa itaq; totius orbis pars tertia:ab Europa fœmina prædicta sic nūcupata: quam plinius scribit altricē fuisse uictoris omniū gentium populi:longeq; terrarū pulcherrimam:quā etiam plæriq; merito non tertiā portionē fecere:uerum æquā in duas partes ab Amne Tanai ad Gaditanum fretum uniuerso orbe diuiso protenditur. Incipit igitur a flumine Tanai:& per septentrionalē oceanum usq; ad fines Hispaniæ uadit: Terminos habet ab oriente ipsum Tanaim & pontum: A meridie mare nostrum:a septētrione & occasu oceanum:Gentiū prima est Scythia siue Sarmatia quā fluuius Tanais ab Asyæ Scythia diuidit:hanc plæriq; Rusiam e nostro æuo dicunt: in ea regiones sunt Alania Datia Gothia atq; aliæ plurimæ prout supra expressum est a nobis libro.2. ubi de Scytis dictum est. Ad oram uero ponti est Misia superior :nunc Seruia & inferior misia nunc Bosina & Bulgaria. Inde Vngaria intra danubium.4. Alpes:post hanc Valachia regio admodū lata:dein de subsequitur Thracia ubi est cōstantinopolis totius græciæ caput. In qua sunt regiones Athica:q̄ & Achaya Boetia & friges Gethæ Lelges & Tytanes. Macedonia aūt his est proxima:in qua sunt Calcedica Magnesia Migdonia pallene & Thessalia:his quoq; subsequitur pelopōnesus seu Morea:in qua sunt Archadia Argia Laconia seu Obelia Lychaonia Mesenia & Sparta. post has pangustias isthmi fluminis occurrit:Epirus Albania Illyria Dalmatia Croatia & Histria:ultra Danubium uersus septentrionē est Germania maxima:usq; ad oceanum uariis populis & regionibus distincta:uidelicet superior & inferior ubi sunt regiones Carnia Carinthia Styria Austria Morauia Slesia Prusia Saxonia Phrysia Holādia Salandia Vuestulia Assia & Bauaria Flandria Vindelicia Cymbri Sicambri & Sueui & Theuthoni:ultra Rhenum maximum Germaniæ amnē est Gallia quæ in pluribus discreta est regionibus & populis:in primis Andagauia Aquitania seu delphinatus Belgica quæ nūc Burgondia:Picardia seu Lotoringia: Normandia seu Lugdonensis: deinde etiā Auerni populi Belloaci: Boy: Celtæ cenomani Dryedæ Duratii Hedui Heluetii Neruii Santões Senones Sequani Troueri & Sabaudienses. Vltima terrarum uersus occasum est Hispania:quæ ī plures diuiditur partes:populos uidelicet Bethica quæ & Granata. Gallatia quæ nunc portugallensis. Lusitania Nauara regnum persæ: Taraconia & Carthaginensis ac Celtiberi & Vascones populi:Vltimo loco est Italia nostra totius orbis celeberrima:in qua est Roma Neapolis Florentia Venetia Mediolanum & Genua præstantiores urbes & regionum capita. Quæ quidē Italia:licet nūc in sexdecim subdiuidatur regionibus:uiginti sex tamen nominibus antiquis temporibus appellatæ sunt. Quarum nomina sunt hæc.

Aprutium	Forumiulium.	Locri populi	Patrimonium.	
Apulia	Insubres	Lombardia	Picenum	Vmbria
Brutii	Histria	Lucania	Phalysci ethrusi	Venetia
Cāpania	Latinum	Magna græcia	Sabini populi.	Volsci.
Calabria	Lyguria	Marsi populi	Terra laboris.	
Emilia	Lestrigões populi	Monsferratus.	Tuscia.	

Et hæc de mediterranea Europæ terra satis superq; Insulæ Europæ celebriores.

¶ Gades insula ultimus Europæ terminus est in fine regionis bethicæ constituta: in qua Herculis uisuntur columnæ. Hæc a continenti angusto spacio:ueluti flumine est abscissa: ut Pomponius libro.3. scribit quæ oceanū spectat duobus promotoriis in altum est euecta. In altero cornu eiusdē nominis urbem habet opulentam. In altero templum herculis ægyprii conditoribus religione uetustate: & opibus illustre:ossa illius ibi sita dicunt. Nascitur in ea arbor similis palmæ : cuius gūma infectum uitrum ceranniū gemmā reddit :in hac Gerionem uita conduxisse probat. Britānia q̄ nunc anglia dicitur:permaxima insula in oceano gallico ibernia in oceano septētrionali cōtra Hiberiam est sita:in qua nullus anguis. Maiorica & Minorica quæ baleares dicūtur: in mari iberico sunt. Stechades quinq; insulæ sunt in fronte Narbonensis prouinciæ:Sardinia de qua dictū est:inter aphricum & tyrrenū pelagus. Corsica in ligustico mari: Aeoliæ seu uulcaniæ insulæ iuxta Syciliam. Sycilia ipsa italiæ insula in Siculo mari: Corsica & Sardinia italiæ insulæ: & Cretha nobilissima: de quibus omnibus satis dictū est. Et Corcyra quæ & Corfu:in mari ionio. Epyro adiacēs insula quidem fertilis & copiosa:in qua alcinous diligens ortorum cultor regnauit. De quo Virgilius .2. Georgicorū. Pomaq; & alcinoi siluæ: & cætera.i. arbores pomiferæ: quas ille plantauerat. Corcyra nihilominus alia est quæ ad huius differentiā nigra cognominatur. Dalmatiæ adiacens de qua ptolemæus lib.2. scribit. Sunt & aliæ in oceano septentrionali aliisq; in locis insulæ:quas cōmemorate longissimum esset.

Gerion
Britānia
Ibernia
Maiorica
Corfu
Alcinous

¶ Iudicum Historia hic incipit.

1440 3759 OThoniel primus iudicū hebræorū:hoc anno mortuo Iosue:filio Nun : principatum inter hebræos suscipiens iudicauit israelem (iam in terra sua cōstitutum) annis.40. Hic Caleph:optimi uiri iunior frater fuit:uerū creditur q̄ mortuo Iosue:ipse Caleph in locum eius successerit:sed ob temporis breuitatē:nec inter duces:neq; inter iudices sit annumeratus. Tribus quippe iudæ & Symeonis:mortuo Iosue ascenderūt hierusalē : & uniuersam prorsus incēderūt:sed Iebuseos illius incolas:eiicere nequiuerūt:inde tamen ipsa tribus profecta & Gazam & Ascalonem:urbes occupauit & comprehendit:uerū quia secundū pceptū dñi ipsamq;

Othoniel

habitatores non interfecerūt: quinimmo ibidem libidinibus & idolis turpiter uacarunt: confestim dn̄s eos in manus regum Syriæ & Mesopotamiæ tradidit: qui eos octo annis tributis & uexationibus multis oppressere. Ipsis aūt iudæis pro huiusmodi afflictionibus: & tribulationibus humili prece ad dn̄m clamātibus: dominus pietate permotus: hunc othonielē excitauit eis liberatorem: qui secū dum iosephum cognominatus erat Zenes de tribu iuda uirū utiq; uiribus: & ingenio strēnuū atq; industrium: nec non & prudentia fortissimū. Qui responso accepto ne uidelicet populū suū: in huiusmodi necessitate cōstitutum: despiceret: Confestim exercitu nō modico congregato: in hostes insiluit: & uniuersos ualida manu fudit atq; prostrauit. Quam ob uictoriam euestigio ab uniuerso israel princeps & iudex est delectus & cōfirmatus. Cuius uirtute & idustria terra duobus &.xxx. annis qeuit. Hic Axam fratris sui Caleph filiā duxit uxorē: Cui idē pr̄ Caleph pro dote dedit irriguū superius & inferius in ciuitate Cariatharim: q̄ litteraꝝ ciuitas interp̄tat̄: ut patet iudicum primo.

¶ Phinees magnus hebræoꝝ Sacerdos: Eleazari sūmi Sacerdotis filius: eo āno quo Othoniel: & ipse sacerdotii dignitatem obtinuit: uerū quantū sederit: nulla habetur notitia: uir per oīa strēnuus Qui ante pontificatū: quū ab Iosue exercituū imperator esset constitutus plurimos debellauit hostes. Sed & postq̄ pontificatus honorem adeptus fuit: dn̄o deo israel: cum omni bonitate uitæ reuerentia & timore iugiter deseruisse cōpertus est. Ea propter dominus ipse illi testamentū pacis cōtra dedit. Hic etiam a sua adolescentia (ut sacra eius habet historia) zelum dei plurimū zelasse uidere uisus est. Quia quū filii israel: filii. s. belial: p̄sente Moyse belphegor initiassent: & sacrificia mortuorum more gentiū comedissent: uidisset præterea ducem ex tribu Symeon noīe Zābri præsentē omni populo accessisse ad Madianitem pulcherrimā scortū de medio cō surrexit: & suo pugione arrepto in fremitu in lupanar introiens ambos coeuntes in genitalibus perfodit: atq; interfecit: propter quod dn̄s statim ad Moysem dixit: Phinees seruus meus Eleazari filius: filii Aaron Sacerdotis iram meam a filiis israel utiq; auertit: qa zelo meo succensus est cōtra eos: ut non delerem eos ī furore meo. Eam obrem dn̄s ei constituit sacerdotiū sempiternum. Tādem de deo: deq; hominibus bene promeritus bona senectute in pace quieuit: sepelitur autem in sepulchris patrum suorum: inter sanctos autem ueteris legis merito connumeratus. 3760 1439

¶ Pandion Erictonii regis filius: quintus Atheniensiū Rex: hoc āno: qui est octauus iudicis Othonielis atheniensibus regnare cœpit: &.40. annis regnauit. Hic duos ex coniuge sua habuit filios: & totidem filias. Magnūq; bellum diu cū rege tracum gessit: tandemq; cum pace reuersus unam ex filiabus nomine prognē ipsi regi tracum matrimonio copulauit. Quæ cum Ithim illi peperisset filium: mox in desiderium uidendi philomenā sororem suā uenit: orauitq; ipsum suum maritum: ut aut athenas ipsam mitteret: aut ab athenis philomena accresceret. Tereus itaq; athenas uadens: a pandione rege impetrauit: ut philomenā ad prognem adducere posset. Quæ quū speciosa nimiū esset: & ab ipso plurimū amaret: ab eo in eodem in itinere oppressa fuit: minantiq; eum progni se accusaturā eidem mox linguam abscidit: & ita in quandā domum illā taliter reseruauit. Tandem ad prognem uxorē cū sordidatus uenisset. Dixit philomenā nausea maris fore defunctam. Sed a progne uxore ueritate tandē cōperta. Ithim filiū proprium patri comedendū apposuit: quē quum pater comedisset philomena statim affuit: & filii caput eidē in mensa apposuit. Pro quo in iracūdia magna pater cōmotus dum illas nimio furore gladio insequeret̄. Factum est ut miseratione deorum: prognes in irundinē auem uerteret̄: philomena similiter in auē sui nominis: ac Tereus rex in upupam: atq; ita omnis regia domus: hoc modo transformata fuit. Hæc aūt quanq̄ fabulosa uideantur: magnum tamen sensum habere uidentur: quem quidē aliis exponendū relinquo. 3766 1433

¶Sibylla Phrygia hisdē tpibus(teste Eusebio studiis & diuina gr̄a illustris plurimū effecta:multa Anchisæ troiano prædixit:uidelicet de flagellatione potentū:& regum terræ: & de descēsu dei de Olympo. Nam sparsis p humeros crinibus uesteq; rubea īduta: hocmodo anciræ uaticinata est. Tuba de cœlo uocē luctuosam emittet̄. Tartareūq; chaos ostendet:dehiscens terra uenient ad tribunal dei reges oēs. Deus ipse iudicabit pios simul & impios:tunc demū impios in ignem & tenebras mittet. Qui autem pietatem tenuerint iterum uiuent.

¶Sibylla aūt lybica:quo tpe floruerit nō satis ꝯstat:eā tn̄ haud multū iuuenem uaticinatā fuisse legimus:uiridi etiā serto semp incedēs. Ita de xp̄o suū uaticiniū ꝓtulit dicēs. Ecce ueniet dies:& illuminabit dn̄s cōdensa tenebrarum & nexus synagogæ soluet̄:& desinēt labia hoīum quū uiderint regem uiuētium. Et tenebit illum in gremio uirgo domina gentium: & regnabit in misericordia. Et uterus m̄ris eius erit statera cunctorum: Inde in manus iniquas ueniet:& dabūt deo alapas manibus incæstis: miserabilis & ignominiosus erit:miserabilibusq; spem præbebit.

¶Sibylla p̄sica:quo tpe fuerit nō inuenimus:eā tn̄ aurea ueste īdutā & cādido uelo cooptā īcessisse legimus:q̄ de xp̄o hæc p̄nūciauit. Panibus simul qnq;:& duobus piscibus:hoīum milia in heremo quiq; satiabit: & reliqas tollens duodecī cophinos īpleuit in spem multorum. Alio quoq; in loco sic ait. Ecce bestia cōculcaberis:& gignetur dn̄s in orbem terrarum & gremiū uirginis erit salus gentium:& pedes eius in ualitudine hoīum:& inuisibile uerbum palpabitur.

¶Sibylla

❡Sibylla autem Europa:una fuit:sed quibus temporibus claruerit ignoratur: quæ cum esset facie admodum decora:etiam aureo uestimento tanquam illustris mulier induebatur:quæ suũ Breue in manibus tenens:de Christo sic ait:ueniet ille & colles transibit:ac olymphi latices. Regnabitq; in paupertate:& dominabitur in silentio:& ex utero uirginis ueniet.

❡Sibylla item Cumana altera fuit:& his temporibus:uidelicet Troianorum cladis floruit: & ut quidã tradũt in tã longũ æuũ deuenit:ut ad prisci Tarquinii Romanoꝝ regis tpa deuenerit. Hæc qppe Deiphœbũ glauci filiũ habuit p̄rem. Cui tanti.i.fuit uirginitas:ut nulla unq̄ uiri ꝯtagione se fœdari passa fuerit. Hæc in Baiano littore:secus auerni lacũ:isigne habuit oraculũ:ꝙ in hoc usq; tẽpus seruat̃:qd adhuc in ruinis q̃dã maiestatẽ seruare uidet̃. Hãc ferũt Romam post multa sæcula deuenisse:& Tarquinio prisco nouẽ optimos libros attulisse:ex qbus cũ negaret̃ ab ipso Tarquinio p̄cium postulatũ:tres eo uidẽte cõbussit. Et quum die sequẽti:ex sex reliquis illud idem preciũ quod ante nouẽ petierat: postulasset:asseruissetq; ni darent̃ tres eue stigio exusturã:& die sequenti reliquos a Tarquinio petitũ accepit. Quos cũ seruasset:cõpertũ est eos Romanoꝝ oĩa facta continere. Hæc quippe uirgo de Christo uaticinãs:hæc uerba ꝓtulisse fertur. Et mortis fatum finiet trium dieꝝ somno suscepto:tunc a mortuis regressus:in lucem ueniet:primus resurrectionis initium ostendens:& alia permulta cecinisse eam tradunt. Eam autẽ apud Siculos diem clausisse legimus.

❡Sibylla deniq; decima natione italica. in latio apud Tiburtinam urbem nata & enutrita: unde & tiburtina dicta:temporibus Octauiani augusti floruit. Cuius quidẽ cõsilio idem Augustus Christum in gremio uirginis in cœlo cõsistentis adorauit. In cuius libris scriptum inuenit̃. Nascet̃ christus in Bethleem & annunciabit̃ in Nazareth. O fœlix illa mater:cuius ubera illũ lactabunt.

1214 3985 IAir Galaatides ex tribu Manasse natus:septimus iudicũ israel:hoc anno:post Tolã principatũ inter iudæos suscipiens iudicauit israelẽ annis uigintiduo:uir p oĩa fœlicissimus: eo ꝙ triginta genuerit filios:uiros uniq; bonos:& equitatu admodum p̄stantes:qbus & principatũ triginta ciuitatũ in Galaatidim ꝯtradicit:& suo tpe oĩa apud hebræos in pace acta referunt̃. Cumq; duobus & uigĩti annis id dignitatis munus administrasset:senex & ualde longæuus defunctus est:& in Gamon Galadinoꝝ ciuitate sua sepultus:ut habetur iudicũ decimo. Post cuius mortem hebræorum rex:ad inhonestam uitam:& Dei legumq; iniuriã delata est. Quã obrem palestini aliiq; finitimi eorum prouinciam cum maximis exercitibus uastauerunt. Iair

1210 3989 ❡Adrasthus tertius & uigesimus Sicyoniorum rex post Phestum regem:anno quinto principatum Iair iudicis israel:regnare cœpit:& quattuor annis regnauit.

1207 3992 ❡Agon primus Olympiacus:hoc anno qui est octauus principatus Iair(Eusebio teste)ab Hercule:in honorẽ Pelopis sui Attaui:constitutus est. A quo usq; ad primam olympiadẽ:supputantur anni.430. Is enim Agon ludus celeberrimus erat:quem ut ait Ouidius in primo fastoꝝ. Et prius antiquus dicebat Agonia sermo. Nã & cõposita dictio est:ex a ꝙ fine & gonia anguli. Quia locus in quo huiusmodi ludi constituti sunt sine angulo fuit. Et inde Agonalia deducitur:quod idem designat:Et locus agon:ut etiam Circhus flammineus Romæ hodierna die dicitur.

1206 3993 ❡Polyphides uigesimusquartus Sicyoniorum rex:nono principatus anno iudicis Iair post Adrasthum regnare cœpit:&.31.annis regnauit.

1202 3997 ❡Thautanes uigesimus sextus Assyriorum rex:tertiodecimo anno:principatus Iair: post patrem regem regnare cœpit:& regnauit annis.31.sub quo secundum Eusebium troia capta est. Hic sexdecim millia ethyopum & ducentos currus Priamo regi in subsidium contra græcos misit.

1199 4000 ❡Mnestheus ultimus Atheniensium rex:anno sextodecimo principatus Iair iudicis: post theseũ profugũ:Atheniensibus regnare cœpit:& regnauit annis.23. Hic cum ex Atheniensium optimatibus unus esset:& theseus rex per orbem uagaretur:contra eundem seditionem cõcitauit. Quapropter theseus profugus Athenas reliquit:& Mnestheus ipse regnum obtinuit.

❡Homines doctrinis excellentes.

❡Nichostrata uaticinatrix ac poetrix præclarissima a carminibus Carmenta cognominata:tempestate hac socero eius ab Euandro casu interfecto. Archadiam ortus sui patriam linquens: in Italiam cum multis deuenit:& ostia tyberis intrans in palatino consedit monte. Ibidẽq; ubi nũc Roma est oppidum haud magnum condens Euandrum filium constituit regem:ipsoq; rege constituto:& ipsa se Fauno laurentorum regi matrimonio copulauit. Quæ cum græcarum litterarum eruditissima haberetur:atq; uersatilis ingenii esset fœmina:& ibidẽ incolas semisiluestres rudesq; oĩno compérisset. Eisdẽ inter cætera nouos litterarum caracteres adinuenit:atq; eos cum eorum cõiunctionibus & sono edocuit:quæ quidem ab initio.17.fuerũt litteræ. A.b.c.d.e.f.g.i.l.m.n.o.p.r.s.t.u. Siluius quidam nomine ludorum magister. K. superadiecit.q.autem superuacua habetur.h.uero non est littera sed aspirationis nota.x.tẽporibus diui Aurelii Augustini perhibetur inuenta: tũc quoq;.y.&.z.a græcis latini sunt mutuati. Atq; ita his superadditis:eisdẽ in hodiernum usq; diem nos latini omnes utimur. Cuius certe tam eximii fulgoris & si deo omnium bonorum datori gratias agere debeamus:multum tamen laudis caritatis & fidei huic carmentæ debemus: quamobrẽ ne quoq̃ tanquam ingratus ipse maxime iure redargui ualeam hoc beneficiũ pro uirili mea ad æternam memoriã hoc in loco efferre piissimũ arbitratus sum. Huius itaq; beneficio posteri rudes ad- Alpha betum latinũ

mirati eam non humanam fœminam sed deam quandam arbitrantes: adhuc uiuentem diuinis honoribus celebrauerunt. Ac post mortem Romani in capitolio: ubi primum consēderat. Sacellum postmodum suo nomini construxerunt. Fuit igitur hæc mirabilis fœmina Ionii regis: a quo Ionium mare unica filia: nec etiam alium eam nisi Euandrum habuisse filium legimus.

¶ Aragnes quædā Asyatica fœmina plebea cuiusdā tinctoris lanaꝝ filia: & ipsa hisdē tpibus quibusdam meritis excelluit: maximeq; lanificii usum prima inuenit: ac retia aucupatoria & piscatoria exquisiuit. Cuius filius noīe Clesther: & ipse fusos ad lanificium aptos: statim exquisiuit. Quæ mulier: quū texturæ principatū obtinere animaduerteret: ac nō solum Ypheis cū qbus habitabat: sed ubiq; ob hoc se fama celebrē audiret: adeo in elationē quandā insolentē prorupit: ut ausa fuerit aduersus Palladem ipsius texturæ artis repertricē: certamen inire: & quum se superari æquo aīo ferre non posset: induto laqueo uitam finiuit. Ex quo locus fingentibus datus est. De quo alias.

Textu- ræ usus

¶ Dionysius aūt qdā lyncius natiōe Ro. & ipse eminētissimi ingenii uir: post litteras & caracteres: ab ipsa carmēta latius collatas: primus oīum syllabaꝝ (ut aiunt) singulas formas apertissimas fecit. Quamobrē statua celebri in foro honoratus fuit. Quo aūt tēpore hic floruerit: nō habetur.

¶ Tiphis quidā pstātissimus carpētarius: p hoc ipsum ea in lignaria arte apud græcos clarissimus effulsit. Qui teste Pli. lib. 7. primus gubernādi naues modū īstituit: & ut refert Seneca: & ipse argonautaꝝ gubernator extitit. Ipso in Medea dicente. Ausus es typhis pandere uasto: carbasa pontho: legesq; nouas scribere uentis. In qua tamen nauigatione sicut ipse testatur periit.

¶ Euāder aūt ipsius Nicostratæ uaticinatricis ex Mercurio (ut aiunt) filius & pallātis Archadū regis nepos: uir certe omni pstātia: uidelicet fortitudine īgenio ac eloquētia īsignis: p hoc ipsum tempus postq̄ patrē casu occidit: Nicostrata matre suadēte (quæ p uaticiniū eidē fugiētī maxima pmittebat) dimissa Archadia cū eadē matre in italiā adnauigauit: ibidemq; Ab originibus pulsis loca illa tenuit: ubi postea Roma ædificata est: & in palatino mōte oppidū paruū extruens a se pallanteum appellauit: ipso Euandro apud Virgilium in octauo ad æneam dicente.

Tum rex euandrus romanæ conditor arcis Me patriæ pulsum pelagiq; extrema sequentem
Fortuna omnipotens: & ineuitabile fatum. His posuere locis: matrisq; egere tremenda
Carmentis nymphæ monita: & deus auctor apollo.

Hoc idē Ouid. in lib. fastoꝝ ɔfirmat. Huic autem Euandro Faunius laurentoꝝ rex (ut iustinus scribit) agrum in eodem loco benigne concessit. Quem locum postea pallacium appellauit: ibidemq; Herculem ex Hispania cum ingenti pōpa superato Geryone redeuntem suscepit. Inde etiam (post euersionem troiæ) æneam: nouas sedes quærentem recepit: quem etiam aduersus Turnum prœliantem mirifice iuuit commisso cum Pallante ipsius filio prœlio: quem senex a Turno occisum misere fleuit.

¶ Pallas autem seu Pallantes huius Euandri filius: iuuenis certe immensæ magnitudinis atq; uirtutis post ilionis excidium: æneæ diuini hoīs amicitiā sibi cōparans: illi quoad uixit incredibili amicitia se cōiunxit: Qui etiā ex præcepto Euandri patris auxiliis cōgregatis amicū æneam aduersus Turnum secutus est: a quo tandem Turno hoste in certamine uulneratus occubuit: Quem euander infœlix pater cum ingenti luctu sepeliens tale epigramma suo sepulchro conscripsit.

Filius Euādri pallas quē lancea turni Militis occidit more suo iacet hic.

Eius uero corpus: ut ex Martiniana hēmus: ad Henrici eius noīs secūdi tpa: ītegrū & īcorruptū oīno pmāsit. Q d agricola qdā nō lōge ab urbe Rōa cōperit: ad cuius caput ēt lucernā ardētē īuenit: q̄ nullo modo poterat extingui: donec in fundo foramine facto extincta fuisset. Erat aūt idē corpus adeo īgentis staturæ: ut muroꝝ altitudinē sua lōgitudine superaret. Refertq; idē uulneris illi illati hyatū quattuor pedū longitudinē excessisse. In eius qppe sepulchro pdictū Epytaphiū inscriptū inuenit. Huic aūt Pallātia soror pulcherrima fuit: quā dicit Seruius Herculē uiciasse: ac ex ea Latinū regē genuisse: Demū q; defunctam eo in monte sepultam: qui de suo nomine deinceps pallatinus appellatus est.

Epyta phium

Iepte

IEpte Galaatides fortissimus propugnator: meretricis cuiusdā ex tribu Gadi filius octauus iudicū israel: hoc anno post Iair inter hebræos principatū suscipiens iudicauit israelem annis sex. Nā (ut supradictū est) post mortē Iair cōfestim filii israel contra dn̄m ac eius præcepta inique agere cœperunt: pp q Deus ipse iustus iudex: eos tradidit in manibus inimicoꝝ suoꝝ: uidelicet Amonitaꝝ & Palestinoꝝ: qui eos sibi subegerūt: ac annis. 10. & octo oppresserūt: qui quidē anni cum tpibus posterioꝝ iudicū copulant̄ secundū iudæoꝝ traditiones. At iudæi cum propter sua scelera afflictos se animaduerterent. Idola gentium proiicientes: in spiritu humilitatis ex toto corde: & cum lachrymis ad dn̄m conclamantes petierunt sibi ignosci: ac ut ab ira quam cōmeruerāt quiescere dignaretur. Quorū precibus permotus suū eisdem auxiliū protinus cōcessit. Et hunc Iepte uiꝝ fortissimū: quē fratres a se eiecerāt: trāsmisit. Qui ex præcepto domini exercitu in Masphath cōgregato in impetu magno in hostes irruens: magnam hostium occisionem fecit: adeo q ad quadraginta duo milia ex eis interfecit. Rediensq; domū cū īgenti gloria: quum primū uouisset si uiuus reuerteretur q quicquid ei primum occurreret: Deo imolaret: eidē uenienti unica eius filia uirgo occurrit congratulando. Quam cum imolare uellet duorum mensium inducias cū lachrymis expostulauit: ut si iuuentutē suā ex more suis cū ciuibus & sodalibus lamentaretur: & tunc uotum perficeret. Quo tpe trāsacto ipsam infœlicē gnatam pater imolauit. 4007 1192

Nec legitimum

Nec legitimum quidem sacrificium exegit:sed nec Deo acceptū. Exinde apud israelitas inoleuit mos:ut post anni circulū filiæ eoꝝ in unum cōuenirēt lamentaturæ filiam Iepte diebus quattuor. Effrateos præterea Iepte hic seditionē apud uada Iordanis facientes inuasit:& interfecit ex eis spe cialiter:qui pro Seboleth Chebbolech prænunciabāt spicam exprimere nō ualētes multa milia. Ipse autem quom principatū prædictum tempus inter hebræos administrasset:defunctus est: sepultusq; in sebasti:patria sua:q̄ in terra Galaadite est:ut patet. Iudicū lib.cap.undecimo & duodecio.

¶ Lauinus tertius laurentum rex: Fauni regis:ex Marica nympha coniuge filius:primo anno principatus Iepte iudicis:patre Fauno defuncto:regnare cœpit: &.32. annis(Eutropio teste)regnauit. A quo latinorum regnum initium & nuncupationem cœpit:& laurentorum nomen exinde cessauit:quod per annos multos:sub duobus Regibus:Picho.s.& Fauno porrectum fuisse constat: hii namq;(ut diuus Aurelius.18.de ciui.Dei refert)inter Deos relati sunt.Hic autem latinus Amatam Dauni regis Ardeæ fororē habuit in cōiugem:ut Virg.testatur. Alii palantiam:Euandri filiam: eū habuisse uxorem dicunt.Ex qua Lauiniā suscepit filiam:quā(iam Turno Dauni filio promissam) æneæ profugo reuocatā tandem tradidit uxorem:pro qua ingens bellum inter ipsos:uidelicet:æneam & Turnum exortum est.In quo quidem latinus hic tandem cecidit.

¶ Menelaus Hellenæ maritus & Attrei regis filius:Agamēnonisq; magni frater & ipse primo Iepte iudicis anno in Lacedæmonia regnare cœpit:& ad troiæ usq; excidiū:regnauit annis ferme.16. Hic ut prædictum est Hellenā Iouis filiā duxit uxorē:quā quidē primo Agamēnonis anno: absente Menelao Paris priami filius ad castorē & pollucē legatus missus rapuerat:ea.s.consentiente existentibus fratribus apud ipsum Agamēnonē.Quo audito Menelaus hic admodū tristis & ꝑturbatus ex cōsilio fratris sui Agamēnonis apud græcoꝝ principes plurimū cōquestus est.Et cum ultro citroq; persæpe pro uxoris repetitione legationibus a Menelao isto missis græci frustrarentur: demum ad hoc uentum est:ut obsidione urbis Hellena repeteretur:ac demum post decennium fraude magis q̄ uiribus capta Troia reassumpta fuit:ac Menelao restituta. Qui cum eadem sibi socia nauim patriam repetiturus intrasset:tempestate actus ad tuorim regem ægypti deuectus est. Ibiq; cum octo annis errasset:tandem in Lacedæmoniam semiuiuus rediit:Agamēnone fratre diu ante obtruncato.Quid autē postea egerit Menelaus hic restitutus in patria:uel qua morte obierit non inueni:Ermionem tantum filiam eum suscepisse dicitur.

¶ Pharos autē quidam illustris uir:huic Menelao regi Nauileius fuit: qui aut tedio nauigādi aut fortuna impulsus dimisso in ægypto domino & rege suo:in parua quadam Nili fluminis īsula palmis referta se recepit:illamq; inhabitans a se pharos eam nuncupauit.Eratq; ipsa īsula tunc(ut Homerus refert)a terra distans.Itinere unius diei.Vnde Lucanus in decimo lib.ait.Pharos insula quōdam.In medio stetit illa mari:sub tempore uatis Protheos:at nūc est pelleis ꝓxima terris.Huic aūt īsulæ:ut Pōpo.scri. ꝓpinqua adeo fuit Alexādria postea ædificata:ut pōte ꝯiungerent̄.In ea quoq; insula:postmodū Ptolemæus philadelphus(ut Pli.lib.36.tradidit)Turrim permaximam: & adeo pulcherrimam ædificauit ad exhibendum lumen nauigantibus:super quattuor cancris uitreis collocatam: ut inter septem mundi spectacula connumeraretur unum.

1190 4099 ¶ Agamemnon Attrei regis filius sextus Mycenarum rex:patre interfecto anno secūdo principatus Iepte suis regnare cœpit:& regnauit annis.35.Huius primo anno regni Hellena fratris sui Menelai uxor a Paride Priami regis filio fuit rapta:pro quo omnis græcia in Priamū ac filios cōcitata fuit:& pari oīum græcoꝝ cōsensu:cōgregatisq; in Aulide nauibus mille:hic agamēnon omni exercitu designatus est imperator.Pergēsq; ad bellū quattuor filios suos: quos ex Clitēnestra cōiuge susceperat:secum ab duxit:& ipsam coniugē ad regni sui custodiā dimisit.Cumq; agamēnon hic apud Troiam per aliquod tempus labores inauditos pertulisset:etiā quorūdam principum simultates passus est:pro quibus ab imperio abrogatus fuit:& pallamedes uir illustris eidem suffectus. Quem cū Vlyxes nō multo post occidisset:ipse maiori cū gloria imperium denuo reassumpsit.In quo etiam plurimas persecutiones & insidias substinuit:Tandē capta Troia:atq; direpta cū ingenti præda atq; Cassandra Priami regis filia:in patriam rediturus:naues letus cōscendit. Verum & ipse tempestate actus:per annū ferme errauit:Interim autē ægystus thyestis filius quum tacite omnia occupasset:positis per littus speculatoribus:atq; ab eisdem audito agamēnonis reditu: triginta ex amicis suis in insidiis positis:ipse cum comitatu reliquo ficta amicitia illi obuius factus est: atq; lautissimum sibi præparauit conuiuium.In quo Clitemnestræ coniugio consensu ipsum cum sociis:dum detrahere seu induere uellet uestem:interfecit duobus filiis masculis: uidelicet Aleso: & Horeste:ac Iphygenia: & Electra filiabus:post se relictis.

¶ Hellena igitur Tindari Cebaliæ regis:ex Leda coniuge:formosissima filia suscepta:quæ qdē ex sua admirāda pulchritudine uisa est fuisse Iouis filia:quamque Theseus eam ob rem superioribus diebus rapuerat:ac intactam suis fratribus restituerat.Hoc anno:iam matura uiro Menelao supra dicto Lacedæmoniorum regi nupsit.Quo audito Paris Priami regis filius:Menelao absente(eā uolentem)rapuit:& secum in Troyam perduxit.Sed ipso Paride postea in bello defuncto: Deiphebo ipsius paridis fratri iterum nupsit.Propter quod Troyanum bellū exortū est. De quo mox dicemus.Ipsam tñ post Troiæ excidiū:græci Menelao reddiderūt. Qui gaudēs nauim cū illa cō-

scendit patriam scilicet repetiturus. Sed uariis tempestatibus acti ad polybum regem in ægyptum tandem deuenere. Indeq; discedẽtes atq; p octo a nnos iugiter errãtes (teste Euse.) in patriã Demũ redierũt: lõge ante Agamẽnone obtrũcato. Poetæ aũt oẽs fingũt: hãc fuisse in me talẽ fœminã: uerũ qd post ipsius reditũ egerit: aut qtũ supuixent: aut quo tpe obierit nullibi habet. Seruius aũt: Helenæ huius tpa: ex lõga ætate cõputare uolẽs dixit. Castorẽ & Pollucẽ fratres Helenæ: cũ Argonautis fuisse: q fuerũt ante Troiã captã annis ferme centũ. Sed res utcunq; se habuerit: rettulit Isocrates illã senio iã cõfectã: & in rugas facie ptractã: p specula uiros illos fortes ĩspicientẽ: lõgo risu ridere ɔsueuisse: q pro tã caduca: tãq; fallaci re: tãto ardore: ac ptinacia depugnassent. Nõ.n.ob alid pugnasse ab Homero d r̃r: nisi ob illã in sese ablatã: qa ea restituta se recessuros semp promittebãt. Illam nihilominus fleuisse: Ouidius refert: quum ait.

Hæc quoq; p speculũ rugas dum cernit aniles Tyndaridis: & secum cur sit bis rapta requirit.

¶ Hector maxius militiæ fulgor Priami regis ex Hecuba uxore filius: a poetis oĩbus cãtatissimus his tpibus: ob eius militiæ fulgorẽ: apud Troiãos oẽs maximo est habitus in pcio. Quippe ob ĩcredibilẽ ipsius pulchritudinẽ fortitudinẽq; ac prudẽtiã: nõ solũ parẽtes. sed & patriã oẽm pemni nobilitate: atq; gloria: splẽdidã fecit. Hic ante troianũ bellũ: Andromachã Ie̾tiõis thebaꝝ Ciliciæ regis filiã duxit uxorẽ: ex q̃ filiũ tãtũ suscepit noĩe Astianactẽ: q cũ esset maximi animi: audacia pditus cœptoq; troiano bello: psæpe solus græcoꝝ turmas aggredi ausus fuit: adeo ut ipse solus esset terror oĩbus græcis. Qui & tãdẽ post ingẽtes uictorias: ab achille occisus est: quẽ oĩbus ĩsignibus denudatũ: ante Troiã urbẽ: Priamo spectãte: ptrahi fecit: deinde etiã ad naues græcoꝝ deuectũ: sup littus insepultũ: p dies.12.dimisit. Veꝝ (ut Homerus refert) Iouis iussũ: tam ĩsigne cadauer: ne corrũperet ab apolline sacris liquoribus plitũ fuit. Priamo aũt deniq; restitutũ: iuxta iliũ regio sepulchro cũ ĩgẽti põpa: comitãtibus oĩbus suis: nõ aliter flẽtibus: q̃ si tota urbs troiana unico atq; optio rege & defensore fuisset orbata: tumulatũ ẽ. Cui⁹ qdẽ sepulchrũ (ut aiũt) his uersibus annotatũ fuit.

Defensor patriæ: iuuenum fortissimus hector. Qui murus miseris ciuibus alter erat.
Occubuit telo uiolenti uictus Achillis Occubuere simul: spesq; salusq; phrygum.
Hũc ferus eacides circum sua mœnia traxit: Quem iuuenis manibus traxerat ante suis.
O quantos priamo lux attulit illa dolores. Quos fletus hecubæ: quos dedit andromachæ.
Sed raptum infœlix pater: auroq; repensum. Condidit & merens: accumulauit humo.

Hic igitur ex Andromachæ coniuge complures genuit filios: e quibus Franconus unus fuit a quo franci originem habuere.

¶ Paris q & Alex.dictus eiusdẽ priami regis filius: ac Hectoris frater: hoc anno ad famã pulchritudinis Helenæ tractus a p̃re priamo sub specie legatiõis cũ.20.nauibus in græciã mitti: q & a Menelao rege Helenæ ipsius uiro pbenigne & comiter hospitio suscipit. Cuius cũ uxorẽ aspexisset: illã uolẽtẽ tãdẽ cũ oĩbus regiis thesauris in troiã pduxit. Ex q̃ ĩhonesta rapina bellũ decẽnale a græcis aduersus troiãos susceptũ est. Qui paris quũ speciosissimus ĩter oẽs mortales eẽt uir: multis uoluptatibus se ĩmersit: p qbus etiã tãdẽ turpissimã mortẽ cõsecutus est. Aiunt.n.hũc nõ modo speciosissimũ fuisse: sed & eloquẽtissimũ fortissimũq; & q̃ maxime ĩter litigãtes æquissimũ arbitrũ: pro qbus rebus in maximã iustitiæ famã euasit: & adeo magnã ut litigãtibus de formositate pallade & Iunone ac Venere pp aureũ pomũ a discordia eis in cõuiuio piectũ: in quo scriptũ erat det dignio ri. Quæ cũ ob hoc in litigiũ maximũ ĩcidissent: a Ioue pro snia promulgãda: ad ipsum missæ sunt. Veꝝ quũ ob uoluptatẽ Veneri id deberi iudicasset: qa eidẽ pulchriorẽ orbis mulierẽ spopõderat: a multis iniustus adiudicatus est. Hic aũt cũ multa ptra græcos troiã obsidẽtes strẽnua egisset facinora: & p̃sertim in agonali certamine qđ troiæ tũc agebat: in quo oẽs supabat: postremo achillẽ (qui fratres occiderat) nocte in apollinis tẽplo: per fraudem occidit: quo mortuo & ipse a Pyrrho ipsius achillis filio: tandẽ ĩteremptus est. Huius aũt historia aliqbus pulcherrimis fictiõibus ĩterlita uidet & quam maxime ipsius iudicium quod significat tripartitam mortalium uitam scilicet contemplatiuam actiuam & uoluptuosam: quæ significantur per tres prædictas mulieres: & quia hic Paris: uidelicet homo prælegit uenerem uoluptuosam turpiter occidi meruit.

¶ Deiphœbus quoq; prædictorum frater armis quidem uir strennuus & ipse cum multa in hostes egisset: dum se tutum arbitraretur: tandem occubuit: quia inter tumultum capti ilionis dormiẽs helenæ insidiis (quam post mortem Paridis coniugem duxerat) occisus & turpiter laceratus est. De quo Virgilius lib.6.ait. Atq; hinc priamidem laniatum corpore toto &c.

¶ Cassandra uirgo formosissima horum ex eisdem parentibus soror fuit: quæ capto Ilione in sortem agamẽnonis uenit: quam quum Mycenas secum adduxisset: paulopost dolis Clytemnestræ uxoris ipsius agamennonis interempta fuit. Hanc apollo quom plurimum diu adamasset & eius concubitum expeteret: ipsa de hoc munus ab eo expostulauit: quod illi idem apollo iuramento se daturum affirmauit. Quæ petiit ut uates fieret. Et statim facta fuit. Volens deinde apollo quod petierat: ipsa negauit. Quamobrem turbatus apollo cum auferre nequiret quod dederat egit: ut nulla suis uaticiniis præstaretur unquam fides: & sic factum est. Nam cum ex raptu helenæ futura patri & fratribus prædiceret: nõ credebant ei: quinimo eã duris uerberibus castigabãt. Et licet migdonio iuueni clarissimo desponsata fuisset: nihilominus & ipsa infœlix captiua abducta fuit.

Polixena quoq; horum germana: & ipsa uirgo ingentis pulchritudinis atq; elegantiæ: post captam Troiam a Pyrrho Achillis filio super patris sui tumulum iugulata fuit. Nam quum inter cæteras Pirami filias formosior haberetur: ab Achille qui paridem fratrem occiderat dilecta plurimum fuit. Quo quidem amore Hecuba mater in mortem fortissimi iuuenis usa est. Non existimans tamen per Achillis uulnera sanguinem filiæ suæ fore fusuram. Quippe post euersam Troiam Pyrrhus ipsius Achillis filius in piaculum manium patris: ad eius tumulum adolescentulam hāc perduxit. Vbi post longas multorum lachrymas eum truculentus iuuenis iugulauit. Ferunt eam licet tenellam tam constanti animo & intrepido uultu hanc mortem suscepisse: ut maxima eius fortitudinis admiratio omnibus fieret.

Panthesilea Amazonum secunda regina: quæ Orithiæ & Anthiopi reginis successit: his temporibus contra græcos: troiam obsidentes: magnæ uirtutis bellicæ documenta monstrauit. Nam audita Hectoris uirtute: ipsum inuisum ardenter amauit: & desiderio suscipiendæ ab eo prolis cū maxima mulierum copia ex Scythia in eius auxilium descendit. Nec eam tam præclara principum græcorum fama perterruit: quin Hectori ipso armis: & uirtute: auxilio adesse uoluerit. Vnde & per sæpe ipsa intrepida multas græcorum acies profligauit: uerum tamen dum uirago hæc demum inter fortissimos hostes prœliaretur: multisq; e suis iam cæsis: & ipsa a Pyrrho Achillis filio: lætali uulnere sauciata inter medios græcos a se interfectos: occubuit. Ferunt eam securis usum in bello primum adinuenisse: & multas græcorum naues excussisse. Securis inuentū

Achilles: græcorum fortissimus: Pelei filius: & ipse tempestate hac: magno apud græcos fuit in prætio: qui cum didicisset Hectorem interfecisse Patroclum amicum suum confestim in ultionem amici sui perempti: in bellum procedens: cum multos troianos interfecisset: etiam demum Hectorem ipsum iteremit. Atq; alia in pugna Troylum fratrem ut Erinum Hectoris similiter interfecit. Quo dolore commota Hecuba: interfectoq; mater superstitibus timens euestigio insidias in eius uitam tetendit. Nouerat enim eum Polyxenam filiam suam diligere: & idcirco per quendam inter medium spopondit illi nuptias suas: modo a prœliis abstineret: cui cum assensum præstitisset Achilles: in talem compositionem uenerunt. Vt clam solus nocte ueniret in templum Apollinis: ubi eam cum filia solam inueniret: atq; ibidem eam desponsaret. Quod amans Achilles credēs: iuxta compositum inermis & solus nocte in templum intrauit. In quem euestigio paris ex insidiis prosiliēs: cum esset sagittandi doctissimus: eum sagitta interemit. Quem sui in sigeo promontorio sepelierunt. Hic itaq; cum libidinosus admodum esset: sua ipsa libido tandem eum in manus hostium obtruncandum perduxit: huic pyrrhus illustris iuuenis filius tantummodo fuit.

Palamedes Naupli: Euboiæ regis filius: forma elegans: tempestate istac: & magna dicendi facundia: ac ingenti uirtute: præclarus effulsit. Qui contra troianos: una cum reliquis græcis fuit. Vbi quum ex seditione agamemnoni imperatoriam potestatem subtraxissent: eius loco suffectus est. Et cum multas simultates contra Vlyxem habuisset: eo q; insania simulata ad Troianum bellum ire simulasset. Tandem ab eo ficta accusatione: q; cum Priamo rege tractatum haberet: reliquorum lapidibus obrutus: tandem hic palamedes mortuus est. Hic inter cætera sui eminentissimi ingenii opera: primus tabularum ludum: ad euitandas ociosi exercitus seditiones: exquisiuit. Tabularū ludi īuentio

Vlyxes: Laerthæ regis: ex autholia coniuge: filius: Itachusq; uocatus: ab itacha insula in qua post patrem: & ipse regnauit: quin & Dulichius: a quadam alia insula: quæ in illius regno habebatur: similiter etiā Naritius a Naritia īsula: q̄ & ex eius regno fuit dictus. De quo Oui. primo de fastis ait.
Pro duce naritio docti mala nostra poetæ. Scribere naritio nam mala multa tuli.
Hisdem temporibus ingenti uirtute floruit: q; multa strenue gessit. Hunc pulcherrimum: prudentissimumq;: sed dolosum: atq; fallacem: omnes fuisse affirmant. Multaq; aduersa quo aduixit pertulisse: quæ omnia: mira fortitudine superauit. Penolopem autem Icari filiam: Dedaliq; neptem: uirtute & corpore speciosissimam: duxit uxorem: ex qua Thelemachuʒ solum suscepit filium: quē ad Troianum bellum pergens paruulum cum uxore domi reliquit. Quem quidem Palamedes prædictus: ad explorandam patris fraudem (qui ad bellum ire nolens quandam simulabat insamiam) ante patris aratrum arantis opposuit: quo uiso: confestim Vlyxes aratrum dimouit: ne ipsi filio noceret. Sicq; Vlyxes subdolus cognitus: in expeditionē ire coactus est: in qua Diomedis amicitiam sibi comparans maxima solertia: ad obtinendam uictoriam plurimum laborauit. Nam ipse Achillem nolentem in obsidionem perduxit: ipseq; Herculis sagittas ad id quam maxime necessarias adinuenit. Ac cum ipso Diomede amico fatale palladium ex troia rapuit: multaq; alia ea in obsidione callide peregit. Tegebatur & enim aliquādo mendici hominis tegumēto: pro quo & multa uerbera uolens perferebat: ut sic eo in habitu troiam exploraturus intraret. Ad ultimum proditionem composuit: pro qua Troia capta & euersa fuit. Quibus ex sententia gestis: quum Nauem in patriam rediturus ascendisset: multis procellis agitatus: in longissimam peregrinationem decennalem perductus est. Nam cum in extremo Italiæ uersus Siciliam cum unica naui: ad circem magam: diuertendæ fortunæ gratia: deuenisset: lestrygones quasdam gentes: feritate famosas expertus est. Deinde cum ad pheacas perueniret: & in conuiuio alcinoi hos: & cyclopas humana carne uesci intelligeret tanquam mendacem: non nulli eum aspernati sunt. Hunc inter cætera

Vlyxbona ciuitas

Vlyxbonenſem urbē:in hiſpania Solinus condidiſſe ſcribit:& ab eo Vlyxbonæ nomē accepiſſe di
xit.Multaſq̧ p̄terea alias ciuitates:hinc inde peragrando extruxiſſe eū ferūt.Tandē poſt uigeſimū
ſui diſceſſus annum ſolus:& incognitus ad ſuam Penolopē deuenit:quæ ſummo perfuſa gaudio:
diu deſideratum ſuſcepit.Quem tamen demum Thelemachus:proprius filius:caſu ſenem inter-
fecit.De huius autē erroribus Penolopeſq̧ uxoris caſibus.Homerus poeta.24.libros:diuino car
mine ſcripſit:quos Odiſſeæ uolumen appellauit.

Abeſſa

ABeſſa: ſeu Eſebon : Bethlamita homo:ex tribu Iuda:editus nonus hebræorum iudex: 4013 1183
hoc anno:Iepte mortuo:loco eius princeps ſuffectus:iudicauit Iſraelem annis.7.ut ha
betur iudicū lib.cap.12.Hunc nōnulli aſſerunt fuiſſe Bor qui Ruth moabitidem fœmi-
nam duxit in coniugē.Qui & triginta habuit maſculos totidē q̧ fœminas : quos hoīes
honorifice maritauit:& eiuſdem numeri ſuis filiis accepit uxores:quas omnes in domum ſuā cū
gloria magna introduxit:tandemq̧ moriens omnes uiuos fœliciter dimiſit.Qui quum nil memo
ria dignum geſſiſſet in ſenectute bona defunctus eſt:& ſepulturam ſua in patria promeruit.

¶ Troianū bellū decēnale:primo Eſebon iudicis anno(teſte Euſebio)ſurrexit:cuius fuit p̄miū tri 4014 1195
um mulierū de pulchritudine ꝯcertantiū:ut ſupradictū eſt:atq̧ īfra dicet̄:ſane priamus rex hoc an
no anthenorē neceſſariū ſuū:nobilē q̄dē:& grādeuum:ad græcanos trāſmiſit pricipes: dicēs ſe oēs
iniurias p̄teritas æquo aīo laturū:ſi Heſionē ſororē diu raptā redderēt.Negātibus græcis : Priamus
e ueſtigio bellū īſtaurat:& Hectorē priogēitū copiis p̄ficit.Itidē paris q & Ale.hectoris fr̄ hortat̄ di
cens.Dū olim in idā īſulā uenatū iſſet uidiſſe Mercuriū in ſomnis: q eidē Iunonē:Mineruā:& Ve-
nerē adduxit:ut īter illas de pulchritudine certātes iudicaret.Tumq̧ uenerē ſibi ꝓmiſiſſe:ſi eius ſpe
ciē p̄ferret:ſe ei uxorē in græcia daturā:qua nulla eſſet pulchrior:Helenus aūt alter frater:in ꝯtrariū
uaticinat̄ dicēs.Si Alex.de græcia uxorē acciperet:uēturos græcos & Ilionē uaſtaturos.Itidē & caſ
ſandra uaticinata eſt:parat̄ nihilominus nauis: & Alex.q & Paris:una cū Anthenore:cæteriſq̧ ꝓ-
ceribus:in græciā mittit̄.Vbi dum in īſula Cythera ad fratrē Iunonis ꝯueniſſet:Helenā Menelai re
gis uxorē:ad uidendā Alex.formā:ſibi occurrere:& a marito ſuſceptā.Tandē rapuit:domūq̧ cum
ea gaudēs rediit.Quo facto Priamus pariter appellauit:quaſi Heſionē ſororē ꝓpter hoc recupera
turus eſſet.Menelao itaq̧:una cū Agamēnone:grauiter ꝯquerēte ꝯfeſtim cōgregant̄ fortes quiq̧
græcorū:uidelicet:Achilles:Patroclus:Vlyxes:Aiax:& Neſtor:cū cæteris ualidis numero quadra-
ginta ſeptē:habētes p̄paratas naues in portu acheo numero mille & ducētas.Reſpōſoq̧ ab Apolli
ne Delphico accepto:q in decimo anno ilium foret ſubuertendū:Græci mare ſulcant:Phrygiāq̧
uniuerſam p̄dant̄:ac redeūt.Interea mittit rex agamēnon legatos ad Priamū regē:ſi uellet cogna
tam raptā reſtituere:Priamus illico argonauticā iniuriā cōmemorat patris:uidelicet iteritū : & ſo-
roris raptū:& alia ꝑmulta:& iccirco pacē repudiat bellūq̧ īdicit.Cōgregato itaq̧ hinc īde magno
exercitu:ad manus deuenere.Hector patroclū & Merionem occidit:multoſq̧ alios uulnerat:uſq̧
dum Aiax:Telemōis ꝯſobrinus:cognita īter eos ꝯſanguinitate:īpediret eū:Cōcedunt̄ iterim īter
eos hyemales īdutiæ ut unuſqſq̧ mortuos ſuos ſepeliat.Poſt biēnii uero tēpus bellū repetit̄:in quo
Hector decē fortes Duces occidit:& ecōtra achilles quattuor illuſtres troianorū īteremit: p trigin-
ta &.n.dies acriter pugnatū eſt:Ruſuſq̧ triennales īdutiæ dant̄:poſt triēniū denuo:certamine ini
to:plures utrinq̧ corruūt.Et q̄uis p ſomniū andromachæ:Hector maritus moneret̄ : ut ſe a bello
abſtineret:in bellū tn̄ ꝓperat:ubi tandē īſidioſe ab Achille occiditur.Quo ſepulto:iterū īdutiæ dan
tur p annū.Dum uero anniuerſaria Hectoris dies ageret̄:adeſt Achilles:& poliſenæ Priami regis
filiæ amore corripit̄:petitq̧ eius nuptias.Quibus ꝓmiſſis:a bello ſe ſubtrahit : aſſerēs iniquū eſſe:
ꝓpter raptū Helenæ:unius fœminæ totā ꝯturbari europā.Tandē græcorū rogatu ꝓcedēs: a Troy-
lo Achilles uulnerat̄:q iam multos occiderat.Poſt hæc exortātibus Anthenore:& Aenea:ut Hele-
na redderet̄.& pax expeteret̄:īdignatus Priamus mortē eis ītentauit niſi ꝯticeſcerēt.Qui ſtatim
Polydemā ad græcos oratorē miſerūt:q urbis traditionē græcis polliceret̄:modo eis pacē tantum
cōcederēt.Qua obtēta:eiſdē urbē tradiderūt.Introgreſſi uero græci e ueſtigio Priamus rex a Pyr-
rho Achillis filio ante iouis arā īterficit̄:æneas autē Poliſenā filiā paruulā apud anchiſem patrem
abſcōdit:& ad īſtantiā Helenæ libertas Andromachæ cōcedit̄:uerum cū inuēta eſſet Poliſena : ad
Achillis tumulum iugulata eſt.Et æneas:propter hoc ab urbe diſcedere iubetur.Anthenori tamen
ibidem habitare conceditur.Pugnatum itaq̧ eſt apud troiam:annis decem:& menſibus ſex : ubi
ex troianis ceciderunt anteq̄ urbs caperetur.67600.poſt captam uero(ſi credi licet)multo plures:
ex græcis autem innumerabiles deſiderati referuntur.Auguſtinus autem pater.18.de ciui.Dei:me
minit.Troiam deſtructam fuiſſe apud latinos:Latino Fauni filio regnante.

Abilon

ABilon:quem Ioſephus Chilonem nominat:decimus iudicum hebræorum:poſt Eſebo
nem principatum ſuſcipiens:iudicauit Iſraelem annis.x.Quem tamen ſeptuaginta in 4020 1179
terpretes inter iudices non annumerant.Et ideo:ſicut refert Euſebius temporibus Io-
ſue & Samuelis aſcribuntur:quorum annos ſcriptura tacet:hic autem plures anni ad-
duntur:quam ſint apud Ioſephum:ita ut ab egreſſu iſrael de ægypto:uſq̧ ad Solomonis templum
numerentur anni.480.Vnde bene quorumlibet ſupputandi ſunt anni.42.alioquin in errorem la-
beremur non modicum.Hic itaq̧ de tribu Zabulon fuit:qui nec aliquam egit uirtutē præcipuam.

¶ Labdon

1169 4030 Labdon seu Abdon:Hylonis filius:de tribu Effraym:undecimus hebræorum iudex: post Abilonē iudicē:principatū suscipiēs:iudicauit israelē annis.8.Hic ut Iosephus ait pro sola eruditiōe poterat habere memoriā:nullūq; opus ꝓpter pacē:& regum abundātia clarum fecit.Septuaginta nāq; filios & filias habuit:e qbus quadragīta fuere mares:uiri plane in armis oēs exercitatissimi:quos oēs superstites derelinquēs:in senectute bona tādē defunctus est. Sub istis autem tribus iudicibus israel non recessit a domino.Et propterea quieuit terra temporibus suis:ut patet iudicum.12.Verum isto amoto palestini israelitis multis diebus præualuerunt. Labdō

4031 ¶ Memnō:Titonii filii Laomedōtis Troiani regis filius primo Labdonis iudicis anno: Eusebio teste:una cū amazonibus:Priamo regi subdita nō parua tulit.Cū esset assyriorum regis exercitus ductor pclarus.Quē ut Dyodo.3.hystonarum suarum lib.Rex suus ac dominus:cū decē milibus Ethiopum:totidēq; susiani:cū ducentis curribus:troiā in auxilium misit:ꝙ tunc Tytonus eius pater Persarum præfectus:erat acceptus maxime regi.Et Memnō hic ætate florēs animi & corporis uiribus erat præstans:Quem ferunt Susam seu Susim:ciuitatē regiam:in loco excelsiore ædificasse: quæ ad persarum imperii usq; tempora permansit.Quam a se Memnoniā nuncupari uoluit.Hic itaq; cum apud Troiam multos græcos occidisset:& ipse tandem a thessalis per insidias īterfectus fuit.

1166 4033 ¶ Troia igitur magna ciuitas.3.Labdon iudicis anno:a Græcis capta fuit:atq; delata:a cuius euersiōis tpe(ut Euseb.scri.)ad primā usq; olympiadē fuerūt anni.416.Colligit͂ aūt oē tp̄s usq; in p̄sentē diē:secūdū Assyrios a quadragesimo in primis anno regni Nini.835.secūdū uero hebræos: a primo natiuitatis Abraæ anno:etiā anni similiter.835.a natiuitate aūt Moysi.410.ante urbē cōditam anni.430.Hinc quoq; græci suos annos annotare īcipiētes dixerūt:anno prīo a captiuitate troiæ:

¶ Demophoō Thesei regis:ex Phedra filius:anno.2.captiuitatis troiæ.Mnesteo rege mortuo:athe niensis urbis habenas suscipiēs:regnauit annis.23.Hic cū Antigono fratre cōtra Troianos auxilia græcis tulit.Vastato aūt Iliōe:dum ad ꝓpria rediret:tēpestate ualida sæuiēte:in Traciā delatus est: Vbi a Philide:Lycurgi regis filia:nō solū hospitio:sed & lecto humāissime susceptus est.Cumq; aliquādiu cū ea moratus fuisset:audita Mnesthei Athenarum regis morte paterni regni cupidus.Impetrata:ad breue tēpus:ab ipsa Philide noua sponsa licētia:resarcitis nauibus suis: Athenas accessit. Vbi post uigesimumterciū annū paterni exilii:athenarum regnū denuo reassumpsit.Cumq; ultra ꝓmissum tēpus redeundi tardaret phillis:amoris impatiens:laqueo se suspendit:& iuxta fabulam in Amigdalam siccum cōuersa est.Vide Ouidium.Itaq; Demophoon hic:quum id tempus imperasset:mortuus est.Cui Osynthes successit:qui utrum istius fuerit filius incertum habemus.

¶ Penolope:Icari filia:magniq; Vlyxis cōiunx hisdē tpibus ob pudicitiā suam tutādā: permultas a ꝓcuratoribus suis ꝓtulit īsidias:atq; molestias.Nā postea quā ipsi suo marito Thelemachū filiū peperisset.Vlyxes ipse maritus cū reliqs troiā ire cōpulsus est:ipsa domi iuuēcula admodū formosa relicta.Sed troia deleta:cū diu uir suus redeūdo domū errasset.plurimi eam infestantes:in maximas deduxere erumnas.Ea quippe adolescētula pulcherrima:quum domi derelicta fuisset:& eius forma:atq; mores ꝓbabiles:necnō & egregium genus ad eam diligendā:ac cōcupiscēdā multos ꝓuocaret:eas ob res multis īstigationibus diu uexata fuit:Verumtamē nulla unquā molestia:a ꝓposito fidelitatis mariti potuit diuelli.Quibus iuuantibus factum est:ut Penolope hæc:illibati decoris:atq; intemeratæ pudicitiæ matronis omnibus semper exemplum fuerit sanctissimum.

¶ Circes:Solis:& Persæ nymphæ(ut poetæ testant͂)filia:per hoc ipsum tēpus:& incātationibus:q̄ maxime:ac forma pulcherrima effulsit famosissima.Solis ideo filia fuit dicta:qa potissimum singulari floruit pulchritudine:atq; omnium herbarum claruerit cognitiōe.Quibus ex rebus:& meretrix & magna euasit notissima:unde relictis colchis:ad ueneficia exercenda:in Italiam uenit: & Etheum Volscorum montem inhabitans:deinceps Cyrceus de suo nomine in hodiernum usq; diem appellatus est.Et q̄q̄ permulta poetica de ea referantur:uidelicet:ꝙ suis blanditiis: & ueneficiis:homines in eius amore succensos:in beluas commutasset:diuus tamen Augustinus.18. de ciuita.Dei non fabulosum hoc:sed uerum utiq; fuisse dixit:quia quibusdam carminibus cātatis: aut Augustinus poculis ueneno infectis:in feras diuersarum specierum homines cōuertebat: quos interfuere ulyxis socii.Vnde Virgilius in bucco.Carminibus.Cyrce socios mutauit Vlyxis.Et æneidos.7.Ex hominum facie dea sæua potentibus herbis:Induerat Cyrce uultus ac terga ferarū. Vbi quū idē Vlyxes eas ob res per annum permansisset:ex ea Thelegonum suscepit filium. Verum quum euaginato gladio:eidem mortem minaretur:nisi socios in pristinam redigeret formaȝ: ab eadem quod postulabat mox obtinuit:plenusq; consiliis discessit.Hæc itaq; habitauit:haud longe a Cayeta capaniæ urbe:in quodam monte Olim insula:qui Cyrceus ab ea usq; hodie dictus est. Super quem etiam oppidum in cacumine postmodum fabricatum est:cui Cyrceum nomen impositum fuit. Sicut testis est Virgilius.7.ænei.lib.circa quod adhuc aiunt in quodam colle rugire bestias diuersi generis.In eo autem postea templum permagnificum in eius laudem structum fuisse dicitur.Vbi & quædam Vlyxis & Mineruæ fi ia.Antra olim monstrabantur: quæ nunc pœnitus sunt deleta. Quo in loco postmodum Roma.pontifices arcem condidere munitissimam:quæ afflictis Ro.ecclesiæ rebus(Barbarorum quam maxime temporibus)auxilio semper fuit:quādo autem uel quo tempore:aut quo mortis genere obiierit hæc Cyrces non inuenitur. Virgili⁹

❡ Hecuba. Priami Troianorum regis præclarissima uxor: quum superioribus temporibus diu pe riturí splendoris extitisset fulgor eximius: hac tempestate Troia euersa: maritoq; ac filiis & filiabus omnibus uiduata: miseriarum etiam omnium deuenit certissimum documentum. Hæc quippe in clita Regina: peperit marito suo regi mixtum utriusq; sexus filios decem & nouem: de quibus pene omnibus singulatim dictum est. Quæ quidem mulier non tantum fœlicis regni decore: ac multi-plicis prolis serena facta fuit: quum urgente aduersa fortuna: orbi toto longe cognita deuenit. Nam quum urbem suam incensam: filiosq; omnes: atq; Maritum suum regem immaniter interfectos: ac se postremo captiuam conspexisset: ipsis tot malis imanibus oppressa: in rabiem demum de-uenit: ut aiunt eam per tracios campos ritu canum ululasse. Et sic mortuam in tumulo Hellespon tiaci littoris sepultam fuisse: Mansitq; diu Cynosenie eius tumulus: in figura canis: in quam conuer sa traditur: siue ex fortuna: in quam deciderat: humili nomine accepto.

❡ Diomedes magnus: Tydei ex Deiphila uxore filius: & ipse hisdē tp̄ibus (postq̄ in obsidione tro iana: diu cum aliis græcis interfuisset: apud quam adeo se strenue habuit: ut nullus post Achillem & Aiacem fuerit audacior: aut fortior existimatus) dum ex eadem clade domum reuerteretur: audi ens uxorem suam turpiter agere: uerecundia ductus: domum accedere recusauit: sed exilio sibi ip-si indicto: in Italiam ueniens: ad partes Apuliæ se contulit: Vbi (& Festo teste) cum Dauno rege lo ci eiusdem regni partem sortiri promeruit: ibidem quoq; circa Garganum montem residens: has ciuitates: uidelicet: Beneuentum: Arpos: & alias condidit urbes: indeq; haud longe digressus: siue in Mesapia: & Peucena: & Dantia: Apuliæ urbibus habitauit. Eius uero socii Brundusium: & Nea polim erexere ciuitates. Alii quoq; ex sociis ab ipso recedentes: Diomedeam quādam insulam ab ipso sic nuncupatam haud procul ab ipso monte Gargano: habitare cœperunt: ubi & Diomedes ipse fertur sepultus: ac templo tanquam Deus ibidem honoratus.

❡ Diomedea autem Insula: a Diomede prædicto: sic nuncupata: in Ionio mari est contra apuli-am sita: quæ sola Diomedeas Aues nutrit: quibus est color candidus: & ignei oculi: & ora dentata congregatæ uolitant: ut grues. Et ut Solino placet: inter aduenas iudicant: & alia multa. Hanc insu lam nunc Tremitam appellant: in qua templum celebre eminet. Vbi signis: & miraculis beatissi-ma uirgo claret. Cui canonicorum regularium Cenobium adiacet mirificum: Diomedeas nihi-lominus q̄nq; īsulas Pto. in. 6. fuisse refert. Stra. uero duas tm̄ posuit. Ex quibus: alteram habere di-xit: habitatores: reliquam desertam esse: in qua Diomedem hunc disparuisse quidam fabulantur.

❡ Anthenor: uir nobilissimus troianus: Priami regis affinis: hoc anno: qui est secūdus troianæ cap tiuitatis: ab Agamemnone græcorum Imperatore: illi rex præfectus: regnauit ibidem annis uigin-ti & quattuor: Aeneas autem licet anthenore isto dignior: & natu maior haberetur: quia Polissenā consobrinā suam: apud patrē suum Anchisem abscōdisse depræhensus fuerat: ab Agamēnone nō solum reprobatus: sed & Troia repulsus est. Quamobrem Aeneas indignatus: exiens mox in dar daniā īsulā: ad ꝯgregandū exercitū ꝓfectus est: pro quo ab anthenore (clausis portis) seclusus fuit.

❡ Tunc troiani omnes qui græcorum cædibus superfuerunt: reuertentes (Aenea sic abiecto) an-thenorem hūc suum esse regem recognouerunt. At æneas: quum nihil proficere cognosceret: post tertium exactum annum: suo cum patrimonio: & Nauibus duabus: ac uiginti susceptis: cū anchise patre: ac Cayeta nutrice sua: uniuersaq; reliqua familia: necnon & plurimis utriusq; sexus uiris: dar dania relicta: in Italiam nauigio peruenit. Anthenor uero: quum prædictum tempus: una cū filiis regnasset: ab Hectoris filiis regno tandem pulsus est. Quo turpiter pulso: cum duobus milibus tro ianis profugus: in Venetiam prouinciam deuenit: Ibidem quibusdam locis occupatis Patauinæ insignissimæ urbis fundamenta iecit. Vbi & quo ad uixit regnauit dicente Virgilio.

Hic tamen ille urbem pataui sedesq; locauit.

❡ Diapolitanorum Dynastia uigesima (decimanona consumpta) apud ægyptios quarto princi-patus Labdon iudicis anno cœpta est. In qua suo Imperatore ægyptii uti cœpere. Et hæc quidem potestas apud eos mille septem centum & septem annis perdurauit: ipsa quippe Dynastia genera lis potestas erat: qua uniuersum regnū suo sub Imperio quisq; princeps designatus: seu a toto po-pulo delectus cohibebat: ut nunc Venetorum nostrorum mos est.

❡ Latinorum regnum exordium tempestate hac in Italia habuit: & id quippe regnum prouinciā illam fuisse dicimus: quam nunc Campaniam appellamus seu laboris terra. Et hæc una ex decem & octo italiæ regionibus habita est. Quæ quidem plurima habebat loca: a cæteris regionibus fre-quentata: quam aliqua alia: ut Liuius: & Virgilius contestati sunt. Sed cum plus iacturæ in ea quā in cæteris fuerit factum euenit: ut nunc non sit alia incultior: aut certe infrequentior habeatur: Hæc ideo latina appellata est: quia Saturnus rex filii Iouis arma fugiens: in his ipsis locis latuit. Quod Virgilius in. 8. his uersibus posuit.

Primus ab æthereo uenit saturnus olympo.
Arma Iouis fugiens: & regnis exul ademptis.
Is genus indocile: ac dispersum montibus altis
Composuit: legesq; dedit: latiumq; uocari
Maluit: his quoniam latuisset tutus in horis.

❡ Eius tamen magnitudo a principio angustior fuit: quam quæ nunc Campania appellatur. Ser uius autem dicit: latinos proprie appellatos fuisse eos: qui intrant uiscere albani montis. Fines ue-ro huius regionis latinæ nunc campaniæ: seu terræ laboris nuncupatæ a maritima parte ab ostiis

Tyberinis incipiunt:& in Cayetam urbem terminantur:ubi sunt ciuitates extantes & dirutæ:uide licet.Ostia Sinuessa: Ardea:& Terracina:atq; Cayeta:& insulæ pontia:& pandana:atq; Cyrceus mons.In mediterraneis aūt sunt Viletre:Anagna:Præneſtina:Tyburtina: & Tusculum : ac Alba olim ciuitas:a qua Albani reges:in hac quoq; regiõe fuere populi:qui Aborigines:Rutuli:Volsci: Henrici:Equicoli:& Marsi dicebantur.Magnum & enim habet circuitum.

¶Theucer:Aiacis frater Thelamõis ex Hesiõe filius:his tpibus: cū esset armoꝝ admodū ualẽs: apud græcos:Homero teste:isignis plurimū fuit.Hic una cū Aiace fratre in bellū Troianū iisse:& tandẽ peracto bello:cū sine fratre in patriã rediret:nõ susceptus secessit in Gallitiã Hispaniæ regionem:q ibidem sedes ponens:id nomẽ(ut Iustinus lib.44.refert)loco dedit.Est autẽ regio Gallitia quam maxime æris & plumbi uberrima:tum minio:auroq; ditissima:adeo ut etiam aratro frequẽ ter glebas aureas excidant.In ea regione postmodum:& in præsentiarum usq; fœminæ res domesticas:agrorumq; culturas administrant:ipsorumq; uiri armis & rapinis inseruiunt. Gallicia ꝓuincia

¶Pyrrhus:Achillis magni filius:q superioribus annis:patre mortuo : pubes in Troianū bellū ductus fuerat:quū esset ad instar patris animosus:& acris ingenii iuuenis in Ilionẽ:p abditissimū locū itrauit:penetrãsq; regiã domū:politẽ in sinu Priami regis patris cõfodit:deleto uero Ilione: Polyxenã eximiæ formositatis uirginẽ:ad manes patrios placãdos:apud patris sui sepulchrum occidit. Andromachū quoq; Hectoris uxorẽ:quæ sibi ex præda cõtigerat:uxorẽ duxit.Ex qua Peripeleū & Molossum filios suscepit.Deinde paupertate coactus:seu animi ardore tractus : Pyrraticã ꝑdam: mare isestãdo:exercere cœpit.A quo postmodū isesta nauigatio:ab eo Pyrratica denominata est. Hic aūt habitans in Chaonia:Europæ ꝓuincia:a se mutato noĩe Prisco:Epyrum nuncupauit. Postremo cū Horestes:ex taurica regione:posita furia rediisset in regnum:corrupto Machareo sacerdote templi Delphici:hunc Pyrrhum in templo suo trucidauit:ac sic talis huius finis fuit. Pyrrati cæ ꝑdæ auctor

¶Epyrus autẽ ꝓuĩcia Europæ est:a prædicto Pyrrho id nomẽ sortita.Hæc quippe ab occidua parte ab Acroceraunis mõtibus icipit:ꝓtenditurq; uersus orientẽ usq; ad Abrachiū sinum : per stadia mille sexcenta.Septentrionalẽ uero eius partẽ Ptolemæus Macedoniæ cõiungi tradit:orientalem usq; ad Ostia fluminis Acheloi:Oram huius ꝓuinciæ maritimã:fœlicẽ atq; uberẽ fuisse:& eẽ multi tradidere.In qua multæ urbes:& oppida fuere:sed ꝓpter populoꝝ rebelliões a Romanis uastata fuit.In hãc ꝓuinciã tradunt Paulū emiliū:quum pſarum regẽ superasset.70.urbes funditus euertisse.Ex qbus quidẽ ciuitatibus centū qnquaginta milia mortaliū in seruitutem redacta sunt.In ea nunc Epidamnus parua ciuitas:quã nunc Dyrachiū appellãt:est & Leucas ꝓmontoriū.Amnesq; clari sunt:Achelous & Archton : ibi Tomarus mons nobilis circa radices centum fontibus : circa Epyrum:sunt plures nobiles prouinciæ: uidelicet:Albania:Illiria:Dalmatia:Crohatia:Histria : & Carnia.De quibus infra opportuno loco tractabimus. Dyrachium

¶Horestes:Agamẽnonis ex Clitẽnestra uxore filius:& ipse hisdẽ tpibus:quã Egistum regẽ: & Clitemnestrã matrẽ:adulterãtes occidisset:ꝓfestim in furiã præ horrore parricidii: uersus in Tauricaꝫ chersonesi peninsulã ꝓuinciã fugit:ubi cū imanes eius ꝓuinciæ populi:eū captū imolare uellent: ad aram Dianæ:ut liberaret̃ ab isania:ab sua sorore Iphigenia:quæ Dianæ tẽplo ꝑposita fuerat ẽt ab omni isania liberatus:cū ea sorore sua aufugit:& cū simulachro Dianæ sublato:in regnū sanus rediit:ubi Pyrrhum ꝑdictum achillis filium:fraude Macharei sacerdotis:in templo apollinis occidit.Alii uolunt eum in Italiam uenisse.& nõ procul a Roma:apud ariciam: Dianæ simulachrum furatum collocasse.Quo autem tempore diem clauserit:in dubium uertitur.

¶Taurica autẽ:ad quã ꝑdictus Horestes:post parricidiū ꝑpetratū cõfugerat:est Europæ ꝓuincia: ut Ptolemæus lib.3.ostẽdit.Cuius fines sunt:Isthmus Palus meotis: pontus : & Chymericus bosforus.In hac sunt ciuitates isignes.Eupatoria:& Theodosia:nũc Capha:dudū genuensiū colonia: palus ipsa hyeme glaciatur:ut Virg.refert. Puppibus illa prius patulis: nunc hospita plaustris. Capha

¶Bosforus autem a boum meatibus:ꝙ ab uno latere in aliud commode tranare possunt: bosfori nomen assumpsit.Et quia a Chimericis populis incolitur:Chimericus appellatur.

ii63 4036 ¶Aeneas anchisæ filius:(secundū aliquos)parentū & patriæ ꝓditor:a troianis hactenus:quasi Deus quidẽ habitus:hoc anno q ẽ sextus principatus iudicis Labdon:in latiū ueniẽs : ibidẽ regnare cœpit:& secundū Eusebiū:tribus annis regnauit.Hic æneas fuit omni corporis forma:atq; elegãtia inclitus.Qui e troia pulsus:cū anchisæ parente:& ascanio filio:atq; Cayeta nutrice : fœmina multis cõsociatus troianis:primū tanq̃ profugus ad oraculū apollinis i Delphos peruenit:a quo de regno Italiæ obtinẽdo certior factus:ex Delpho in Cretã cõfestim adnauigauit.Inde quæ in Siciliã delatus:qbusdã locis in ea occupatis:eo loci patrẽ anchisem mortuū sepeliuit:deinde in latiū peruenit. Respõsoq; accepto:eo in loco eū esse permanendū:ubi mensam ederet. Quod eufestigio in latio prope Lauiniū accidit.Ibidẽ.n.ingens panis pro mensa:p iprudentiã appositus:eū cū carnibus : q̃ super eo erãt:absumpsit.Ingressus itaq; æneas italiã:ad hadriatici maris oram:Corciram:& Melinam:haud magnas urbes condidit:atq; per hostia tyberina intrans:non longe a laurenta urbe cõsedit:ubi & quibusdam Latini regis agris occupatis:troiam nouam condidit. Inde ad euandrū regem(ut paulo ante cõmemoratū extitit)profectus:eo procurante:cum Latino aborigenū rege(ei infenso)pacem fecit.Cuius rei firmandæ gratia.Latinus filiam Lauiniã ei tradidit uxorẽ:secumq;

pari auctoritate ꝓregnare fecit. Qua ex re Aeneas hic Laurētū rex appellari cœptus est. Turnus ꝟo ro ardeæ: & Rutiloꝝ rex: grauiter ferēs: Aeneā externū a latino sibi ꝑlatū: uxoris ipsius ablatæ: iniuria ꝑmotus: bello uices suas uindicare ꝯstituit. Vnde & a Diomede rege Apuliæ: atq; Mezētio tusciæ supioris: seu agiliæ: & a lygusto lyguriæ: regibus: ac a Camilla uolscoꝝ regina: auxiliū ꝑ legatos expostulauit. Qui oēs ꝯtra latinū: Euādrūq;: ac Pallātē eius filiū: ꝓ ænea bella ꝓducūt. Cōgressiq; post innumeras utrinq; cædes latinus a Turno iterficit: indeq; Pallantē iuadēs: ipsum occidit. At æneas in Turnū acri aīo isurgēs: ꝑost multos cōflictus: ipsum supatū iterfecit. Quo mortuo: camillā uolscoꝝ reginā: cū toto suo exercitu ꝓfligauit. Victoria igit̄ æneas obtēta: iterfectisq; ꝑdictis regibus: Latiū ꝑdictū cū cāpaniæ parte obtinuit: tribus quoq; annis: ut ꝑfertur: regnauit. Tandē in Numitiū: laurētis agri fluuiū: decidēs mortē obiuit: indeq; sublato corpore: & apud Laurentā urbē sepulto: fluuius idē eidē cōsecratus est: & Deus idiges ab accolis creditus est. Hic Creusam Priami regis filiā duxerat uxorē: ex qua Ascaniū suscepit filiū: Regnoq; latii suscepto. Lauiniam filiam Latini regis: coniugem suscipiens: prægnantem tandem moriens dereliquit.

¶ Camilla: uolscoꝝ regina: ex Metabo rege: a Cassamilla uxore suscepta: ꝑ hoc tēpus: cū eēt uirgo isignis: ac memoratu dignissima: in armatoꝝ exercitia depugnās: ab Arunte: uiro ipigerrimo: sagitta sauciata expirauit. Quæ tantæ fuit dignitatis: & ꝓbitatis uirgo: ut in eius laudes Virgilius lōga dicacitate septimū æneidoꝝ librū terminauerit. Cuius mater: quū primū eā peperisset: uitā cū morte mutauit: qua defuncta: pater suus rex: etiā regno pulsus est: nec de eius regno quicq̄ prorsus aliud arripuit: præter hāc puellulā: præ cæteris sibi cariorē: quā cū in nemore detulisset: ferino lacte educauit. Quæ quom adulta fuisset: fœmineos labores a se oēs oīno abiecit: & corpus suū multis laboribus: & incōmodis assuefecit: utpote fundas circumagere: arcus tendere: ceruos cursu insequi & alia multa ꝑtractare: ut sic uirginitatē suā: præ cæteris oībus inuiolatā: obseruare posset. Quibus exercitiis assuefacta: in paternū regnū aliquādo peruenit: Tandē quū æneas in Italiā ꝑuenisset: & Lauiniā uxorē sumpsisset: & ob id bellū: inter Turnū: & æneā: ipsum exortū fuisset: ipsa Turni partibus fauens: quū multos Troianos occidisset: tandē & ipsa sauciata occubuit. Volscoꝝ aūt huius reginæ inclitæ regnum fuit in regione latii: de qua supra expressum est. Vbi Terracina ciuitas: & Austria Oppidum: atq; Antium: olim ciuitas fuit: Circeusq; mons: in quo Circem insedisse prædiximus: Carminum: uidelicet: maleficiis uarias imaginum facies mentientem.

¶ Lauinia autē Latini regis ex amata cōiuge filia suscepta: fœmina sane formosissima: hisdē tꝑibus: cū illā Turno regi pater spopōdisset uxorē: æneæ Troiano: ob generis claritatē (eidē poscenti amicitiā) tradidit in cōiugē. Quā ob rē inter æneā & Turnū maximū bellū suscitatū est. Sed tādē latino patre defuncto: cū & Turnū ꝑdidisset maritū: Aeneæ aduenæ coniugio iuncta fuit. Ex quo: quū cōcepisset filiū: ante eius ortus: æneas maritus rebus humanis subtractus est: Veꝝ cū ascaniū priuignū regnantē extimuisset: adhuc ꝑgnans in Siluas aufugit: ubi & filiū peperit: quē Iuliū siluiū posthumū appellauit: eo ꝙ post patris sui funus in Siluis fuerit natus: ascanius nihilominus in Nouercā mitior factus: cum albam urbem condidisset: ultro secedens Lauiniæ huic nouercæ suæ paternum regnum dimisit. Quod lauinia cum multa honestate: & pudicitia: atq; iusticia: tam diu seruauit: donec filio pubescenti resignaret: quo resignato: ipsa (ut Eusebius refert) cuidam Melampodi nupsit: ex quo filiū peperit quem Latinum Syluium nominauit: qui etiam fratri suo posthumo mortuo successit.

¶ Pelasgus Polyphidis regis filius: uigesimusquintus Sycioniorum Rex: & ipse sexto principatus 4036
Labdon iudicis anno: suis regnare cœpit: & uiginti annis regnauit.

¶ Egysthus: Thyestis regis filius: ex Pelopeia ipsius Thyestis filia susceptus: ultimo labdon iudi- 4038
cis anno: Mycenis regnare cœpit: & tribus annis regnauit: hunc Seneca: Oraculo natū refert. Nā quum Thyestes pater Accropen: at rex fratris uxorē stuprasset: filiosq; ex ea suscepisset: regno pulsus fuit: Atreus uero simulata pace: eum in regni consortium reuocauit. Cui redeunti tres filios comedendos apposuit: eorumq; sanguinem uino mixtum præbens: Consumato conuiuio: ostendit manus ac capita: contestans: eum residuum comedisse: Verum cum thyestes tanti facinoris ultionem quæreret: ab Oraculo edoctus est. Ex se: si cum Pelopeia propria filia rem haberet: nasciturū filium: qui iniurias suas plene uendicaret. Quod & factum est. Nam sicut Lactantius super quarto Thebaydos refert: mox ut natus est: propter pudorem eiectus fuit: infans in Siluis: ut dilaceratus a beluis turpitudinis patris: ac matris uiuens non præstaret testimonium: Sed aliter effectum est. Nā permittente Deo: a capris enutritus est: quo scito ab Ege: capra nutrice: dictus est Egystus: Tandē in regiam perductus: dum creuisset patre (ut creditur) impellente. Atreum patruum suum occidit. Cui Thyestes pater occupata regia successit. Demum patre defuncto: quom regnarent agamemnon: & Menelaus: eius fratrueles: & ob raptam Helenam in Troianum iuissent excidium: Egystus hic suasionibus Nauplii: in amplexus optantis Clithemnestræ deuenit. Et postremo redeuntem agamemnonem: a troiana desolatione fauente Clithemnestra trucidauit: & Regnum obtinuit. Et ad ultimum: & ipse ab Oreste agamemnonis filio: una cum adultera Clithemnestra (nullo remanente ex eo superstite) obtruncatus est.

¶ Beneuentum Aprutii Italiæ Ciuitas.




¶ Beneuentum Aprutii: regionis Italiæ ciuitas: his temporibus (ut Seruius scribit) a Diomedis Sociis condita fuit. Hæc in Campestri solo sita perhibetur: quæ & multos habet colles: admodum fertiles: cum multis uillulis: quam Liuius pataumus libro quinto Maleuentum: non Beneuentum nominat: eo q ibidem ad triginta samnitum milia (Sulpitio: & Petilio Consulibus Romanis) cæsa fuerint: Colonia etiam eo testante: a Romanis eo in loco deducta sit.

¶ Neapolis Campaniæ Nobilissima Ciuitas.



¶ Neapolis: itẽ regia olim Parthenope: Campaniæ nobilissima ciuitas: & ipsa per id tempus: a Diomede rege: in littoribus Mediterranei maris condita fuit: quæ posteaquã Romanis se subiecit: & eisdem aliisq principibus & dominis fidem inconcussam seruauit: ut autẽ Strabo libro quinto refert: eam primo Cumani incoluerunt: postea uero & Calcidẽses: & ex phitecusis: athenisq uenientes. Vnde & noua ciuitas: idest Neapolis appellata fuit. Quæ quidem temporibus Romanorum consulum q̃ maxime florere cœpit. Sed a trecentis annis citra ea regia dignitate: qua nunc pollet: est insignita etiam insigni portu: magnificisq ciuiũ ædibus: Basilicis: mœnibus quoq: arcibus monasteriis: tam fœminarum q̃ uirorum superbissimis deinde hortis: uindariis citris: & aliis fructibus præ cæteris Italiæ urbibus ornaẽ. Complures habet Arces munitissimas. Sed in primis castellũ nouum ab Alphonso eius nominis: primo rege: utiq diuino extructum: opus certe memorabile: & omnibus Italiæ monimentis: & structuris præferendum: in quo excelsæ turres muri crassissimi: atq aulæ celeberrimæ esse referuntur. Est & aliud non minoris certe momenti: castellum in mediis aquis constitutũ: quod Ouid. castellum nuncupatur munitissimũ qdem: & arte: & situ. Quæ fortilicia qdẽ ĩexpugnabilia: his nouissimis annis: a Gallis primũ: deinde ab Aragonibus inter se bellantibus maximã quassationẽ: & ruinã: ex multitudine tormentorum: pertulere. In hac quippe inclita: & regia urbe: multi clarissimi emersere uiri. E qbus fuere Bonifacius pontifex: eius nominis octauus: & Ioannes uigesimus tertius: Ornataq fuit clarissimorum uirorum: uidelicet Virgilii: Titi Liuii: ac Oratii sede: ac Domicilio.

¶ Cayeta Latinæ Regionis Oppidum.



¶ Cayeta etiam latinæ regionis oppidum celeberrimum: per hæc ipsa tempora ab Aenea Troyano: conditionis suæ initium sumpsit: & a Cayetæ ipsius Aeneæ nutricis nomine: ibidem sepultæ: id nomen assecuta est: dicente Virgilio in primo septimi.

Tu quoq littorib⁹ nostris æneia nutrix.
Aeternã moriens famã Cayeta dedisti.

Hæc a Terracina urbe uiginti passuum milibus distat. Habens præ cæteris urbibus optimũ portũ. Eius terra: & ager est fertilissimus: fontibus amœnissimis irriguus: Cytris arancisq optime: & nobiliter consitus: ac aliis bonis feracissimus.

Estq; quam maxime Cayetana hæc ciuitas(& si admodū parua)omni splendore: & decore perfulgida: atq; Alphonsi optimi regis: & multorum regum: & procerum: captiuitate notissima: quos Genuenses præstantissimo animo: nauali bello: cœperunt: captiuosq; omnes: Philippo Mediolanensium tunc duci: transmiserunt: ut infra libro decimosexto dicetur.

¶ Cummæ Campaniæ Ciuitas.



¶ Cummæ item Campaniæ olim ciuitas: nunc omni prorsus habitatore destituta: hisdem temporibus: ab ænea prædicto Troiano cōstrui cœpta est. Quippe(ut aiunt) quum e naui Aeneas ipse descendisset: quædā mulier grauida ibidem uisa est. Quo quidē augurio: soli fœcunditatē auspicatus: ciuitatem eodē loco cōdens: Cumas uocauit: a Potu.i. à prægnātē: uel a Cyna: q̄ ē Vnda: quia Cyna dicitur Vnda: quæ fluctibus agitatur. Liuius uero in octauo: & Solinus: Vbi de mirabilibus: Cumanos a Calcide Euboica Vrbe originē duxisse tradūt. Illuc nāq; Tarquinius superbus post fractas latinorū opes: ad Arysthodemū Tyrannum se cōtulit. Vbi & tandē mortuus est. Ex hac Sibylla quæ Cumana nūcupatur ortum habuit: ubi adhuc solum in cacumine eiusdem loci extat: Sacellum integrum: in quo Sibyllæ ipsius antrum inuisitur. Cuius librum ad Cornelium usq; Syllam pontifices Romani consulebant. Nam priores ipsa exusserat.

Sāson — SAmson: duodecimus & ultimus iudicū israel: post Labdonē seu Labdon: principatu inter hebræos suscepto iudicauit annis.20. Hic inter hebræos fortissimus extitit. Cuius ingentia facta: cū Herculis factis merito cōparari pōt. In primis nāq; ex tribu Dan originem ducēs: Manuen patrē habuit: ex Anna cōiuge generatus. Qui cōiugales quum prolē primo nō haberēt. Deū idesinēter pro successore habēdo: depcabant. Quibus Angelus dñi tandē apparuit: & masculū eis nascitu℞ pnunciauit. Qui foret uir optimus: & fortitudine pcipua præclarus: & ad cōprimēdos inimicos iudæos asseruit. Monuitq; eos iter cætera: ne illius capillos capitis tonderent. Neq; aliū potū: q̄ simplicē aquā bibere pmitterēt. Cōcepto itaq; filio: gratias immēsas Deo egerūt: Custodiētesq; mādata dñi: natū filiū Samsonē appellarūt: qd nomē robustum: seu solē fortē significat. Qui ut uelociter creuit: atq; p capillo℞ remissionē factus est robustissimus homo. Cui dñs benedicēs: suū in eū effudit spiritū. Factus aūt uir uxorē ex Thamna palestino℞ ciuitate duxit: quā quū frequēter in domū soceri sui iuiseret: occurrit ei aliquādo: ut leonē iterficeret: quē mortuū extra uiā in siluā piecit. Rursumq; post aliquod tēpus inde pgrediens: iuenit a capite illius fauū mellis: ex quo aliquantisper pcipiēs comedit: atq; ex ipso tres fauos puellæ attulit: illosq; cū aliis donis sibi ↄtradidit. Ibidēq; ex more in nuptiis psistens pluribus iuuenibus regiōis astantibus: pblema iocādo pposuit dicens. Si solueritis in.7. diebus quæstionē quā pposuero: singulis uo

Nota — bis uestē seu Stolā ↄdōabo: illisq; expetētibus: ut diceret: ait. De comedēte exiuit cibus: & de forti egressa est dulcedo: illis aūt nō ualētibus quæstionē soluere: rogarunt puellā: ut ab ipso solutionē exquireret: atq; postmodū ipsam eisdē idicaret. Samson tandē puellæ quēadmodū leonē diu ante interemerat: & qūo apes in ore eius iueniēs: fauos mellis eidē deportasset. Illi aūt pblematis quæstione declarata: cōfestim suis ciuibus iuuēcula idicauit. Qua itellecta: septima die Samsonē cōueniētes: eidē dixerūt. Quid dulcius melle: & qd fortius leone. At ille audiēs: cōfestim idignabundus ait. Si nō arassetis in uitula mea: nequaq̄ inuenissetis propositionem meam. Irruitq; statim in eum spiritus dñi: & in Ascalonē descendit. Ibidēq; triginta uiris percussis: eo℞ uestes abstulit: & dedit his iuuenibus: qui eius problema soluerant. Ob hoc Sāson plurimū cōtra uxorē indignatus: nō solum eam dimisit: sed trecentis uulpibus captis ad singula℞ caudas faces incensas alligauit: & in palestino℞ messes dimisit: quas ob res omnes eas consumpsit. Propter q̄ palestini eius uxorē atq; parentes oēs interemerunt: Sāson aūt quum postea ob hoc multos Palestino℞ occiderat: tandē a palestinis captus: duabus funibus obligatur. Cūq; uinctus duceretur ad supplicium: uincula dirupit: & mādibula asini arrepta: mille eo℞ interfecit. Cūq; ob hoc lassus siti periclitaret: dominus ex molare dentis asini aquā eduxit: bibensq; ex ea refocilatus uocauit nomen loci illius: fons de maxilla. Deniq; cum Dalidam meretricē impensius amaret: eidem perquirenti suam tantā fortitudinem in capillis sui capitis inesse indicauit. Quod cū cognouisset illum tandē in sinu suo dormientē totondit: & palestinis inualidum tradidit. Quē cōpræhendentes eruerunt ei oculos: ac obcæcatū molere fecerunt. Vere post aliqd tēpus: capillis sibi renascentibus: & fortitudo pristina similiter eidem restituta est. Quūq; die quadā ad solēnitatē Dagon pduxissent eū: ut in fano corā primoribus 4036 | 1161

Palestinis

Palestinis luderet:ipse duabus colūnis:in quibus eoꝝ fanū omne imminebat: apprehēsis magna uoce exclamauit dicēs:Moriat̄ Samson & Philistini:cōcussisq̨ colūnis:euestigio tota domus sup̄ principes cadens tria millia hoīum extinxit:quos inter:& ipse una cū eis extinctus est:uenientes uero fratres eius:sustulerūt corpus ipsius:& ī sepulchro prīs sui sepelierūt. Vt hī iudicū.16. Fuit.n. hic Sāson:nō mō fortissimus:sed & magnanimus:atq̨ uictoriosissimus:ac uirtute p̄stās. Cuius obitū diuus Aure.16.de ciui.dei excusans dicit:ꝙ quodā familiari ꝯsilio spiritus sancti id factitatū fuit.

4039 ¶ Ascanius magni æneæ:ex Creusa Priami regis filia susceptus:secūdus latinoꝝ rex:anno primo principatus p̄dicti Sāson post patrē latinis regnare cœpit:&.38.annis regnauit. Eusebius aūt triginta tribus tm̄modo eū regnasse scribit. Hic nāq̨ (ut Virg. placet) nō solū æneæ filius: sed & laboꝝ ac fugæ in querēdo regnū comes extitit īdefessus: ut ipse p oēm æneidoꝝ librū diffuse scripsit. Nam apud Troiā matrē pdidit:& quū patre aduersus græcos plurima strenue gessit. Cui & plurima fuere noīa. Nā primū Ascaniū eū uocauerūt ab Ascanio Phrygiæ fluuio ita dictū:ut qdam putāt. Fuit etiā Ilus appellatus:ab Ilo Troi filio:& fratre assaraci: Anchisæ aui: Deinde Iulus: a prima Barbæ Lanugine quo tpe Mezentiū Ethruriæ regē singulari certamine uicit: quo mortuo Ascanius Iulus uocari cœptus est. Quin & ut Seruius sup quarto æneidoꝝ refert: Dardanus:& Leodamas:ad extinctoꝝ fratrū solatiū dictus fuit:p quod ostēdit Aeneam alios ex Creusa suscepisse filios. Hic itaq̨ mortuo patre:Siluiū posthumū fratrē:ex Lauinia nouerca ꝓgenitū sūma cū pietate educauit: Cui etiā postq̄ octo & triginta annis regnasset:abundāte Lauinii multitudine florentē iam (ut tum referant) urbē reliquit:& ipse aliam sibi cōdidit ciuitatē:quam longam Albam appellauit: Illamq̨ ex oraculo Suis albæ:quam in albano monte cum triginta pullis inuenerat:condidit:& ab situ. Porrectæ in dorso urbis:longam albam appellauit: A qua deinceps latini reges albani dicti sunt.

4040 ¶ Thautheus: Thauthanis assyrioꝝ regis filius:anno.2.Samsonis iudicis israel uigesimo & septimo loco Assyriis regnare cœpit:&.40.annis regnauit.

¶ Ruth moabitidis mulieris hystoria:quæ secundū diuum Hierony. Isaiæ explet uaticiniū:sub Sāsone isto iudice fuit. Et licet eius liber īcipiat:in diebus unius iudicis:qn̄ scilicet iudices p̄erant:nec quo sub iudice exprimat:tamē a Dauid rege annis:q fuit nepos Obeth:huius Ruth filii retrogradiendo supputatis:pulchre ꝯicere poterimus:magis his tpibus fuisse quam supioribus. Vnde illud quod diximus:nōnullos fuisse:q Abessam Booz fuisse putent:stare nō pōt. Quom a Sāsone usq̨ ad Dauid tm̄modo cētū numerent̄ anni. Sūt aūt hæ generatiōes Obeth aui Dauid regis:ab abraam exordiendo sic: Abraam genuit Isaach: Isaach aūt genuit Jacob: Iacob genuit Phares: Phares genuit Esrom: Esrom genuit Aram: Arā aūt genuit Aminadab: Aminadab genuit Salmō: Salmō genuit Booz de rab: Booz aūt genuit Obeth:ex ista Ruth. Hæc itaq̨ q̄q̄ origine minus clara censeatur:qbusdā tamē uirtutibus:a diuinis scripturis extollit̄:eo ꝙ posteris ītegerrimū:atq̨ præclarū: cōiugalis amoris testimoniū peremne reliquerit:ob qd̄ meruit regiā:atq̨ diuinā generationē:scilicet Iesu Christi:ex se ꝓcreare:ut ex Euāgelio Matthei colligit̄:ip̄a namq̨ Ruth:ut sacra eius habet historia: Moabitis genere fuit:quæ uirū noīe Malion:generatiōe iudæū:ex Bethleem ciuitate oriundū accepit maritū. Cuius mariti pater Elimelech fuit:mater uero Noemi:q famē suæ ciuitatis ferre nō ualentes:in Moabitaꝝ solo cū duobus filiis suis emigrarūt. Ibiq̨ dum cuncta eiusdē bene ꝓcederēt:ipsis suis filiis moabitidas dedere uxores:primo.s. Celioni: Orphani noīe:& Malion hāc Ruth: Trāsactis deinde decē & septē annis: Elimelech:& duo p̄dicti eius filii mortui sunt. Noemi uero amare ferens īfortuniū suū:in terrā suā regredi cōstituit. Sed eius nurus ab ea nō se deseri tollerabat:neq̨ ipsa sine ea ꝓficisci poterat. Tandē ex ipsis una remanēte Ruth:hæc quū remāere nō posset. Noemi Socrus sociā sibi additā duxit in iudæā. Quomq̨ in Bethleem introgressæ fuissent: Booz Elimelech cognatus eas in domū suam suscepit. Procedēte deinde tēpore: Booz cum didicisset Ruth hā c uxorē fuisse cognati sui defuncti:& ipse sine uxore esset:illā secundū legē Moysi duxit uxorē. Quo facto post annū ei peperit filium:quē Noemi socrus sumens: suo consilio uocauit Obeth:eo ꝙ in eius senectute ab ea nutriret̄: Inde & ipse Obeth genuit Iesse:ex quo natus est Dauid rex: Et hæc quæ de Ruth ista gesta sunt:dicta sufficiant. Vt rerū ordo nō prætermittam: Ad declarandam Dei potentiam:ꝙ ei facile sit:ad dignitatis culmen euehere quoscunq̨ uoluerit.

1143 4056 ¶ Reusippus:pelasgi regis filius:ultimus Sicyoniorū rex:hoc anno:qui est decimus octauus principatus prædicti Samsonis:post patrem suis regnare cœpit:&.31.annis regnauit. Qui tandem cum sine uirili prole obiisset:id regnum defecit.

¶ Iudicum Israel magistratus hic finis habetur.

¶ Iudicis Israel mortuo Sāsone finē habuere:q qdē duodecim tm̄modo extitere: quoꝝ Cor quū semp rectū corā dn̄o extiterit:etiā eoꝝ memoria semp in benedictiōe:atq̨ ꝓsperitate nimia fuit. Quoꝝ quippe noīa:tot utiq̨ figuras representabāt. Eoꝝ ita magistratus trecētos numerat annos: ut supra monstratum est.

¶ Regum libri historia hic incipit.

¶ Ozi autem hebræoꝝ summus Sacerdos:qui Booci filius fuit:qui fuit Abisuæ filii phinees: filii Eleazari:filii Aaron primi eoꝝ pōtificis:& ipse hoc eodem anno quarto:& Sāson morte sublatus: eius pontificatus dei nutu ad Lineam Ithamar:prædicti Eleazari fratris translatus est:in qua quidem Linea per annos centum & uiginti perdurauit. In qua Heli primus pontifex fuit: Abiathar ue

ro ultimus quē Salomō rex ītertici iussit:& tūc Sacerdotii munus ad Eleazari domū denuo rediit.

Heli

Eli aūt ex Ithamar filiis:q fuit Aaron filius: post mortē Sansonis iudicis:nō modo principatū:sed & summū sacerdotiū hebræo℞ adeptus iudicauit:ac rexit populū eūdē.40. annis. Verum intn̄.70.īterpretes eū tm̄modū.20.annis ꝑfuisse asserunt. Viginti aūt annis filios Israel sine iudice stetisse: faciēte unoquoq; ꝙ sibi rectū uidebat:ut habet iudicū lib.cap.ultimo. Huic itaq; cū eēnt duo filii:noīe Ophni & Phynees hoīes sane pessimi: filii Belial: utpote circa hoīes iniuriosi:īmo nulli īpietati parcētes:sed pestilētes & pestiferi:quo℞ pater cū petulantiā remissius argueret:nec corripere auderet:a dño reprobatus est. Et iccirco tandē diuino iudicio factū est:ut palestini castra cōtra israelitas mouerēt:multosq; īterficerēt:ac ad castra usq; ꝑsequerenť:pro qua re hebræi ipsi de ultima eo℞ pernicie formidātes:miserūt ex castris ad Seniores & sacerdotes:ut Archā dei(tanq̄ ultimū eo℞ perfugiū)in castra deferrent:qua p̄sente sperabāt hostibus ꝑualere. Adductaq; in castris archa:ac cōgressione facta palestinis uictoria nihilominus ꝑuenit:pro qua oēs hebræi una cū archa in māibus hostiū turpiter deuenerunt. Cæsis.30.milibus ex ipsis uiris:quos ītet:& duo ꝑdicti sui filii ceciderūt:atq; archa dñi capta est. Quæ res:quū in sylo pōtifici nunciata fuisset:præ nimio dolore de stella statim decidit:& fractis ceruicibus expirauit: dum octo &.90.uixisset annos:ut patet primo regū ca.4. Qua quidē die:& Phinees uxor defuncta est: dum post occasum mariti & archæ captiuitatem uiuere non tollerasset. 4058 ii 41

Troiæ instauratio

¶ Hectoris filii:p hoc idē tēpus:denuo ilium receperūt:illudq; gloriosissime possederūt usq; ad ciuile Romano℞ bellū. Nā inde Anthenoris & Nestoris posteris expulsis:qui ibidē post urbis excidium remāserāt:oīmodā urbis & Regni possessionē obtinuerūt:urbēq; ipsam mirifice instaurauerunt. Verū cū longo post tēpore ciuile bellū Romæ auctoribus Lucio Sylla & Mario ortū esset: & Fimbria iniquissimus Romāus ciuis:Mariana℞ partiū īperator factus:cū exercitu in Dardaniam profectus esset. Denuo Iliū urbē insignissimā tertio & ultimo deleuit excidio:ꝑcremās etiā oēs qui ibidē reperti sunt mortales:maxime illos:q syllæ ciuitatem integram seruare uolebant.

¶ Medius: Demophontis regis filius:Oxientes dictus tertiusdecimus Atheniensium rex:nono heli pontificatus anno:suis regnare cœpit:&.12.annis regnauit. 4067

¶ Syluius posthumus:magni æneæ:ex lauinia filius:tertius Latino℞ rex:hoc anno:qui est uigesimus pōtificatus Heli sacerdotis ꝑdicti:post Ascaniū fratrē:cœpit regnare: & nouē ac uiginti annis regnauit. Nā ꝑdictus eius frater ascanius:quū trigesimotertio regni sui anno:Iuliū Syluiū genuisset filiū:a quo Iulio℞ clarissima familia originē duxit:quē pp anno℞ paucitatē(utpote minus idoneū)regni extorrē fecit: Syluio isto hærede relicto. Hic ideo posthumus dictus ē:quia posthumatū patrem ei nasci contigit. Syluius uero ꝙ Lauinia eū in siluis peperisset. Qui tandem ænea filio superstite derelicto diem obiit. Sunt etiam qui dicant hunc:& alium genuisse filium: noīe Brutum:a quo Britones:ut infra dicemus:& a quo postmodum inaduertenter occisus est. 4078

¶ Aphidas: Medi regis filius:quartusdecimus atheniensium Rex:anno primo & uigesimo pontificatus Heli sacerdotis:suis regnare cœpit:& uno anno tantum regnauit: post quem Tymeothes quintusdecimus:annis octo. 4079

¶ Tyneus:uigesimusoctauus assyriorum Rex:hoc anno qui est uigesimustertius sacerdotii prædicti Heli pontificis:regnare cœpit:& triginta annis regnauit. 4081

¶ Anthenor nobilissimus:magni Priami regis affinis:ac etiā post Ilii euersionē Troiano℞ Rex: per hoc idē tēpus:postq̄ aliquod tēpus regnauit:ab filiis Hectoris regno expulsus:cū ingenti suorū exercitu(additis secum multis Paphlagonibus)uniuersam asyam lustrauit. Indeq; discedēs:tādem multo cū labore in Italiā ꝑuenit. Et p paludes adriatici maris ascendēs:tandē diuino oraculo præmonitus:apud Tymauū fluuiū cū uniuerso exercitu suo demū cōsedit. Vbi ex more solo delectatus urbis patauinæ(testibus Solino senecaq; atq; Virgilio)fundamēta iecit:ipso Virgilio de anthenore sic dicente. Hic tum ille urbem pataui:sedesq; locauit. Eaq; aliquantisper ab eo ædificata: sui regni sedem usq; ad mortem constituit. Nullibi legimus hunc aliquem post se reliquisse filium:seu hæredem. Mortuo deniq; eius tumulo tale dysticon inscriptum fuit.

Hic iacet Anthenor paduanæ cōditor urbis. Proditor ipse fuit:hiiq; sequuntur eum.

Aliud etiam Epithaphium ipsius anthenoris sua in urbe:apud ecclesiā diuæ Iustinæ in antiquissimo lapide insculptum:habet:sic dicens.

Inclitus anthenor patriā uox nisa quietam Transtulit huc enetum dardanidumq; fugas
Expulit euganeos:patauiā condidit urbem Quē tenet:hic humili marmore cæsa domus.

¶ Francorum regni principium hic initium sumitur.

¶ Francius unus ex Hectoris filiis:a quo Franco℞ magnū nomē tractum est:hisdē tpibus(ut Vincētius gallus historicus scribit)& ipse una cū prædicto anthenore:aliisq; nōnullis a ꝓpriis fratribus fugatus:prius tota asya peruagata:in Danubii ripis tandē multo labore ꝑuenit. Vbi cum aliquandiu cōsedisset: mox auctore dicto anthenore:locū a cōmuni hoīum societate seiunctū:uidelicet: ad Tanay fluenta:& paludes Meotidas inuenit. Vbi cum marinis fluctibus etiam se circūseptum uideret: ibidem sicambriā condidit urbem. Ibidemq; permulta tempora eius successores & urbis incolæ:sub armis contra finitimos cruentam deduxerunt uitā:donec a Valentiniano iuniore Romanorum

manorum imperatore(cui aduersus Alanos opem tulerant)sub uetusto Francorum nomine commeruerunt libertatis priuilegium:& eo tunc ex ducibus reges sibi constituere.

¶Francia aūt Europæ ꝓuincia:seu regnū:ab Franco ꝑdicto Troiano cognominata: Gallia trāsalpina: a cādore populoꝝ postea nūcupata fuit:ꝙ mōtes & rigor cœli ardorē solis ab ea parte excludant.Quo fit:ut cādida gentiū corpora nō colorenť.Est nihilominus duplex Gallia: uidelicet: transalpina:& cisalpina: Trāsalpina uero Gallia est inter alpes & mare gallicū:& ꝑrupta pyrrenei: sed Oceano & Rheno fluuio terminať.Et gallia comata diciť:cuius lōgitudo.420.M. passuum. Latitudo uero.313.cōputatur.Et hæc(ut Pli.placet)in Belgicam:Celticam:& Aquitanicam subdiuiditur.Cisalpina autem gallia in sex diuiditur partes:de quibus dicemus.

¶Gallia itaq; Belgica.Prima est:quæ & a Belga insigni ciuitate nomen accepit:& hæc nunc Treueris dicitur:in hac quoq; complures Ducatus:& Comitatus continentur:uidelicet:Barbātiæ:Lucimburgensis:Flandrensis:Picardiæ:seu Arabatensis:Barensis:atq; aliæ regiones permultæ: Belgica autem(ut Cæsar in commentariis refert)duplex est prima:uidelicet:& Secunda. Dicitur autē Belgica quasi bellum gerens:uel bellorum gens.Belgica igitur prima illa est.Cuius Treueris Metropolis est.Secunda uero cuius Remis sedes est.Et hæc ut Anselmus libro de Imagine mundi testatur a Iouis monte consurgit:& Britānico mari finitur. Barbātia Lucimburgensis

¶Flandria autem regio quæ(ut præmissum est)Belgicæ galliæ annumeratur: secundum aliquos est germaniæ regio:& ad septentrionalis oceani littora posita.Quo & ipsam uarios habere populos asseuerant:inter quos fuerunt Cymbri dicti.In hac quidem regione panni conficiuntur ex lana pulcherrimi:miro artificio confecti:in quibus uariæ picturæ intexuntur. Qui aulea uocantur: hi per totum orbem circunferuntur:ad exornandas aulas:& domos nobilium:ac principum: atq; templa.De hac etiam infra lib.12.in principio dicemus:ꝙ sit germaniæ prouincia. Flādria Picardia Panni perpulchri

¶Celtica item Gallia illa diciť:quæ ob comas longas:comata gallia nuncupať:& hæc etiam bipartita.Nam quædā Lugdunensis est:quædā uero Narbonensis.Lugdunensis autem item tripartita:seu triplex est.Quarū prima Lugdunum præstantissima ciuitas est caput. In secūda uero Rothomagum Metropolis:quæ Normāniæ est caput.In tertia deniq; caput est Turo Metropolis Cotus andagauiæ:ubi beatissimi Martini sedes fuit:& hæc Bituricēsibus est finitima:oceāoq; ꝓxima. Comata gallia

¶Narbonensis uero gallia:& ipsa in duas subdiuiditur partes:scilicet in Gothiam cuius Metropolis est Narbona:& Burgundiam:in qua plurimæ sunt urbes celebres:uidelicet. Arelate regionis caput:Aquis:Vienna:& Tarentasia:hæc regio longo tempore sub regibus fuit.Sed nunc regia dignitate amissa Ducatus titulo admodum est insignis.Cuius Duces cæterorum christianoꝝ duces facile præcellunt.In hac duæ præcipuæ ciuitates. Augustudunum.s.quā Iulius Cæsar Heduam nominat:quæ tantæ fuit potētiæ:ut Romanoꝝ auxilio:uniuersam pene sibi subiugauerit galliam:Senonensis item altera fuit:quæ Romā obtinuit:& incendit:ac spoliauit.Cuius populi:& Mediolanū:Papiā:Bergomū:ac alias Vrbes:in Cisalpina gallia cōdiderunt.In transalpinis quoq; galliis:& has scilicet:Garumnam:Matronam:& Sequanā.a Sequana fluuio denominatam.

¶Aquitania gallia quarta diciť:eo ꝙ duabus superioribus regionibus aquis & fluminibus abundet.Et hæc:ut Ptolemæus lib.2.refert:ab occasu mari aquitanico:ab Ortu:& septentrione.Lugdunensi regiōe terminať:& a meridie Pyrreneis montibus.Cuius īsignes ciuitates:Mediolanum:& Burdigalia:populi uero auerni:Pictones:Santones:Bitunges:& alii permulti.

¶Andagauiæ Ducatus insignis titulus ea in regione galliæ etiam est:oceano proximus:ac Turonibus:& Bituricensibus finitimus.

¶Auerni etiam populi fuerunt in gallia aquitanica potentissimi:qui frequenter aduersus Romanos bella gesserunt cruentissima.

¶Bellouaci præterea in gallia fuerunt populi:qui belli gloria omnes gallos præstabant.Quos cæsar nihilominus bello superauit. Corbero eorum Duce interfecto.

¶Druydæ:item galliæ fuerunt populi:uiri religiosissimi:peritissimiq;:ac sapientes: qui eremitico more in siluis habitabant:cum maxima omnium opinione.De quibus Cæsar in sexto cōmentariorum suorum meminit.

¶Duratii populi eo in regno francorum fuerunt:circa ligerum fluuium:quos in amicitiam Romanorum perpetuo stetisse constat.

¶Beluetii alii etiam in gallia fuerūt populi:inter Celtas cōstituti:uiri fortissimi:quos Cæsar apud Rhodanum flumen prœlio superauit:qui finitimi constantiensibus:basiliensibus:ac Gebennensibus:optimum agrum habebant.

¶Heruios:alios populos habuit gallia:nunc Tornicenses dictos:uiros maxime feros inter Belgas constitutos:quos Sabis & Scaden flumina irrigabant. Ad quos nullus mercatorum erat aditus:uiri certe magnæ uirtutis habiti. Apud quos Cæsar maius discrimen q̄ unq̄ in tota gallia pertulerit habuit.Quoniam eius totum exercitum in fugam uerterunt. De quibus ipse Cæsar in secūdo commentariorum meminit.

¶Sanctonum insuper aliud populorum genus in gallia fuit:inter Aquitaniam:seu Aquitanos: innumeratū:qđ tolosatibus & pictauis erat ꝓpinquū.De quo in cōmētariis Cæsar ipse meminit.

❡ Sequani:item alii in francia fuerunt populi inter celtas annumerati.Hodie ducatum Burgundiæ incolentes:Burgundiones & ipsi appellantur.

❡ Treueri deniq; populi fuerunt in gallia inter Belgas cōstituti:in cōfinibus germaniæ Neruiis finitimi.Est aūt uniuersa Gallia:maxime Narbonēsis:frumēti præcipue & pabuli ferax: & oīum ad usum animantiū beatissima:Fluminibus irrigua:atq; fontibus.Tribus quoq; magnis fluminibus: Rheno: & Rodano:ac Sequana īsignis.Vt aūt Pōpo.lib.3.scribit:eius gens est supba & supstitiosa:ac etiā aliqñ īmanis:habēt galli facūdiā sui ydiomatis:cū sint sapiētissimi:ac christianissimi uiri.

Arduenna silua ❡ In gallia est Arduēna silua:totius galliæ pmaxima:q̄ amplius passuū.M.quingentorꝝ occupat. Quæ p medios treuerorꝝ fines Rheni fluminis:finibusq; Treuiorꝝ:ad Neruios usq; pertinet.

❡ Galliæ etiam Cisalpinæ descriptio.

❡ Gallia alia quoq; est:q̄ cisalpina dicit̄:a Gallia celticis occupata:quæ & in sex subdiuidit̄ regionibus.Ipsi nāq; Celtici galli:cū eos nō caperet terra:quæ eos genuerat:Trecenta eorꝝ milia:ad nouas sedes quærendas accessere:quorum portio nobilior in Italiam consedit: ubi masculis omnibus incolarum interfectis eorum fœminas duxerunt uxores.E quibus liberos suscipientes:& habitu:& lingua:ac moribus paternos mores imitantes:purissimi remansere galli: atq; ita uniuersa Cisalpina prouincia appellata est Gallia.Quæ postea diuersis nominibus appellata fuit Gallia.

Cenomanēsis ❡ Quarum prima Cenomanensis est nuncupata:quæ(ut Bentius Alexādrinus historicus refert) continet Brixiam:Cremonam:Mantuam:Veronam:Vicentiam:& Pataium.

❡ Senonēsis gallia secūda fuit:q eodē teste referēte:ptinebat Senā seu Senas Senogalliā:& Senogallias:q Senogallēsiū nomē postea acceperūt.De qbus meminit Liuius:q̄ cōtra Ro.multa gessere certamina.Quiq; & ducentos post annos:ex aduentu Breui:ualde fuerunt roborati.

❡ Boyorum gallia tertia dicitur:a Boiis gallis e Francia orientali egressus:hi quippe inter Padum & Trebiam siti erant:ubi Boum condiderunt urbem.De qua Liuius commemorat.Cuius urbis nullum nunc extat uestigium.

❡ Lygurum gallia quarta dicitur:quæ continet Taurinum:Eporediam:& Augustam prætoriam: atq; alias Pedemontium urbes:& oppida:& Sabaudiæ montes.

❡ Insubrium Gallia quinta cognominatur:ubi sunt Vercellæ:Nouaria:Comum:Bergomū: Lauda:Crema:Papia:& Mediolanum.

❡ Genuam galliam sextam esse dicunt:quæ Genuam ipsam continet:& Derdonam:Alexandriam:Ast:Saonam:Naulum:Albingam:& Vintimilium:ac alias nō nullas:de quibus omnibus Liuius lib.24.meminit.

❡ Brutus Syluii posthumii Latinorꝝ regis filius:ex Lauiniæ matris suæ neptæ susceptus:quā nascēdo occiderat:tēpestate hac:quum inaduertēter patrē uenādo occidisset:timore correptus ex Italia prosiliit:atq; fuga sibi salutē cōparans in leogræciā abiit:Ibidemq; respōsum accipiens:sibi deberi externi occidui Regi īsulam:ibi quoq; uxore suscepta:cōfestim inde delapsus est: & cum ea atq; aliis multis in Troiā accessit:Multosq; exinde a seruitutis iugo eripiens:ad Tyrrhenū mare iterum rediit:ubi Corineū ducem cū quattuor stirpibus Troianorꝝ exulem inuenit. Quem in sociū auxiliarem accipiens cōtra Gopherium:Aquitanorꝝ Regem:& Turnū ipsius Bruti nepotē:ac Suardū consulem in pugnā processit.Quibus oībus superatis & interfectis:statim inde aufugit: & ad mare Britānicū:q̄ Armonicus dicitur:sinus tandem peruenit.Exin Albionam insulam:quam Gygātes incolebant:superatam a se Britāniam appellari uoluit.Et hæc Britānia maior est quam Angliam nunc dicimus ad minoris Britāniæ differentiam gallias contingentis.Quæ quidem Cornitueo postea in partem cedens:ab ipso cornubie nomen accepit.Brutus autem cum in Britāniam: seu Angliam mansionem sibi delegisset.Euestigio secus ramessis fluuii ripas.Trimoantem condidit urbem munitissimam omnibus copiis ad uitæ humanæ sustentationem feracissimam ad ueteris Troiæ memoriam recensendam.Id quippe quadragesimo anno ab excidio factitatum fuisse tradunt:Brutum itaq; hunc tres genuisse filios ferunt:Locrinum:uidelicet & Albanetum ac Cābrem:qui primo insulam inter se se diuidentes:Locrino natu maiori: media ipsius insulæ pars obuenit.Quæ & ipso Lochria postea fuit cognominata.In ea adhuc londinum Ciuitas extare dicitur.Vrbs mercatoribus:& negociatoribus maxime celebrata.In qua adhuc Reges:ac senatum populi cum mercatoribus conuenire:ut plurimum referunt.Albaneto uero eius secundo filio quarta insulæ pars:quæq; Albania ab eodem fuit dicta:& hæc Scotia nunc nuncupata: Cambri deniq; postremo filio Cābria:quæ nunc Iyse appellatur.

Trimoantes ciuitas
locrinus
Albanetus
camber

❡ Angliæ insulæ descriptio.

❡ Britānia itaq; insula:a Bruto prædicto sic nuncupata:in oceano est:plurimis monumentis tam græcis:quam nostris clara prius Albiōa a quibusdam albis montibus sic dicta:deinde a quodā anglo rege potentissimo anglia in hodiernum usq; diem est appellata.Quæ quidem triāgularis ē inter septentrionē & occidentem sita:quæ & ab omni continenti habetur diuisa.Nam a Germaniā (quæ sub septentrione est)incipit:& iuxta Galliam & Hispaniam uersus occidentē portenditur.Et ppea dixit solinus:Finis erat orbis ora gallici maris:nisi britānia īsula nomē orbis alterius mereret: unde ait Virg.in Bucoli.Et pœnitus toto diuisos orbe Britānos.Hæc qppe secūdū eundē solinum

Virg.

porrigitur in

porrigitur in longum octingentis: & amplius passuū.M.Metiturq; usq; ad calydonicum angulum ad quē appulsum Vlyxem ara lr̃is græcis inscripta manifestat.In hac tpe solstitii æstiui: fiunt dies lōgiores:quā in italia: & noctes breuiores.Nam ut Pli.lib.ii.refert dies lōgissimus:in italia cōtinet hora.xv.in Britānia uero decē & septem.Et nox nostra breuissima:nouē resultat horas: & illorum septem:unde Iuuenalis satyra.xi.Et minima cōtentos nocte britānos.Hāc qppe insulam diuum Cæsarem bis pertransisse dr̄.In qua nulla re magnifice gesta euestigio rediit.Huius aūt insulæ maxima pars plana & frugifera est.Abundat pecore:abūdatq; auro:argento ac ferro. Vñ ex ea efferū tur pelles & mancipia:atq; canes ad uenandum aptissimi:multa & magna in ea sunt flumina : ut Solinus tradit.Fōtes item calidi: & salubres.Gates lapis ibi plurimus:optimusq; qui in aqua ardet: oleo uero restringit̄.Hanc Gregorius magnus beatissimus pōtifex eo missis.Augustino Mileto: & Ioāne monachis:uitæ,pbatissimæ uiris:primū ad xp̄i fidem cōuertit.Vñ postea multi reges ĩ ea claruerūt miraculis.Et cum multi eoꝝ diuini honoris: & sanctæ Romanæ ecclesiæ amantissimi fuissent:statuerunt in tota ferme insula:ut una quæq; domus: certum quid pia collatione singulis ānis ipsi Ro.Ecclesiæ penderet.Ibidem(ut p̄missum est)lōdinum oppidū: nūc londra.Regū sedes: & copia negociatorum: & lanificii arte celebre est.Habet Anglia hæc insula p̄ter hyberniam annexam & alias quasdam paruas insulas:Orchades appellatas:quæ ad.xxiii.numero referunt̄. Habet & Tile idest Cābriam insulam.Anglia hæc inter cætera Merlino uate:anteq̄ sacrum xp̄i euangelium reciperet:plurimum insignita fuit:qui(ut britonum res gestæ tradunt)ex dæmonū calliditate generatus fuit:quem ita exortum fuisse tradunt. Nobilem uirgunculam: quam piam fuisse ipsæ canonæ hystoriæ eā parētes:ut honestis & bonis moribus educarēt: & ne uiolata pudicitia a uiro cognosceretur:eminēti turri,ppere incluserunt: statuerūtq; ne præter ancillas ad eam accederet q̄sq̄: solæq; ancillæ cum ea confabularentur:quæ uirorum aspectus,p̄sus nesciebāt. Exacta uero pueri li ætate:quom uentus medullas torrere pararet:antiquus hostis puellam admodū libidinis furore accēsam aggredit̄: & multis uerbis ultro citroq; habitis:in uenerē sollicitauit.At puella dyaboli cōmenta,p̄sus ignorans cōsensum p̄buit.Tūc uiro primū se subegit:egregiæ puellæ formā præ se ferēti: & suscepto semine:ip̄m in uigore sp̄m: & qualitatibus formatiuis ꝯseruare curauit: dæmō priori abiecta figura discessit.Tumescēte uero puellæ utero:parentes stupidi eā grauidā cōpererūt.Nouem postremo expletis mēsibus Merlinū fœlicibus auspiciis puella pepit.Qui diligenti cura educatus incredibilia egit: & dixit:prout infra suo loco latius differemus.

¶ Ibernia ĩsula Britāniæ proxima:uidelicet uersus occasum:dimidio(ut existimat̄)minorē quam anglia:spacioq; terraꝝ est illa angustior:sed situ fœcūdior.Hæc(ut Isidorus refert)ab aphrico ĩ boream porrigitur: cuius partes priores hiberiam,p̄spectant.Vñ & ibernia nomē accepit.Huius autē accolæ longe magis siluestres fuerūt quā britāni:qui etiam olim humana carne uescebant̄. Nunc aūt gentes habēt ferocissimas: & bello aptissimas:quæ cum pulchro sint corpe: & elato:membrisq; robustissimis:ac colore candido:ingenio etiam & facilitate linguæ plurimum p̄stare dicunt̄. Ibi Agates & iris lapides p̄ciosi nascuntur.Equosq; parit:qui a natura suauissimo incessu: & quadā modulatione:ueluti more regio deambulare uident̄:Ibi nullus anguis:auis rara:ac apis nulla. Hanc insulam celestinus papa:eius nominis primus per patricium beati Martini episcopi ex sorore nepotem:ad Christi fidem conuertit.

¶ Scotia etiā insula:est etiam angliæ suprema portio:sed in aquilonem uersa : quæ & flumībus haud magnis: & mōte quodam ab anglia ipsa dirimit̄. Ibidem brumali tpe uix sol tris horis super terrā apparet.In hac quippe insula constat enatam aliq̄n fuisse arborem miraculosam:seu,p̄digiosam:supra quādam fluminis ripā:q̄ fructus,p̄ducebat ad Anataꝝ auium similitudinem: qui qdē: quom maturitati,p̄ximi essent:sua sponte decidunt: & alii in terrā aliiq; in aquā: & qui in terrā oīo putrescunt:in aquis uero demersi:mox animati enatare incipiunt:atq; sub aquis & in aera pennis uolant.Scoti itaq; iberoꝝ amicitia.societateq; plurimum gaudent:partim anglico parent impio: in ibernia & scotia plures sunt Metropolitanæ ciuitates q̄ in anglia.Ex britānia iberiaq; ac scotia uiri quasi inumerabiles emersere:quoꝝ ingenia: tum in diuinis: tum in humanis,p̄pe diuina sunt habita. Angloꝝ aūt & iberorum ac scotoꝝ hystorias: & annalia uenerabilis Beda optime descripsit: quas qui legere uoluerit.Noscat ubi potissimum legere possit.

¶ Orcades item insulæ sic appellatæ in septentrionali oceano non longe ab anglia sunt: uidelicet ultra eādem numero.xxx.seu ut aliis placet.xxiii.ut ptolomeo placet:angustis inter se ductæ spatiis.Harum tres tm̄modo habitatæ:non habent siluas:tñ uniceis herbis inhorrescunt. Cæteræ omnes nudæ arenæ & rupes tenent.

¶ Tile quoq; insulæ:quæ alio noīe Cābria nūcupat̄: & ip̄a septētrionalis oceani est græcis ac latinis celebrata carminibus.Quæ ultīa fuit ex cognitis a Romanis:ut ēt Virg.testat̄ in geor.Tibi seruiat ultīa tile.in ea solstitio æstiuo:nullas eē noctes Pli.tradit.E cōtra ut solinus refert: brumali solstitio:nullus pene dies.Vltra eam fert̄ concretum esse mare:ab orchadibus aūt prædictis:ad hanc Tilem insulam usq; est:quinq; dieꝝ ac noctium nauigatio.

Margin notes: Iuuenal. — Londra — Ciuitas — merlin. — Vates — Arbor admirabilis — Anatas ex arbor. — Beda — Virgil.

¶ Sicyoniorum Regum Epilogus.

iiii 4087 ¶ Zeusippo ultimo sicyonioꝝ rege hoc anno:q est nonus & uigesimus pricipatus seu pōtifica-

tus.Heli sacerdotis hebræoꝶ sine liberis mortuo:regnum id consumptum est:quod per annos nō
gentos triginta nouem sub regibus.xxvi.teste diuo patre Aurelio.18.de ciui.dei traditur fuisse por-
rectum.Quorum primus fuit.

Agialeus.1.	añ.50.	Eratus.10.	añ.46.	Sicyon.19.	añ.45.		
Europs.2.	añ.45.	Plemeus.11.	añ.48.	Polybus.20.	añ.40.		
Stelchin.3.	añ.20.	Ortopdis.12.	añ.45.	Inachus.21.	añ.42.		
Apis.4.	añ.25.	Maratus.13.	añ.30.	Festus.22.	añ.8.		
Thalesion.5.	añ.52.	Echireus.14.	añ.55.	Adrastus.23.	añ.4.		
Egidius.6.	añ.34.	Marathus.15.	añ.20.	Polyphides.24.	añ.31.		
Thurimaus.7.	añ.45.	Chorax.16.	añ.30.	Pelasgus.25.	añ.20.		
Leucippus.8.	añ.53.	Epopeos.17.	añ.35.	Leusippus.26.	añ.31.		
Mesappus.9.	añ.47.	Laumedon.18.	añ.40.				

Atq; ita oēs hi sex & uiginti sicyonio-
rum reges:cū nongentos & triginta nouem regnassent annos:penitus defecere.

¶Melantus sextusdecimus atheniensiū rex:anno trigesimo pontificatus:& principatus heli sacer 4088 iiii
dotis hebræoꝶ suis regnare cœpit:&.37.annis regnauit.

¶Archa testamenti dñi:hoc anno qui est ultimus pōtificatus heli sacerdotis hebræoꝶ a philisteis 4097 iio2
in cōflictu ꝑlii capta fuit:ut patet.1.&.5.&.6.cap.Quāobrem Heli ex mœrore defecit.Captiuita-
tem igitur palestini cū maximo gaudio in azotum eoꝶ primariā ciuitatem cū triūpho detulerūt:
ibidēq; ipsam in tēplo Dagoni dei sui collocarūt.Veꝶ mox ipse dagon ante archā ipsam corruēs:ī
terrā iacebat:qđ uidentes palestini nō modicum de eius sorte indoluerūt. Sed & paulopost etiam
dñs adiiciens ipsam azotum:cū uniuersa ꝓuincia grauissimo dessentoriæ morbo ꝑcussit. Neq; his
contentus infinitā muriū multitudinē in eādem ꝓuinciam excitauit:quæ uniuersam regionē deua
stauit.Quibus ex malis azoti ꝓfestim intellexerūt ꝓpter archam captiuatam:eā sibi cladem ꝓue-
nire.Mittentes aūt azoti archam ipsam in ascalonem similibus passionibus accolæ percussi sunt.
Veꝶ dum per septē annis ipsa archa apud palestinos(cum eoꝶ maximis incōmodis)ꝑmansisset.
Desperati ipsam ad suos remittere constituerunt:cum aīaduerterent deum cœli eam oīno uendi-
casse.Et iccirco plaustrum nouū cōficientes:duas Vachas fœtas eidē adiunxerūt:atq; eaꝶ fœtus
domi recluserunt.Quæ recto itinere ꝓtinus in terram iuda:cū ipsa archa:tandē deuenere. Vbi ab
accolis leuitis archa cū gaudio recepta: ipsas uachas cū plaustro imolauerūt:atq; gratias deo im-
mortales egerunt.Venientes aūt iudæi eam in Cariatarim eoꝶ ciuitatem reportauerūt: & in do-
mum aminadab leuitæ uiri optimi locauerūt:qui per annos.xx.eius curam gessit.Postea samuel ꝓ
pheta:eam in Masphath transtulit:deīde in Galgalis:postmodū a sancto Daniele rege in domuꝫ
Naboth:ac demū in sanctam Syon arcem:postremo aūt a Salomone in tēplum portata fuit: incē
so deniq; templo dñi a caldæis:eam sanctus Hieremias ꝓpheta abscōdit.Fertur postremo Romā
fuisse delatam.Hanc igitur archam diuus Moyses ex lignis quidem fortissimis in deserto fieri con
Magnitudo Archæ stituit.Cuius magnitudo quinq; cubitoꝶ longitudinis & triū latitudinis ꝓhibet:q̄ intrinsecus:& extrinse-
cus:auro tegebat mūdissimo:atq; eius tegmē cardinibus aureis cōpaginatum erat.Et super eius
tegmen erant duo cherubin.In hac quippe archa cōfecta duas tabulas legis domi recōdidit: suāq;
uirgam:atq; manna:quod de cœlo dominus pluerat.

Samuel SAmuel sanctissimus dñi ꝓpheta:hebræorum magnus pontifex: atq; iudex post Heli 4098 iioi
sacerdotis interitum principatum assumens:rexit populum dei annis.40. Hic ex ute-
ro matris suæ optimus fuit.Helchanæ igitur leuitis:ex Anna uxore susceptus: a puero
usq; in senium digne:& recte:dño deo ministrauit:cuius optimā uitam: ac ꝑclara fa-
cinora.Iesus filius Sirach in ultimo ecclesiastici.c.breuiter his uerbis ꝑstrinxit dicēs:Samuel dile-
ctus dñi ꝓpheta impium renouauit:& binos de gente sua inūxit reges:ac per multos annos: cū po
pulus dñi secundū eius ꝑceptum iudicasset:ab oī munere manū suam semp excussit:cuius sancta
opera quum dñs ipse uideret:spū ꝓphetiæ repleuit illum.Et cum in expugnatione circunstantium
hostium dominum omnipotentem inuocasset:eius uocem semp audiuit:& ꝓpterea duces eorum
contriuit:ac princeps palestinoꝶ subuertit:Sauli etiā Regi cum esset uerus ꝓpheta dñi:finem uitæ
ꝑdixit.Eidem præterea īnotuit:quod dñs ꝓpter ipsius impietatem suam hæreditatem foret cōsum-
pturus.Etiam quum non mediocriter eruditus haberet:scripsit(Isidoro teste)in primis iudicum &
Ruth libros:ac regnorum librum primum edidit.Tandem cum de deo: deq; hominibus bene ꝓ-
meritus esset:secundo ante Saulis regis obitum anno in senectute bona migrauit ad dñm.Quem
singuli ex populo israel tanquam proprium fleuere parētem. Eiusq; sanctum corpus in Ramatha
honorifice sepelierunt:ut patet.1.ꝶ.c.25.Cuius sanctissima ossa:ut diuus scribit Hieronymus:post
modum Archadius Augustinus in thraciam transtulit.Festum autem ipsius.13. calendas septem-
bris celebratur.

¶Saul aūt primus hebræoꝶ rex:hoc āno:q est duodecimus pōtificatus Samuelis:in regē ab ip̄o 4099 iioo
Samuele iussu dñi assūptus:regnauit una cū Samuele ip̄o annis.26.Hic cis cuiusdā nobilis iudei.
de tribu Beniamin fuit filius:a principio qdem bonus:ideoq; dilectus.Qui impio suscepto: duo-
bus primis annis:populum sibi creditum:adeo optime direxit:& rexit ut merito oia ei bñplacita:
contra

contra hostes cōcederent auxilia. At post duorum annoꝝ spacium magnanimitatis(q̄ regibus ꝓ dignitatis cumulo maxime coueniunt)expers factus dei mādata & p̄cepta contēnens:ex rege tyrānus:& subditorum suorum factus est oppressor. Nam in pricipio regni sui:exercitu congregato: iordaneq̄ traiecto imprimis Naas amonitaꝝ regem magno ipetu ꝓfligauit:ac iterfecit. Indeq̄ ēt cōtra eosdē amonitas:palestinos:Moabitas:& Idumeos uadens oēs iure belli sibi subiecit. Veꝝ cū Agag regē pīguissimū Amalechitaꝝ:ex mandato dñi interficere recusasset:mox per internunciū Samuelem ꝓphetam a domino reprobatus est. Vnde & ꝓpter hoc:& achimelech sacerdotis iniustam occisionē: atq̄ sacerdotis cognationis interfectionem:eius regulæ fastigium: nō in posteros eius transiuit:q̄obrem regnū eius umbrā regni in æternitate mansuri fuisse dictū est. Tandem post multas Dauid regi genero suo illatas ꝑsecutiones in monte Gelbor:dū contra palestinos pugnaret:ab eisdē supatus:& fusus prius suis oībus pene ꝓstratis:atq̄ interfectis Ionatha etiā cū cæteris suis filiis occisis:etiā ipse postremo grauiter uulneratus:in euaginatū suū gladium irruens occubuit. Hoc uidens eius armiger:& ipse se ip̄m interfecit. Hebræi aūt qui in campestribus ciuitatibus degebant:hoc audientes:cecidisse scilicet saul & filios eius:ac omnes qui cum eisdem erant: relictis ciuitatibus fugierunt. Eo itaq̄ mortuo:uiri quidā ciuitatis iabes uenerunt: & tulerūt corpora Saulis: ac filiorum: & sepelierunt reuerenter in nemore quodam:optimo quidem eiusdem ꝓuinciæ loco:ut patet. ꝛ. libro primo. cap. 31. Omnia huius regis gesta habentur in primo regnorum. li. a. c. nono usq̄ in finem.

¶ Lacedæmoniorum regni exordium.

Documentū optimū de deo annum in. xii. menses distinxit si nephas esse deterioribus meliora assimilare:quū neq; aliter q̄ intelligētia percipi deus possit.Mutauit quippe mensiū ordines & martiū:quē Romulus primū fecerat tertiū posuit:incipiēs a ianuario:qui.xi.erat.Duodecimus uero februarius.Et quū annus.300.&.60.contineret dies:instituit ut 300.ac.65.haberet.Multi tñ sunt qui ianuariū ac februariū a Numa additos dicant:quū ante decem tm̄ essent mēses.Ouidius.Sed numa nec ianū:nec auitas præterit umbras:Mensibus antiqs præposuitq; duos.Huius tēporis neq; bellū:neq; seditio:neq; tumultus in repu.fuisse tradit̄:sed neq; aduersus eum ullæ inimicitiæ uel inuidia:seu ob regnādi cupiditatē insidiæ uirorū ue conspiratio.Obiitq; deniq; octogenarius leui morbo.Cuius gloriā regū posteriorū calamitates illustriorē fecere.Nā quū quinq; post illū regnauerunt reges:postremus ex imperio decidens in exilio consenuit:e reliquis uero quattuor nemo naturali morte defunctus est.

¶ Assyriorum regni finis.

¶ Assaradon alias assaracodas iunior filiorū senacherib tēpestate hac:patre in tēplo a senioribus filiis obtrūcato:& parricidis in armeniā effugatis in regnū successit.Quo suscepto confestim in Samariā colonias deduxit.Cuius tpe Merodach chaldæorū rex:ab Assyriorū monarchia pœnitus defecit.Quāobrem & assyriorū regnū ita debilitatū est:ut de eo deinceps nullū omnino extiterit monumentum.

¶ Chaldæorum regni principium.

¶ Merodach igitur chaldæū per hoc tempus in babylone regnasse cōstat:quātum aūt regnauerit nec dum cōpertū est.Qui & ab assyriis deficiens chaldæorū regnū sibi constituit.Sic quoq; & medorum rex fecerat:hic ipse Merodach fuit:qui Ezechiæ egrotanti legatos uisitationis gratia cū muneribus misit:ut patet quarto regum cap.20.

¶ Caldæa itaq;(ut iam semel dictū est)asiæ maioris regio est arabiæ cōtermina longe plana:sed fontiū quā maxime īdigua:in qua babylon maxima ciuitas regni caput erat.Ex hac nāq; regione zigari populi exierunt:qui tēpestate nostra cū liberis & uxoribus oēm pene peruagant̄ europam.

Zigari populi Qui quū fures subtilissimi sint:in oppidis pmanere:nisi tres tantū dies permittunt̄.Hos Veneti nr̄i ab oī suo excluserūt regno:tum maxime pp furta:tum ēt ꝓpter explorationes:qbus suspecti habētur.Nos ipsorū quēdam aliqñ sciscitati fuimus:qua nā ex patria essent.Respondit se chaldæum cū omnibus suis esse:linguaq; chaldæa eos uti semper consueuisse.

¶ Thobias iudæus ꝓpheta sanctissimus ex tribu & ciuitate neptalim oriūdū:mitissimi īgenii uiri:miræq; suauitatis:ac omnis gratiæ spiritualis præstans:qui superioribus ānis a Salmanasar assyriorum rege in captiuitatē abductus fuerat:tēpestate hac:pietate:ac religione insignis habitus est.Hic quū apud niniuē constitutus ꝑceptorū patrū suorū nō īmemor ægros uisitaret:eosq; ad patientiā q̄ maxime hortaret̄:& īdigētibus elemosynas ꝓberet:desꝑatos quoq; cōsolaret̄:atq; errantes ad ueritatis uiā ꝑdicationibus & admonitiōibus deducere niteret̄:cæcitatis plaga tētatus est:pro qua ēt oēm eius deperdidit substantiā:ac oīum pauprimus euasit:Cuius patientiā quū dn̄s diu cognouisset:statim Raphaelem angelū ad eū misit:qui eidē uisum restituit:substātiāq; oēm in decuplū multiplicauit:ac cæteris iudæis oībus in rebus eū ante tulit.Et quū in eo statu usq; ad ānos duos & centū uixisset:cōfectus senectute bona:primo interitū Niniue:ac instaurationē hierlm̄:& tēpli dn̄i:ac christi dn̄i nostri aduentū prædicens spiritū dn̄o reddidit.Quo mortuo collachrymātibus Thobia filio:ac nepotibus oībus in niniuē sepelit̄:ut eius sacra habet historia:quæ ab oībus sūma cū uoluptate & deuotione legi & audiri cōsueuit.

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Taletem milesium:e septem græciæ sapientibus primum his temporibus floruisse diuus pater Augu.17.de ciuitate dei cap.24.dicit:hic ex thasidarū familia patre examio matre Cleobolina natus fuit:qui phœnicum nobilissimi fuerūt:& a Cadmo Agenore originē duxerunt.Hic itaq; adultus factus:post reipu.negocia ad rerum naturā contemplādam:ut Isydorus in.ii.ethic.capi.3.scribit:se transtulit:& ut Cicero de natura deorum ait:primus de natura rerum disputauit.Quāuis ut Laertius scribit:nullū ingenii reliquerit monumētum.Callimachus autē dicit hunc fuisse inuentorem minoris ursæ:ac stellas notasse:quibus phœnices nauigant:putantq; plæriq; hunc primū astrologiæ secreta rimatum:solisq; defectus:ac conuersiones prædixisse:sunt etiam qui affirmēt illū primo īmortales animos dixisse.Hic præterea ab ægyptiis geometriæ præcepta suscepit:& quum eēt cœlo astrisq; familiarissimus.Dixit aquam primum fuisse rerum omnium causam:eamq; in se diuinam habere mētem:& omnia producētem.Et rhodio(ut diuus refert Hierony.)ostendit philosophum posse ditari si uellet:quum olei penuriā præuidisset.Obiit deniq;.78.ætatis suæ anno:quum gymnicū certamen spectaret:æstu.s.ac siti defatigatus.Cuius īter cætera præclara hæc ab eo dicta

Sententiæ notabiles referuntur:sicut Laertius ait.Antiquissimum entium est deus:ingenitum etenim optimū entium est mundus:nam opus dei est.Maximū entium est locus:omnia nāq; capit.Velocissimū entium est intellectus:passim etenim currit.Validissimum entium est necessitas:dominatur enim cūctis.Prudentissimū entium est tempus:adinuenit enim omnia.

¶ Solon philosophus e septem sapiētibus græciæ secundus:patria atheniensis siue Salaminus:his tpibus Gellio teste lib.s.14.noctiū atticarū:athenis floruit:& ibi leges multas atq; optias īstituit:qs sicut Valerius libro de ingratis ait:si athenienses perpetuo seruare uoluissent sempiternū habituri

fuissent imperiū.Cōstat naq; ut Laertius scribit:ipsum leges & conciones scripsisse: & in semetipsum monita elegia:q quū hoīum oīum ac oraculi iudicio sapiētissimus haberet:uino īdulsisse fertur.De Solone aūt isto Plato in thimeo:& Aristoteles in.2.politicoꝝ multa scripsere. Tandē in cypro īsula obiit octogesimo ætatis suæ anno:quū mādasset suis:ut ossa sua salaminā trāsferrent:atq; ea in cinerē dissoluta p oēm ꝓuinciā disseminarēt:sed eius iussis obtēperatū nō fuit:quū ipsius sepulchro tale epigrāma īscriptū sit. Qua dudū rabidas medoꝝ ꝓtulit iras Legiferꝝ Solonē pulchrā tenet salamis:ex sentētiis autē eius plurimis:hanc solā hic habeamus: satietatem ex diuitiis nasci: & ex sacietate contumelias gigni:quæ non posuisti non tollas:mentiri noli &c. Epitaphium Sētētia pulchra

¶ Chilon phs patria lacedæmonius tertius e septē sapiētibus: & ipse p hæc quoq; tēpora teste Augu.ubi supra apud atheniēses ī pcio fuit. Qui ob eius ꝓfundissimā sapientiā īter cæteros breuiloquus dictus est.Vnde & Aristagoras hūc dicēdi modū seu morē postea chilonitum uocauit.Multa enim notabilia in ducentis carminibus:ut laertius testat:scripsit:quoꝝ hæc præcipua fuit sentētia. Discere primo bene sibi præesse:indeq; domui suæ:atq; in aduersis iræ suæ dominari:uixit aūt.56. annis:quo defuncto iuxta eius sepulchrū cōfestim erecta fuit statua:defunctum uero asserunt nimia lætitia filium.s.deosculans qui in olympico certamine fuit coronatus.

¶ Pythacus mitilenus phs.4.e septē græciæ sapiētibus his tp̄ibus cū supradictis nō doctrina solū: sed ēt in re militari pstātissimus habitus est:qa & .10.annis p̄riæ suæ impiū illustrissime tēuit: q̄ quū optimis legibus:īstitutisq; p̄dictū tps pstituisset:spōte se ipsum magistratui abdicauit. Cuius hæc nōtāda fuit snīa.Principatus uiꝝ oñdit.Scripsit aūt hic de moribus & politica sexcētos uersus: multa quoq; alia prosa.Vixitq; usq; ad cresi lydoꝝ regis tpa:ad quē eius extabat epistola.70.annis. Snīa notabilis

¶ Biantē pthienē phm qntū e septē græciæ sapiētibus cū supioribus floruisse cōstat:q ob regiā eius p̄triā:& ciuium suoꝝ pcipuā beniuolentiā:ut Laertius testatur:maximo in pcio semp ab oībus habitus est:eo ꝙ multis piculis eos in aduersis tutatus fuerit:multaq; pterea duobus milibus uersuū utilia cōscripsit:cuius inter cætera memoratu digna:hæc singularis fuit sentētia.Vitam sic esse mēsurandā:quasi hoīes breui & multo tēpore uicturi sint:tandem quum aliquādo ex aduocatiōe fessus:caput in nepotis filiæ gremio declinasset:præ senectute expirauit:cui mortuo pthienenses ei tēplum dedicauerunt.De hoc multa Valerius & Laertius scripsere. Snīa singularis

¶ Cleobolus lyndus e septem græciæ sapiētibus sextus & ipse p idem tēpus insignis & clarus fuit: cui natā filiā noīe Cleobolinā fuisse ferunt:quā exametroꝝ enygmatū uatem dixere: qui & librū de enygmatibus quæstionibus in tribus milibus uersuum exscripsit:ex qbus hæc memoranda excerpit sentētia.Vxorē de paribus ducito:quia si ex maioribus duxeris:cognatos habebis dominos: uixitq; annis septuaginta:cuius præclarissima gesta scripsit Laertius. Snīa optima

¶ Periander corinthius e septē græciæ sapientibus philosophis septimus:hac etiam tempestate: ut diuo Augu.placet:floruit:quem Aristoteles tyrannū fuisse dixit:& annis.40.apud Corinthios eandem exercuit:quod tamē Plato negat:sed alium philosophū & aliū tyrannū fuisse affirmat.Hic itaq; in duobus milibus uersuum multa & utilia cōscripsit documēta.Ex quibus hanc præcipuam eli cimus snīam.Prosperās modestus esto:infortunatus uero prudēs:amicis fœlicibus & infœlicibus Sētētia pulchra

712 4487 idem sis.Obiit deniq; octogenarius:ut Laertius habet.

Manases Ezechiæ regis optimi uiri filius.16.regū iuda.364.regni Dauid anno: deciaq; septia olympiadæ:quū.12.annoꝝ eēt ætatis regnare cœpit:& regnauit annis.55.uir qdē a p̄mis uoluptatibus abscisus:& ad oīa malignitatis genera ꝯuersus:q nihil impiū pter misit:sed in ipietatibus regū israel oino ambulauit.Nā suscepto impio ꝓphanauit templū:ac illud claudere fecit:sacerdotiūq; sustulit:cōfudit ordinē:temerauit regnū: corrupitq; qcquid erat religiōis qd legis:qd uitæ:qd morū:qd fidei:qd patris & maioꝝ suoꝝ disciplinæ pdidit atq; cōfudit.Abhominatiōes.n.pessimas in iuda fecit:& qdē maiores q̄ antea amorrei fecerūt:& uniuersum iuda suo exēplo:suoq; errore:atq; hortatu in īmūdiciis amorreoꝝ:aliarūq; gētiū peccare fecit: multos ēt iudæoꝝ nobiles ꝓscripsit:multosq; īterfecit:& magnis suppliciis sacerdotes iustos:& Isaiam ꝓphetā uiꝝ scīssimū trucidauit:ac sic & ipse hō scelestissimus:quū nil domi forisue strēnue gereret:sed oīa auaritia sua explicaret:diuinā tādē ī se expertus ē ultionē.Nā ut sacra scdi parali. lib.ca. 33.ptinet historia:ī his iratus dn̄s exercitū babylonioꝝ & chaldæoꝝ sup eū īntulit:& uniuersā iudeæ regionē depopulās:ēt ipm Manasem regē dolo cœpit:& captū pedibus māibusq; cathēis uinctū ī babylonē rex eoꝝ ad se deduci fecit:ubi & eum ad ea quæ uoluit tormēta subiectum habuit. Manases uero ad se reuersus:arbitransq; se malorum quæ patiebatur fuisse auctorem: pœnitentia ductus:dominum Deum patrum suorum humili prece exorauit:ut hostem suum ei clementem faceret:cuius orationem exaudiens:hoc ei concessit:& ut a Babyloniorum rege relaxatus:ad sua regna reuertitur. Cumq; Hierosolymam uenisset:cognouit dominum esse Deum. Et priorum quidem delictoꝝ:quæ gesserat pœnitens:studuit oībus uiribus ad cultū diuinæ religiōis se cōferre:tēplumq; purgare:& ciuitatē semi collapsam resarcire:& de alio aliquo nil aliud cogitare:nisi gratias deo pro dono salutis sibi p̄stito exoluere:hæc quoq; ipsa ppl̄m suū agere docuit:agnoscens in quibus calamitatibus incidisset pp peccata sua:destruensq; aras Baal:rursus altare ædificauit:& solmnes hostias immolauit:& sicut Moyses diuinam culturam exposuit: & post hæc omnino beatissi- Manases Vide emēdationē & pnīam regis

mam:ut Iosephus scribit habuit uitam:,& multos ad eius exemplum traxit:tandem ubi ea quæ ad sui sceleris emendã peregisset.67.uitæ suæ anno defunctus est:& sepultus in hortis suis sicut quartus regum liber capitulo.33.habet.

Thracus æthiops ægyptiorum rex Sibecho rege iterfecto primo anno regni Manasæ ægyptiis regnare cœpit:& regnauit annis.20.

Deocles quintus medoꝝ rex quarto regni manasæ anno medis regnare cœpit:& regnauit annis.45.Hic ut Apollodorus adriamitinus historicus tradit ebatanã ciuitatem ipsius regni caput in montibus condidit:quã postea arphasath ipsoꝝ rex:ut habetur iudith primo amplians turribus celsissimis ac mœnibus exornauit. 4490 709

Gigius qntus lydoꝝ rex hoc anno q̄ est.12.regni Manasæ annus cãdaule pdecessore(ut dictum est)iterfecto:reginaq; uxore deducta eius loco regnũ suscipiés regnauit annis.36. 4499 700

Metres æthiops ægypti rex.21.regni manasæ anno in dynastia.26.post thracũ regnum suscepit:& regnauit annis.12.post hunc stephinatis regnauit annis.38. 4515 684

Argeus.5.macedonũ rex.8.&.20.regni manasæ anno macedonũ regnũ accipiés regn.ãnis.38. 4526 673

Tullus hostilius tertius Ro.rex.39.regni Manasæ anno tertioq;.27.olympiadis anno post Numã põtifi.regé a Romãis rex suffectus:regnauit annis.31.huius cunabula:ut Eutropius scribit:tuguriũ agreste cœpit:& postea adolescétia in pecoribus pascédis occupata fuit:ualidior deinde factus Ro.rexit populũ.Et primus qdé Romanoꝝ regũ fascibus & purpura uti cœpit:ac urbé adiecto cœlio mõte ampliauit:post longã deinde pacé in albanos bella tulit:quos tam metu q̄ pudore deuictos ,pstratosq; in urbé postea admisit:& illoꝝ urbé pœnitus euertit:pter tépla a q̄bus & ipsius téperatum est:cumq; ipsius populi adiectione Romana res plurimum aucta fuisset.Tullius sabinus nouum indixit bellum:prouocatosq; fudit atq; fugauit:tandem quum uno & triginta annis cum magna belli gloria regnasset:cum tota domo ictu fulminis conflagratus est.

Ardas sextus lydoꝝ rex hoc anno q̄ est nonus & quadragesimus regni manasæ regis ãnus post Gigiũ regé lydis regnare cœpit:& regnauit annis.37. 4545 664

Græcanæ ciuitates.

Nicomedia asiæ ciuitas per hoc tp̄s;ut Euse.scribit a quodã nicomede Bythinio rege in bythinia ,puincia condita fuit.Quæ quum postea christiãissima facta fuisset:in ea tempore Diocliriani imperatoris sæuissima christianorũ psecutio fuit:indeq; quum magno esset in pcio:apud eã diuus Constantinus cognomento magnus suum diem clausit extremum.

Calcedon similiter asiæ ciuitas hac ipsa tempestate in eadé bythiniæ,puincia ex opposito pstantinopolis in ore pontici maris a megarensibus cõdita phibet:ubi & martiani principis tpibus magna illa synodus celebrata fuit.Cui & inter cæteras synodos ecclesia Ro.præcipuum defert honorem:ut Gratianus in canone contestatus est.di.xy.c.Sanctoꝝ canones.s.quarta synodus.

CONSTANTINOPOLIS THRACIAE VRBS.

Bizantiũ q̄ & Constantinopolis impialis ciuitas a magno Constantino sic appellata p id tp̄s ut Euse. pla.in græcia ex opposito calcidonensis agri:loco qdem optimo & munitissimo a pausania sptanoruz rege pditionis suæ initiũ habuit:& quũ pua admodũ esse eã postmodũ Cõstantinus magnus roma.põtifici silueſtro relicta sibi diligés structis fortissimis mœnibus celsisq; ac crassissimis turribus a se pstantinopolĩ noíari uoluit:q̄ ét eius successores impatores passim plurimis tuz publicis edibus:tũ priuatis ciuiũ palatiis exornar curarũt:& adeo ut exteri eo uenientes urbis splendorem 4546 663



admirati nõ tam mortaliũ q̄ cœlestiũ eã domiciliũ dixerint.Extãt.n.in ea pter cætera magnificétissima ædificia & sanctæ Sophiæ téplũ Iustiniani opus toto orbe memorabile.Habet pterea hæc ciuitas undecim portas dignitaté ipsius præ se ferétes:quaꝝ noĩa hæc sunt.Aurea:pagea:sancti Romani Carchasea:Regia:Caligaria.Xyllina:Hacinagõa:Phara:Theodosa:& Sylaca.Ipsam.n.pp ipsius pulchritudinis splẽdoré prisci nouã appellauere Romã:q̄ patriarchali sede:ac impiali throno ab ipso Cõstãtino redimita fuerit.Hæc,pfecto tãto splẽdore ac dignitate isignita é:q̄ ut ita dixerim totius oriẽtis columẽ:& unicũ græciæ sapiẽtiæ domi ciliũ habita fuerit:ubi magna pcilia.Gratiano testãte celebrata fuerũt:uz sub Theodosio seniore sub agathone papa & sub Iustiniāo pricipe:ut habet in canone.15.di.c.Sexta synodus.Eã quũ turci diu exosã pp eius dignitaté habuissent.anno salutis nr̃æ.1093.a Belzeto quodã eorum principe cũ ingenti turcorum manu obsessa & capta fuit:

pta fuit:ubi īpatore capto eum pro uili mancipio diu captum tenuit:indeq̧ galli cū Venetis expulsis īpatoribus per.5.&.50.annos possedere:postmodū paleologoꝝ clarissima familia genuensium opa gallis ademit:& usq̧ in annū dñi nři Iesu xpi.1453.gloriosissime possedit.Quo āno Mahumetus octomanus turcoꝝ princeps eā cœpit:diripuitq̧:ac de ipsa tam p̄clara ciuitate q̄ toti oriēti leges dabat triūphauit:ubi & eius sacratissima tēpla spurcitiæ mahumeteæ dedicauit.Innumerabiles aūt ex hac celeberrima urbe in oī sciā atq̧ uirtute p̄clarissimi exiere uiri:īter quos ut ex multis paucos recēseam:fuerūt Ioānes cognomēto Chrisostomus ipsius urbis eps̄ uir plane sciā ac uirtute singularis:q̄ multa ad cōem fideliū utilitatē edidit.Atticusq̧ ēt ipsius eps̄:cuius īter cætera ad reginas Archadii filias extat de uirginitate liber.Genadius quoq̧ alter eps̄ eius uir lingua nitidus.Ioannes cassianus diaconus:q̄ præcipuos confecit libellos.Nouissimus oīum Emanuel Chrisolotas p̄hs & orator eminētissimus extitit:q̄ litteras græcas in Italiam cū ingēti utilitate rettulit: quæ iam per septingētos annos apud nostros nō fuerāt in usu.Ex quo multi euasere clarissimi: de q̄bus locis suis infra accurate dicemus.

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Archilogus poeta rōne lacedæmonius tēpestate hac pro Cornelii nepotis sn̄ia floruit.In quo ut Quin.in lib.de arte oratoria refert:sūma uis elocutionis fuit: tñ breues uibrātesq̧ sn̄iæ plurimū sanguinis ac neruoꝝ.Hic iambicū uersum in soceri sui uindictā primus adīuenit:dicēte Oratio in poetria.Archilochū ꝓprio rabies armauit iambo:hūc socci cœpere pedē grādesq̧ cothurni. Et pp īpudicam eius lectionē a lacedæmoniis exilio dānatus est:dicēte Ouidio in ibin: Vtq̧ repertori nocuit pugnantes iambi:Sic fit in exiliū lingua ꝓterua tuū.Tandē eius exigētibus meritis īterfectus est.

¶ Aristodemus musicus his tp̄ibus:ut Eusebi⁹ scribit:clarus fuit:uir scd̄m Gelliū in q̄rto nocti.atti.librarum ueterū diligētissimus:q̄ teste Cicerone:dixit animam nil aliud esse q̄ armoniam.

¶ Alceus poeta lyricus p̄ hæc ēt tp̄a ſm Eusebium in p̄cio fuit:hic patriā mitilenus fuit:dicēte Sappho poetricæ:nec plus Alceus cōsors patriæq̧ lyræq̧ Laudis hēt:quis grādius ille sonet:& Hora.in scd̄o car.Et te sonāte plenius aure Alceæ plectro.De isto ēt Herodotus in lib.5.histo.meminit.

¶ Alcidamus orator græcus per hoc quoq̧ tempus:ut Cicero in primo tusculanarum quæstionū scribit:clarus fuit:qui inter cætera mortis laudationem pulcherrime scripsit.

¶ Lesches q̄dam Lesbius poeta hisdē quoq̧ tp̄ibus floruit:q̄ post Homerum primus iliada fecit.

¶ Anthemenides similiter Mithileneus poeta & Alcei prædicti frater:& ipse cū eodē fratre floruit: quem Babyloniorum sociū Alceus fuisse dixit:& magna certamina pro eis suscepisse:atq̧ eos magnis laboribus eripuisse uiro pugnacissimo:& ut inq̄t:regum luctarore perempto.

¶ Nicepsus græcus medicus:magicaq̧ artis peritissimus: & ipse hoc tempore floruit:cuius multa medicinalia ab eodem habentur scripta.

657 4542 AMon Manase regis prædicti filius.17.regum iuda.419.regni Dauid: & tertio trigesimæ olympiadis anno post patrem suum:quum ætatis esset duoꝝ & uiginti annoꝝ regnare cœpit:& regnauit in Hierusalē secundū Eusebiū & interpretes duodecim annis. Sed secundū hebræos & Iosephum duobus tantum.Hic dum patris eius opera imitaretur. Quæ scilicet in iuuentute sua præsumpserat:dolum a suis in domo propria passus peremptus est: quo mortuo populus eius peremit interfectores:& eum cum patre suo sepelierunt.Eius autem gesta prima & nouissima scribuntur.4.regum capitulo.21.&.2.Paralipomenon.33. Amon

¶ Phrortes sextus medoꝝ rex anno.3.regni Amon medis regnare cœpit:& regnauit annis.24.

645 4554 IOsias Amon prædicti regis filius.18.regni iuda.431.regni Dauid:& tertio trigesimæ tertiæ olympiadis anno regnū accipiens regnauit in Hierusalem annis duobus & triginta:hic octo annoꝝ habebat ætatis quando regnum adeptus est:qui etiam ea in tenella ætate tantæ uirtutis & sanctitatis extitit:ut oībus qui ante eum regibus & claris uiris:tanto excellere uisus est:quāto uel syderibus cæteris Sol uel mare fluminibus cunctis.Quūq̧ ad duodecimū ætatis peruenisset annū(ut Iosephus scribit)non laudibus nō iocis:aut uoluptatibus ītentus: ut supiores adolescentes reges facere consueuerant:sed doctrinam:pietatem:iustitiam:& beate uiuendi normam ex lectione legis Moysi:atq̧ exemplo bonorum regum sumens: omnia superiorum regum mala opera ueluti iam senior emendauit.Octauo siquidem regni sui anno: ut sacra quarti regum & secūdi paralipomenō habet historia:oēs ipsius regni ciuitates multis erroribus labefactatas ab idoloꝝ cultu ita purgauit:ut nullū idolatriæ uestigiū in toto superesset regno.Et ne quid insuper latenter remāeret:uniuersas domos scrutari mādauit:sed & serpentē æneum a Moyse factum:cui populus superstitiōe idoloꝝ ductus imolabat comminuit. Atq̧ in unaquaq̧ causa adeo iustitiam semper coluit tanquā animæ suæ medicinam: & oībus aliis in rebus ita gloriosus extitit:ut cum eo iudæoꝝ gloria fere orta simul & extincta uisa fuerit:nam(testante Iosepho)erat modestus:prudens:grauis:cōtinens:clemens: diuinæ legis scientissimus:manuq̧ fortis:ac animo maximo.Et adeo religionis amator:& legis emulator fuit:ut omnia sacerdotum:falsorumq̧ prophetarum ossa e sepulchris erui & exuri mādauerit:hocq̧ modo purgata omni prouincia ad Hierosolymam omnem populum conuocauit:& ad Acimorum festiuitatem quæ pasca dicitur: eos adduxit:ubi & phasce maximum celebrauit & adeo celebratissimum:ut a diebus iudicum tale in Hierusalem nō sit factitatū:& propterea Iesus filius Sirach laudādo eū sic protulit dicens:memo-

Iosias

Serpēs æneus a Moyse factus d̄struitur

ria Iosiæ in compositione odoris est facta: & opus pigmentarii in oīum ore quasi mel indulcoratum: & uelut musica in ɔuiuio uini. Ipse diuinitus in pœnitentiā populi sui directus fuit: & cūctas impietatis abominationes abstulit: pter Dauid (inqt) & Ezechiā atq; Iosiam oēs reges iudæ peccatum cōmiserūt. Reliq uero reges iuda legē dei altissimi reliquerūt: deiq; timorē ɔtēpserunt: suu; quoq; regnum aliis dederūt: & gloriam suā alienæ genti: hæc ille: hic deniq; optimus rex nullo religionis: pietatis: humanitatis: benignitatisq; exēplo prætermisso cū rege Aegypti in cāpo Magedon cōgressus: ab ipso iaculatus in Hierusalē remeās ex eodē uulnere defunctus est: sepultusq; magnifice: collachrymātibus oībus: suāq; uicem dolentibus in Mausoleo patrum suoꝝ. Sed & Hieremias ꝓpheta ciuitatis uicē potius q̄ optimi regis mortē dolens carmen trenoꝝ lamētabili modulatione composuit dicēs. Quomō sedet sola ciuitas plena populo &c. Quibus lamētationibus postea cantores & cantatrices in exeqis mortuoꝝ uti consueuerūt. Tres autem filios post se reliqt: quoꝝ primus Eliachim q & Ieconias fuit. Secundus Achaz q & Selum. Tertius Mathaman: q & Sedechias. Hæc omnia ex quarto regum libro: capitulo uigesimosecundo: & uigesimotertio: & secūdo paralipomenon: capitulo trigesimoquarto & trigesimoquinto habentur.

lamētatio prophetæ super mortē huius regis.

❡ Anchus martius Numæ regis ex filia nepos quartus Romanoꝝ rex: quarto Iosiæ regni anno post Tullum hostilium regnū accipiens: regnauit annis uigintiqnq;. Nam defuncto prædicto eius antecessore rege romanoꝝ res ad īterregnū rediit: quod qdem tēpus huic ēt applicaт. Hic itaq; nulli supiorum regū belli pacisq; artibus: ac gloria unq̄ inferior fuit. Sed & auētinum ianiculūq; montes urbi addidit: & pontem primus tyberi adiecit. Carcerē quoq; primo ad terrorē crescentis audaciæ in media urbe loco publico construxit: politorium etiam latinorum urbem ui cœpit: & diripuit: omnem eius populum in Romanam urbem ītroduxit: Ostiam deniq; ciuitatem sextodecimo ab urbe miliario supra mare construxit: ubi & beata Monica diui patris Augu. mater uita decessit: tandem morbo correptus uitam cum morte mutauit. 4557 642

carceris primus inuētor.

❡ Arsaces siue Ericates Medorum .7. rex hoc anno qui est qntusdecimus regni Iosiæ annus: medis regnare cœpit: & regnauit annis .32. uir sane bello & pace clarissimus: qua uirtute Niniuem maximam ciuitatem omnino subuertit & deleuit: iuxta uerbum Naum & Thobiæ prophetarum: ut patet Tobiæ .14. ca. qua deleta assyriorum regnum pœnitus cessauit.

❡ Helchias maximus hebræorum pontifex per hoc ipsum tempus: ut sacra quarti regum libri habet historia apud hierusalem maximo in precio fuit: qui patrem habuit Selum: q fuit Sadoch: qui fuit Azariæ: q fuit Ioiadæ: q fuit alterius Zachariæ: q fuit Achimaas filii Sadoch summi pontificis: quem Salomon rex abiecto altero pontificem fecerat. 4569 630

❡ Phaleris agrigētinus tyrānus orator & declamator ornatissimus: tēpestate hac: ut Eusebio placet floruit: cui cū qdam perillus æris īgeniosus artifex amicissimus eēt: ex Athenis agrigētum ad eū uenit: ubi cognita hoīs sæuitia: ut eidē placeret: ex ære tauꝝ artificiosissimū fabricauit: & ī eius latere ianuā posuit: ut reus in eo īclusus subiectus ignibus torquereт: atq; ita sonus uocis hoīs exclamātis: nō gemitus hoīs: sed bouis mugitus uidereт: ꝑ quo īuento: quū minus ab eodē q nouis tormentis delectabaт: postulasset: illū ītercludi iussit: & suppositis ignibus primus artificii sui ueꝝ ꝓbuit experimētum: dicēte Ouidio primo de arte amādi. Et phaleris tauto uiolēti mēbra perilli. Torruit īfœlix ībuit auctor opus. Et postea seqtur. Nec enī lex æqor ulla est. Quā necis artifices arte pire sua. Hæc ipse phaleris atheniēsibus de se pro illo conquestis rescripsit. Alii tñ eum ante urbem ɔditam 64. annis fuisse dicunt. Extant enim huius phaleris adhuc celebres & graues epistolæ.

❡ Ostiam maritimam urbem inter mare & Tyberim constitutam his tēporibus Anchus martius Romanoꝝ rex in latio prouincia condidit: loco scilicet ubi Aeneas & Troia profugus primū castra constituit. Quæ cum diu ꝑpter Lymium quē tyberis fluuius congregabat: īportuosa stetisset Cladius īperator eidem portum maxima īpensa construxit: ubi deinde Aurelianus impator ꝑpter ipsius portus cōmoditatem forum noīs sui publicum constituit: & īgentia ædificia ibidem erexit. Quæ cum postmodum a saracenis funditus fuisset euersa. Leo quartus pontifex īstauratam corsis repleuit. Et qcqd ædificiorum ueterum in ea fuerat: præter quādam turrim deletum est. Ea qppe multoꝝ sanctorum reliqis illustrata diu fuit: atq; diu ēt Monicæ matris sanctissimi doctoris Augustini: usq; ad Martini qnti pontificis tempora sepulchrum extitit.

❡ Sadiates Ardæ regis filius filii Gigii septimus lydorū rex: decimonono regni Iosiæ anno: Lydis regnare cœpit: & regnauit annis qndecim. De quo Herodotus in primo historiaru; meminit. Hic filium noīe Alyatem genuit: q eidem in regno postea successit. 4573 626

❡ Tarquinius priscus quintus Romanorum rex: hoc anno qui est uigesimusseptimus regni Iosiæ post Anchum martium rex delectus: regnauit annis trigintaseptem. Hic Demarathum Corinthum habuit patrem: a quo Lucumon primo uocatus fuit: sed imperio suscepto mutatum est nomen: & Le. Tarquinius dictus est: qui non minus regni sui firmandi: quam augendæ reipublicæ memor centum patres & ipse elegit: quos etiam Senatores uocauit. Firmatoq; regno Apiolas latinoꝝ oppidum ui cœpit: & in signum lætitiæ Romanis confestim ludos instituit. Indeq; urbē muris ampliauit: & Capitoliū erexit. Sabinos rebellātes uixit: eisq; Collatiā ademit. Belloq; in Sabinos pfecto omne latinoꝝ nomē domuit: & cloacas postea in urbe fecit: primus nāq; cū patre suo

thusciam omnem magnis insigniuit ornamētis:& inde triumphalia ornamenta:insigniaq; consularia:& simpliciter magistratuū decora in romanā transtulit urbem.Necnō & uirgas & secures:tubas:sacrūq; ritus & muscam:qua Romani postmodū ad bellicas artes utebantur:ex tarquiniis thuscis Romam detulit:qui post multa strennue gesta ab Anchi filiis interfectus est.

615 4574 ¶Pherecides Syrus natione pris egregius Pittaci philosophi auditor.tēpestate istac ingenio singulari pditus agnoscit̄:q primus apud græcos de natura & de diis scripsit:primusq; Cicerone teste lib. scilicet tusculanarum quæstionum hominum animos sempiternos esse affirmauit. Quin & teste Laer.multa prædixit:quæ mirabilia uidebantur.Hic etiam Plinio teste libro.xii.prosam orationē primus condidit.Fuitq; præterea pythagoræ philosophi præceptor:& litteras multas Thaleti philosopho scripsit:& ab eodem multas suscepit.

624 4575 ¶Symonides græcus poeta:his temporibus:ut Eusebio placet inclitus & clarus fuit: qui quū ad octogesimum peruenisset annum:multa composuit:& carmina docuit.In eaq; ætate gloriabatur in hæc descendisse certamina.Qui aliquando interrogatus quid inter homines facile cōsenescat? ait beneficium.Huius cum multæ fuerint sententiæ:hanc præcipuam existimo.Fortuna innocentem sæpe deserit.spes autem bona nunquam.

¶Stesicorus poeta lyricus eximius p hoc ipm tps in græcia floruit:de quo Quinti.decimo lib.de īstitu.orato.meminit.& Hora.in.4.carminū.Circeq; & alcei mīaces stesicoriq; graues camœnæ.

¶Arion Methineus cytharedus optimus qdem hisdē tēporibus in Lesbo insula claruit:cuius historiam Herodotus Pliniusq; nono li.natu.histo.& Gelius.16.noc.atti.late rettulerūt. Sed breuiter a nobis cōprehensa talis fuit.Hic cū arte sua multas diuitias in italia & sicilia cōgregasset:Corinthū remeās:& in mari a nautis pcipitatus est:sed a delphino pisce excerptus in laconiā añ nautas ipos deportatus Corinthū adiit:ubi re sua cognita:& illis supplicio traditis oīa bona sua recuperauit.

613 4576 ¶Sapho erixea diuini ingenii poetrix per hæc tpa claruit:& plectrum prima īuenit. Hæc uiro ditissimo nupsit:ex quo Didan filiū suscepit:habuitq; discipulas Anagorā:Milesiam:Congyllā. Colophoniam:Euthemā:& Salaminā:quas etiam lyricos quosdā uersus docuit:scripsit aūt hæc modulos lyricos.Epigrāmata: elegiam:iambos & monades.Fuit quoq; uates nobilissima.

¶Olda pphetissa Selum summi sacerdotis hebræoꝝ uxor: & Helchiæ maximi hebræoꝝ pontificis mater his temporibus fuit:& Iosiæ regi uaticinādo multa prædixit:& præsertim hierosolymoꝝ euersionē:ac populi ipsius captiuitatem:ut patet.4.regum.capitulo.22.

¶Sophonias propheta nonus.xii.pphetarum Chus mater nobilissim⁹ hebræoꝝ uir:filius Godoliæ:q fuit amasiæ:q & Ezechiæ per hoc ipsum tempus propheтauit:& librum noīs sui titulo prænotatum composuit:in quo tanquam speculator & archanorum dei cognitor īminentem duabus tribubus captiuitatem prænunciat:ubi indicit ululatum habitatoribus pilæ: qa conticuit omnis populus chanaam:dispetieruntq; uniuersi qui inuoluti erant argento.

622 4577 ¶Hieremias ppheta sanctissimus:& ab ipso matris utero sanctificatus: ex uiculo anatotites: qui nō longe ab Hierosolymis distabat sacerdos:ex sacerdotibus natus:his tēporibus adhuc puerulus uaticinari orsus est:& deinde futurā ciuitatis cladem:totiusq; populi captiuitatē: nō solum spiritu: sed etiam oculis carnis intuitus & expertus est.Vnde & in Iuda & Beniamin tamen pphetauit:& ciuitatis suæ oēs futuras ruinas quadruplici alphabeto. Quod diuus Hiero. & Isido. in sexto ethi. mensuræ metri uersibus reddiderunt.Hic itaq; post captam euersamq; hierosolymoꝝ ciuitatem:a populo suo in ægyptum uiolēter tractus:ibidem post multas iniurias sibi illatas apud Taphnas ab eodē populo lapidibus obrutus occubuit:eoq; in loco sepultus: ubi olim Pharao rex habitauerat. Et quoniam sua oratione multos serpentes infestos ab eodem loco fugauerat:& ægyptios tactu & morsu eorum serpentum liberos fecerat. Ipsum magna religione post mortem uenerati sunt. Et cum sanctus habitus sit.eius festum prima die madii celebratur.

¶Baruch autem eiusdem Hieremiæ pphetæ notarius uir eloquentissimus ac celeberrimus uates: & ipse una cum dño suo alium pphetictū librū noīs sui titulo pnotatū edidit:in quo post ciuitatis calamitates & ruinas a Hieremia pphetatas consolationē eidē ciuitati de reditu a captiuitate prænunciat.Ipsius tamen liber ab hebræis nec habetur nec legitur. Quem qdem librum diuus Hiero.de græco in latinum iuxta uulgatā editionem transtulit.His cum librum magistri sui scripsisset:& regi Ioachin legendum obtulisset:qa in eodē scripserat:quod īminebat ciuitati Hierusalem:ut a rege Babyloniorum uastaretur.& ipse rex ab eo subderetur:iratus rex librum disrupit: & igne concremauit:& Hieremiam ac Baruch duris suppliciis affecit.

913 4586 IOachā secundus Iosiæ regis filius decimusnonus regum Iuda.463.regni Dauid:& primo quadragesimæ olympiadis anno patri in regnum succedens:regnauit mēsibus tantūmodo tribus.Hunc populus seniore fratre eius spreto post patrem:cū trium & uiginti ætatis esset annoꝝ regem constituit:sed qm̄(ut sacra eius habet historia)impius & scelestus erat:& in uiis patris tenuit ambulare:a Nechao rege iudicio dei capit̄: & uinctus in ægyptū perducitur:& eius seniori fratri ex eodem patre primogenito noīe Eliachim tradidit regnum:mutans ei nomen Ioachin:prouinciæ quoq; omni tributum posuit:centum talenta argenti:& unum auri:ut patet.4.regum ultimo:& secūdo paralipomenon similiter ultimo. Ioachā.

Ioachiȝ I Oachim primogenitus iosiæ regis: qui alio nomine Heliachim appellatur: uigesimus regū iuda eodē anno loco fratris a Nechao pharaone suffectus: regnauit in hierusalem undecim annis: hō qdē flagitiosus: infidusq; ad idolatria: de quo hoc in loco nescio qd dicere ausiȝ: ut tātus pater tot flagitiosos genuerit filios: q nō hoīes certe: sed teterrima monstra merito noīari pñt: quos ēt pscribere piget. Hic igit principatu inito in oēm turpitudinem idolorum plapsus. Vriam ēt sacerdotē uirū iustum obiurgātem īterfecit: & oēs tēpli ministros depulit atq; fugauit: necnō & oīa auaritia expilauit: pp q & iusto dei iudicio Nabuchodonosor rex Babyloniæ: ut Iosephus lib. x. hēt: cū magno apparatu ad Euphratē uenit: & contra Nechao regē ægypti pugnauit: & eo superato fluuiū trāsiens oēm syriā pter iudæā usq; pelusiū cœpit: indeq; post quartū annū q erat octauus regni ioachim idē Babyloniæ rex cū magno exercitu cōtra iudæos castrametati tributa ab ioachim exacturus: aut certe dimicaturus: sed ille eius minas metuēs tributa quæ petebat p tres annos pbere spopondit. Tertio uero anno audiens ægyptios denuo ꝯtra Babylonios pugnaturos tributa soluere recusauit: ppheta aūt Hieremias monebat & pdicabat: q frustra ægyptiorum spe teneret: q & uerum fuit: qa ægyptii cōtra Babylonios pugnare nō psumpserūt: sed statim uenietem Babyloniorum regem cū exercitu magno iure fœderis suscepit. Dūq; Nabuchodonosor Hierosolimā intrasset: fidē nequaquā seruās: post īnumeros iuuenes fortissimos una cū Ioachim rege interfecit: eiusq; cadauer ignominiose extra muros urbis iuxta uerbum Hieremiæ prophetæ proiici præcepit: & Iechoniam Prioris infecti filium pro eo regem constituit. 4599 609


¶ Nabuchodonosor Caldæorum: seu Babyloniæ rex: cui res bñ gestæ magni cognomē dedere: ānō quarto regni Ioachim apud Babyloniā regnare cœpit: sed qītum regnauerit cōpertū nō habemus: q suscepto regno: ut Iosephus ait: multa cū finitimis bella sūma uirtute cōfecit: & quā maxime cū ægyptiis pspere dimicauit: & Nechao eorum rege ac psameticū eius filiū regni successorē: ut quartus regū liber hēt: ad extremū deuicit. Iudæā deīde & Syriā durissimo sibi subiugauit iugo. Ioachim pdictum īterfecit: ac eius successorē bis uictū una cū matre: omniq; familia: ac cūctis principibus: & aliis cōplurimis qui sese tradiderāt: & uasa dñi in Babylonē trāstulit. & Sedechiā patruū suum suo loco suffecit: q cū & ipse iusiurandū trāsgressus fuisset: & tributū pmissum denegasset: ad eū cū ingēti exercitu uenit: & diu obsedit: & tandē fame coactū: cū ad deditionē cōpulisset ciues: ipm captū: & in ꝯspectu suo adductū ꝯfestim execrari fecit: & eius uniuersam familiā trucidari mādauit: innumeros quoq; ciuitatis in Babyloniā traxit in seruos: ac totā urbē una cū tēplo euerti & incendi pcepit: sed & assyriorum regnū a Medis destructū tādem obtinuit: pp q Babyloniorum regnū fcm̄ est oīuȝ monarcha: sed cū sui ipsius opinione se nimiū extulisset: dñs eum insania circūuenit: & .7. annis fenū ut bos comedere cōpulit: sicut habet Daniel. 4. post annos uero septē idē eleuās oculos ad cœluȝ supplicauit deo: ut regnū recipe ei ꝯcederet: q eidē una cū sensu restitutū est. Quo recepto bñdicēs altissimo gr̄as egit: q ptās eius sit æterna: eiusq; regnū in gñatione & gñationē: & cūcta regna terræ apud eū in nihilū reputata sint: unde regnū ei restitutū amplior ēt gloria addita est: pp q ideȝ Nabuchodonosor dixit. Ego laudo & magnifico ac glorifico regē cœli: qa oīa opa eius uera sunt: & uiæ eius iudicia: & in supbia gradientes humiliare scit & pōt: ut habet Danielis. 4. porro dum uixisset annis. 40. defunctus est Baby. relicto eius filio Nabuch. regni successore.

Ioachin I Oachin cognomēto Ieconias pdicti ioachiȝ nepos: imo poti⁹ filius: ut iosephus restat primus: & .20. regū iuda. 474. regni Dauid: & .344. olympiadis āno a Nabuchodonosor rex ꝯstitutus regnauit in hierusalē mē. 3. & dies. x. hic āt Ioachin supioris ioachim filius: scribi debet: ut Hiero. ait. cū extrema syllaba chin: pr̄ uero p chim: & ob hāc cām in Euāg. Mat. una ur̄ deesse gñatio. qa scda tesseredecas ī patrē huius ioachim definit: & tertia ab isto incipit. Cūq; primū hic regnare cœpisset repēte timor Babyloniorum regē īuasit: timēsq; ne mali memoria p nece pr̄na puinciā īuaderet: ꝯfestiȝ exercitū in hierlm misit: & eū in urbē obsedit: ipe āt cū eēt uir bonus nolēs ciuitatē pdere: ꝯsilio Hieremiæ pphetæ usus: se cū mr̄e: oīq; domo: ac reliqs ei⁹ pricipibus ultro Nabuchodonosor tradidit. Cūq; iusiurādū ioachin ab eis q a rege Babyloniæ decreti fuerāt accepisset: qd nihil mali q remāsuri erāt in urbe paterent: eorum fides nequaq̄ īuiolata remāsit. Sed cū Ioachin pdictus in Babylonē accessisset: rex Babyloniæ pcepit pricipibus suis: ut oēs q erāt in hierlm iuuenes captiuos sumerēt pariter & artifices: eosq; ad se legatos adducerent: q oēs: ut Iose. scribit fuerūt. 10. millia: & .831. īter quos ēt fuere Mardocheus: Ezechiel & Daniel: māsit aūt Ioachin iste in carcere apud Chaldæos. 37. annis: donec Nabuchodonosor filius pr̄e defuncto leuaret eū: & hæc Babylonis trāsmigratio appellata est: hūc itaq; Nabuchodonosor iunior post mortē patris a uinculis soluit: eūq; quoad uixit inter amicos habuit: & multa ei dona cōcessit: facitq; in Baby. īter reges hēri: acceptaq; uxore genuit Salathiel: q genuit Zorobabel: q genuit Abiuth. 4597 602

Sedechias. S Edechias Iosiæ regis filius: & pdicti Ioachin patruus ultimus regū iuda & Hierusalem: anno ut supra a Nabuchodonosor loco superioris in Hierusalem constitutus regnauit annis. xi. Huic Nabuchodonosor in subiectionis signum nomen permutauit: & tributariū sub iuramēto sibi cōstituit: mandauitq; ut nihil ei hostiliter agere præsumeret: nec ægyptiis faueret. Verum cum in omni turpitudine & auaritia atq; segnitiæ: tam sacerdotum principes: quā ipse: ac uniuersus populus deum offendisset: & nullum sibi ueniæ locum reliquisset: e regno tandem 4598 601

regno tandē turpissime cū omni populo eiectus ac īterfectus est. Nā nono sui regni anno subornātibus ægyptiis tributū Caldæis ꝓmissum denegare: & in libertatē se uendicare tētauit. Quāobrē Nabuchodo. ira pcitus maxio coacto exercitu ī Herusalē tumultuariæ ꝯscēdit: & primo oēs iudææ urbes in fidē recepit. Indeqꝫ dirreptus: īcensisqꝫ circūquaqꝫ uicis & suburbāis anno. 9. Sedechiæ huꝰ regis decia die mēsis Demēb. Nabuchodo. circa Hierosolymā castramētatus est: quā cū. 18. mēsibus durissima fame & peste obsedisset: tādē in ꝑtātē suā redegit: regeqꝫ cū filiis ac pricipibus capto: ad regē Nabuchodo. milites pduxerūt: uenietē quoqꝫ ad se regē Nabuchodo. ipsum īpium & īfidū ac īfœlicē uocare cœpit: & iurisiurādi īmemorē: q̄d p̄buerat ei ut ꝓuinciā custodiret: sup hæc ēt eū īgratū obiurgauit. q̄a dū ab eo pcepisset īperiū q̄d ab eis fr̄ tulerat & illi ꝯtulerat: ꝯtra munificū largitorē egisse uidebaṫ: hostiliter his uerbis aduersus Sedechiā dictus statī eius filios in cōspectu suo iussit perimi. Deīde eius oculos eruēs eū uinctū pduxit ī Babyloniā. Hæc q̄ppe Hieremias & Ezechiel eidē ꝓphetauerāt q̄d uinctus ducereṫ ad Babylonicū regē. Capto igiṫ rege uniuersum populū Caldæi trucidauerūt: q̄ gladiū euaserāt: ad seruiēdū Caldæis adducti sunt. Ac sic iudæi iuxta uerbum Salomōis: quū ꝓphetaꝝ exosam habuisset disciplinā: & timorē dn̄i nō suscepisset: sed uniuersæ bn̄dictiōi dn̄i detraxisset: tādē fructus uiæ suæ comederūt: & suis ꝯsiliis saturati sunt. Hāc igr̄ ꝯuersationē q̄ de genere Dauid regnauerūt habuisse noscunṫ. ¶ Massilia Trāsalpinæ galliæ ciuitas.

600 4600 ¶ Massilia trāsalpinæ galliæ ciuitas primo anno regni Sedechiæ. 45. olym. Soli. test. a phocēsibus psaꝝ aduētu ꝓfugis ꝯdita fuit: hæc olim clarissima ciuitas fuit: & in narbonēsi ꝓuīcia: ī galliaꝝ finu iuxta Rhodanū fluuiū ī loco petroso sita: magnitudīs eximiæ extitit. Huic portus subiacet pulcherrimus: q̄ arcē pugnacissimā loco edito ēt habet: ī q̄ q̄dē olim apollinis d̄lphici pulcherrimū tēplū structū erat. Cuiꝰ urbis ciues postea q̄ a prīcipio p multa tp̄a ī bellis se exercuerāt: pacatis oībꝰ rebꝰ ad ciuiles īstōes: terræqꝫ cultū ꝯuerteṙt. Quinīmo p̄miores urbis ad eloquētiæ & p̄hiæ artes ita se transtulere: ut do ctrina græcis cōpari potuissent: ad quā plane urbeȝ cōplurimi ex



nobilioribus Rōa. adolescētes ꝑ acquirēdis doctrinis trāsmittebanṫ: nā eoꝝ uictus frugalis & modestus sp̄ fuerat: pp̄ q̄d Cæsar: eiusqꝫ successores Ro. ēt cū eisdē bellis tēperātiꝰ se hūere: & galli aliæqꝫ natiōes uidētes eos in tāta pace uiuere: ad eoꝝ uiuēdi normā se ꝯtulere. Cūqꝫ uarios sortita fuisset: uel dn̄os uel tyrānos ꝓut se tp̄a offerebāt: nunq̄ tn̄ aut legē: aut ab alienigenis dispēdia ꝑtulit: p̄terquam a Cathelanis: qui anno salutis nostræ. 940. multa instructa classe eam īuaserunt: & quasqꝫ diuitias auferētes bōis oībus uacuā reliquerant: pp̄ q̄d ullas deinceps uisa fuit reassumere uires: huic Lazarus quē dn̄s a mortuis suscitauit: primus ab apostolis destinatus fuit episcopus. Cuius q̄dem reliquiæ nunc usqꝫ magno in honore apud eā habitæ sunt. Fertur quoqꝫ & beatæ Mariæ Magdalenæ ipsius Lazari sororis corpus ibidē quiescere. Apud hanc multi clarissimi floruere uiri: īter quos fuit Saluianus eiusdē ecclesiæ præsbyter: diuina humanaqꝫ litteratura admodum doctus. Et Muscus in diuinis scripturis præsbyter: græca latinaqꝫ lingua eruditissimus: qui de uiris illustribus more diui Hiero. librum edidit: hinc etiam Coruinus orator & Victorinus rhetor claris. qui multa in diuinis edidere: originem duxere: atqꝫ alii complurimi: de quibus infra dicetur.

¶ Astyages Arsacis regis filius octauus & ultimus medoꝝ rex: tertio Sedechiæ regis anno medis
597 4602 regnare cœpit: & regnauit an. 38. Hic: ut Hiero. in prīo hist. placet. & Iusti. in epithōate suo (unā tn̄ noīe Mādanā gēuit filiā) q̄ tn̄ aliq̄n in sōniis mīsisse uidit: ut totū orbē eius urina replere uidereṫ. Iusti. uero nr̄ aliter de sōno sentit: q̄a nō mictū: sed utilē e filiæ gēitalibus oriri Astyagē uidisse dicit: q̄ totā occupauit ꝓuinciā: hāc igr̄ p̄r eo sōnii portēto pterritus ex arioloꝝ suoꝝ ꝯsilio cābisi cuidā psaꝝ mediocri uiro dedit uxorē: ne p̄rna: m̄rnaue nobilitas aīos nascētiū nepotū extoleret: ac nec sic q̄dē metū deposuit: sed cū natus eēt ei prius īfans illū harpago archanoꝝ suoꝝ pticipi dedit occidēdū: sed ille prudētia usus existimās īpiū aliq̄n ad filiā fore deuoluēdū: cū. s. Astyagi nulli essent masculi: ip̄m occidere timuit: ne aliq̄n necati īfantis pœnā subiret. Quāobrē uni ex pastoribꝰ regis exponēdū dedit. Q̄d audiēs pastoris uxor q̄ ēt eodē tp̄e filiū pepat: rogauit uiꝝ sibi pueꝝ regiū alēdū afferri. Cuius p̄cibus uir morē gerēs: ī siluā rediit: uidensqꝫ pueꝝ iuxta canē fœminā eius ubera suggētē: q̄ a feris: auibusqꝫ defendebat: misericordia motus pueꝝ suscipiēs uxori detulit: cane eū ꝑsequēte: quē ubi in manū mulier accepit: mox uelut ad notā puerulus allusit: pp̄ q̄d ꝓprio p̄tū exposito regiū educarūt īfantē. At puerulus adultus cū īter ludentes: rex delectus fuisset: & contumaces aliquādo cecidisset: delata est regi q̄rela: q̄ a seruo īgenui uerberaretur. Ille accersito puero &

interrogato: & cum imutato uultu se id fecisse: ut regem respondisset. Admiratus eius cõstantiam in memoriam somnii reuocatur. Cognitoq́ꝫ ꝙ nepos esset: iratus Harpagi filium interfecit: & patri epulandum dedit: quod harpagus ægre ferens: dolore in tempus aliud dissimulato: uindictam distulit: nam quum puer: quem cyrum uocauerat etiam adoleuisset: & ipse omnem astyagis duceret exercitum: harpagus hortatus est cyrum: ut arma contra auum astyagem sumat: seq́ꝫ ei omnẽ exercitum dediturum pollicetur: quod ubi cyrus audiuit: collectis persis contra Astyagẽ auum ducit exercitum: & Harpagus cõfestim cũ exercitu ad eum defecit. Astyages autẽ cõtractis undiq́ꝫ auxiliaribus copiis in cyprũ ꝓficiscitur: eumq́ꝫ superat. Verum fugientibus persis: matres eorũq́ꝫ uxores eisdem obuiam fiunt: & nates atq́ꝫ pudenda ostendentes dicunt. Nũquid iterato tanq̃ paruuli in uterum refugere uultis. Qui pudore repræssi rursus in ꝓlium redierunt: & facto impetu astyagẽ superarunt: eoq́ꝫ capto nil aliud q̃ regnum abstulit. Verũ eidem se magis nepotem q̃ uictorẽ exhibens: Hircanus eum præfecit. Regnoq́ꝫ suscepto in persas transtulit: & sic Medorum regnum defecit: quod per annos ducentos & quinquaginta nouẽ sub regibus octo porrectum fuit. Quorum ẽt nomina & tempora hic epilogando recensemus.

¶ Medorum regum epilogus.

Arbaces.1.	añ.28.	Cardiceas.4.	añ.13.	Cyaxares.7.	añ.3.
Sosiranus.2.	añ.30.	Diocles.5.	añ.54.	Astyages.8.	añ.38.
Medidus.3.	añ.4.	Phraortes.6.	añ.54.	Hi in unũ supputati fiũt	añ.259.

¶ Vaphres pharao psametici regis filius: hoc anno qui est quartus Sedechiæ regis annus. Egyptiorum regnum accipiens regnauit annis triginta. Adhuc capta a Caldæis Hierosolyma iudæi qui remanserant Codolia Caldæorum regis præfecto ab eis interfecto uetiti confugerunt. Hieremia ꝓpheta secum tracto. De quo idem Hieremias meminit.

¶ Viri doctrinis excellentes.

¶ Abachuch propheta in numero.12. ꝓphiarũ decimus: his tpibus spũ ꝓpheticæ plenus apud iudæam in ꝑcio fuit. Qui ex ꝓcepto dñi Danieli in lacũ leonũ existẽti prãdiũ attulit. Hic librũ ꝓphetiæ suæ titulo noĩs sui ꝓnotatum in iudæa edidit: ubi Christi dñi nostri natiuitatẽ atq́ꝫ passione ꝓphetat dicẽs. Operuit cœlos gloria eius: & plena est terra. Splẽdor eius ut lux erit: cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius. Et ꝓpterea diuus Hiero. eũ luctatorẽ fortẽ ac rigidũ uirũ appellat. Tandẽ mortuus uir scũs habitus est. Eius festum decimooctauo calẽdas Februarii celebratur. Corpus uero eius cũ diu occuluisset sub Archadio principe diuina reuelatiõe repertum fuit.

¶ Ezechiel autem ꝓpheta & sacerdos domini: uir sanctus atq́ꝫ pulcherrimus: qui superioribus annis cum Ioachin rege captiuus adductus fuerat in Babylonem tempestate hac ibidem existens ꝓphetauit futuras populi iudæorum calamitates: & hæc ex Babylonia in Hierusalem ad Sedechiaꝫ regem misit. Cui tamen idem rex non credidit: sed nec hi qui cum eo captiui fuerant uidentes adhuc Hierusalem urbem stare: quã Hieremias & ipse casurã esse prædixerãt. Tricesimo deinde ætatis suæ anno & captiuitatis suæ quinto librum prophetiæ suæ componere cœpit. Cuius quidem libri sermo: ut diuus scribit Hiero. nec satis disertus: nec admodum rusticus est: sed ex utroq́ꝫ medio temperatus. Cuius sane principia & finis magnis inuoluuntur obscuritatibus. Et sunt qui dicãt eundem a quibusdam sapientissimis uiris: nõ ab Ezechiele scriptum. Et propterea apud hebræos nõ nisi a uiris doctissimis legi permittitur. Hunc tandem quædam reliquiæ iudæorum: scilicet Dan: & Gad: quibus prædixerat eos in Hierusalem non regressuros apud Babyloniam interfecerunt: & tã quã martyr habitus est: & in sepulchro Sem filii Noe: & Arphaxath eius filii sepultus. Cuius quidẽ diei festum.4. idus Aprilis celebramus.

¶ Daniel desideriorum uir: & ꝓpheta celeberrimus ex regum iudæorum familia natus a Nabuchodo. Caldæorum rege in Babylonem cum Ioachin rege captiuus ductus: & ab eodem enutritus anno nono Sedechiæ regis Hierusalem: postq̃ paruulus insontem Susannã a morte liberasset: diuino spiritu illustratus primam regi Nabuchodo. in Caldæa soluit uisionem. Quãobrẽ rex eius obstupescens ingenium: ꝓcidens in faciem suam eũ salutauit: & gratias egit ei: ac ei quasi deo sacrificari præcepit. Ciuemq́ꝫ ꝓprii dei nomen imponens curatorem cõstituit: & eum in honore ꝓcipuo habere cœpit: eo etiam ꝙ eum forma decorum & omni sapientia præcipuum fuisse depræhẽderat: & q̃ maxime quia omnium uisionum & somniorum intelligẽtiam in eo cerneret. Nã cum in cõspectu eius staret: omne uerbum & sapientiæ intellectus ꝙ ab eo rex suscitatus fuisset in decuplum super ariolos suos eo inuenit. Eum tamen idem rex Nabuchodonosor cum statuam suam quã erexerat adorare recusasset: cũ cognatis suis in fornacem ignis ardentis mitti iussit: quos diuina ꝓuidentia liberauit: nec eos omnino ignis contigit: & propterea in maiori precio haberi cœptus est. Mortuo deinde Nabuchodonosor: qui mutatus fuit in bestia eius filio Balthasar etiam ꝓnunciauit qui terminus sibi erat futurus: cum litteras in pariete scriptas exposuisset. Destructo deinde Babyloniorum principatu a Dario astyagis filio in Mediam ab eodem Daniel perductus fuit: ubi cum omni honore celebrauit: & super omnes satrapas præposuit. Sed ibidem inuidia præualente: seu in lacum leonum rex Darius iniri coegit: sed nihil mali ab eis passus: cognoscens diuinitatem eum saluasse: deinceps in præcelsiori honore habuit Danielem: & cum excelsus & clarus

haberetur:eo ꝙ religiosus & sanctus esset in Ebathenis ciuitate Mediæ mausęolū sibi ædificauit ꝑclarissimū:ubi & tandē sepultus est. Hic itaqꝫ ꝓphetauit nō solū futura:sicut alii ꝓphetæ: sed ēt tp̄s diffiniuit:quo suæ ꝓphetiæ necesse erāt adimpleri:scripsit aūt librū ꝓphetiæ in.io.uisiōes diuisum: quas se uidisse refert. Tres sub Nabuchodo. Tresqꝫ sub Balthasar eius filio:septimā & octauam sub Dario rege:& duas ultimas sub Cyro. Liber tñ eius apud hebræos nec susanæ historiā hꝫ:nec hymnū triū pueroꝝ:nec Bel:dracōisqꝫ fabulas: q̄s q̄dē diuus Hiero. dispersas in unū collegit. Hunc itaqꝫ Hiero. totius mundi philostoricum uocat:eo ꝙ lapidem in monte sine manibus præcisum & alia multa descripserit. Nec tamen eius liber īter prophetas apud hebræos computatur:sed inter Agyographas id est qui sacram descripserunt historiam. Mortuus deniqꝫ & inter sanctos habitus:eius festum duodecimo calendas Augusti celebratur.

¶ Ennius quoq; poeta comicus natiõe Tarẽtinus: & ipse tpibus his Eusebio referẽte floruit: q tandem a Catone quæstore Romã trãslatus in mõte Auentino habitare: parco qdem sumptu & unius ancillulæ ministerio ptentus semp psuadens aĩas esse ĩmortales. Et ideo in uitæ suæ termino dixit: aspicite o ciues senis Ennii imaginis formã. Hic uestrũ pinxit maxĩa facta patrũ. Nemo me lachrymis decoret: nec funera luctu Faxit curæ uolito uiuus p ora uiꝝ. Idemq; poeta pudicitiã pdicans dicebat: flagitii initiũ esse ĩter ciues corporea nudare. Hic quũ comœdias optimas elegãtesq; edidisset: septuagenario maior auriculari morbo. Olympiade.153.interiit. Sepultusq; fuit in Scipionis monumẽto uia apia intra primũ ab urbe miliariũ. Apud latinos aũt multos comicos fuisse inuenimus.s. Ceciliũ: Neuium: Liciniũ: Attiliũ: Turpilliũ: Trabeã: Lucretiũ: & Ennium istum: atq; alios: ut Terentiũ & Plautũ pdictũ: sed Terentius & Plautus iam soli remãsere. De qbus Vlucatius sedicus in libro quẽ de poetis scripsit. Referens quem ex prædictis comicis pstare putaret: quoq; in loco poni quisq; debeat his uersibus explicauit dicens. Versus

¶ Comicorum dinumeratio.

Multos incertos certare hanc rem uidimus. Palmam poetæ comico cui deferant.
Quum me iudice errorem dissoluã tibi. Vt contra si quis sentiat nihil sentiat.
Cecilio palmam tribuo de comico. Plautus secundus facile superat cæteros.
Deinde neuius qui fuerit precio in tertio. Si erit quod quarto detur dabitur licinio.
Post insequi licinium sancio attilium. In sexto sequitur hos terentius.
Turpillius septimũ: trabea octauum obtinet. In nono loco esse facile facio lucentium.
Decimum addo antiquitatis causa ennium. Hanc etiam Gellius cõfirmat sententiam.

¶ Panetius philosophus Scipionis cõsulis præceptor hisdem temporibus clarus fuit: qui & stoicæ sectæ philosophus extitit: quẽq; Cicero in libro officiorum imitatus est.

¶ Possidonius stoicus ipsius panetii discipulus hac tempestate agnoscitur: & magno Põpeio postea admodum familiaris fuit: & eius res strenue gestas scripto mãdauit. Hunc diuus pater Augustinus.5.de ciui. Dei maximum dixit fuisse philosophum.

5012 ¶ Scipio alterius Scipionis filius. Vir oĩum Romanoꝝ ferme primarius hoc anno uigesimumquartũ agens annum duobus Scipionibus Hasdrubale interfectis a senatu Romão ad Hispanias

mittitur:porro hic adolescens magnanimus.Dum ītellexisset senatores pp Hānibalis metum Italiā relinquere uelle:statim in senatu ueniēs:extracto gladio id fieri ꝓhibuit:asserens se uelle patriæ defensorē esse.Ipse qppe phs magnus fuit:& panetii ṗdicti auditor.Atq; īter cæteros mortales animi ṗstantior extitit:& eximiā formā gerebat:& in oī amplo dignū īperio.Erat qppe benignus in audiendo:facūdus in rñdendo:& in ꝯcitādis hoībus egregius artifex:habitu corpis uirili: Cæsarie ꝓmissa utebat̄:ad hūc salutādu3 Masinissa rex ueniens:ut primū ꝯspexit uiꝝ admiratus dr̄: ut nec ab eo dimouere oculos:nec ītuendo explere desideriū posset. Quātumq; romāæ libertati semp cō suluerit:facile ītelligi pōt:nā quum in Hispanias ꝓfectus esset:oēm statim carnis uoluptatē a castris amouit:unde & duo scortoꝝ milia legit̄ ab eius tunc exercitu abiisse.Carthaginē nouā hispaniaꝝ urbem ui cœpit:ubi erat pecuniæ & belli apparatus:copia plurima:& redditus:Hispaniaꝝ obsidibus eoꝝ parentibus:Magonem Hānibalis fratrem captiuū Romā trāsmisit:sed & uirginē quandā spōsam captiuā(ut Liuius tradit)spōso ualde generoso q̄si genitor prius in mr̄imoniū tradidit:puellæq; pcium dotis noīe ꝯdonauit:postea ut Eutropius lib.3.ait.70.ciuitates Hispāiæ recepit.Quibus fœliciter gestis:Romā reuocatus ꝯsul ꝯtra Carthaginenses designat̄.Eoq; pgens:ꝯfesti3 amonem Aphroꝝ ducem cū Siphace Numidiæ rege Romāæ ditioni subegit.Nec multo post ibidem cum Hānibale Carthaginensiū duce ꝯgressus:ita eius equitatū fudit:ut supra uiginti pœnoꝝ milia cæsa:totidem fere capta una die referat̄:& ipse Hānibal cum paucis equitibus īter tumultū elapsus ꝓfugit.His rebus ita cōpositis:quū hostiū castra diripuisset:īgentiq; pda in naues redacta:& terra mariq; pace obtenta in Siciliā traiecit.Inde p Italiā nō minus pace quā uictoria lætus pgens effusis nō modo urbibus ad exhibendos ei honores:sed etiā aggrestium turba obsidente uias. Romam tādem puenit:triūpho oīum clarissimo urbem īuictus Aphricāus uocari meruit:referens in ærarium:sicut Liuius lib.32.refert argenti pōdo centū milia.22.ab huius autē triumphi spectaculo mors Siphacem subtraxit.Cuius triumphi formā Apianus historicus stilo diligenti ꝯscripsit: sicq; secundū bellum punicū terminatū est.Quod qdem sicut Orosius lib.4.cap.42.ait.p annos.18.gestum fuit:de quo qdem Scipiōe diuus pater Aug.p.de ciui.dei cap.30.sic refert.Quod nō solū pōtifex maximus:sed etiā totius senatus iudicio uir optimus habitus fuerit.Qui Catoni ꝯtradicēs nolebat Carthaginem Ro.īperio emulā oīno euerti:timens ne qd̄ postea euenit.Romāi quum sine belli metu essent lasciuirent.Nā deleta postmodū Carthagine sub iuniore Scipiōe multa subsecuta sunt mala:ita ut pdita Romanoꝝ moꝝ ītegritate crudeliora paterent̄ a ciuibus q̄ ab hostibus. Quod prudens iste nolebat ciuitate3 fortem auferri:ut timore dominādi libido præmeret̄.Huius qppe philosophi ṗclaræ fuere sn̄iæ:ex quaꝝ numero memoriæ gratia hāc celeberrimā de ipso dictam hic apponimus.Dicebat.n.nunq̄ se minus ociosum q̄ quū ociosus esset:nec minus solū quā quum solus esset.Hic tn̄ talis ac tātus patriæ pater:tādem ab emulis a senatu de pecunia accusatus fuit.Quibus sicut narrat Valer.in ꝯciōe rn̄dit:quū totā Aphricā potestati uestræ subiecerim : nihil de ea qd̄ in æuū diceret̄ detuli ṗter cognomētū solū.Item nec me Aphricāæ diuitiæ : nec fratrem meum asianæ auaros reddidere quū esset uterq; nostrum magis inuidia locuples quā pecunia.Sane ab ingrata patria pulsus:apud Linternum rusculum exulans tandem : ut Plutarchus testat̄.52. ætatis suæ anno morbo interiit.In cuius quidem tumulo hæc inscripta referuntur.Deuicto Hannibale capta Carthagine & aucto imperio:hos cineres marmore tectos habes: Cui nō Europa non obstitit Aphrica quondam.Respice res hominum quā breuis urna premit.

Scorta milia duo ex castris expulit
Mago apher
Amon dux
Siphas rex
Thesaurus infinitus
Triumphus clarissimus
Snia digna
Emulatio contra hūc non defuit
Ingratitudine3 Romanoꝝ hic recitat

¶Tarentia emilia ex emilioꝝ familia nata huic Scipiōi uxor fuit:mulier siqdem sanctis ēt usq; in cœlū extollenda laudibus.Hæc.n.ṗter morem uxoꝝ quum uidisset uiꝝ suum iam senem in dilectionem ancillulæ suæ cōcubitum incidisse:quātumcunq; ei difficillimū uideret̄: id tn̄ ꝯstāti aīo tanq̄ mulier inclyta pertulit:existimans discreta mulier nimium indecens:ꝙ uir suus qui sua ingenti uirtute reges & ualidas natiōes Ro.īperio subegerat:dici & scribi ꝙ amore ancillulæ detineret̄: unde quoad uixit uiri crimen silentio oppræssit:ut nedum alteri:sed nec etiā uir ipse unq̄ perpendere potuit:eam hæsisse quid ageret.Et nō solum hoc archanum Scipiōe ipso uiuente seruauit: sed & eo defuncto ad auferendā eius īfamiā statim ancillā liberali aīo manumisit:deinde eā cuidā liberto suo coniugem dedit:& hoc ne magnifici uiri fama inclyta macularetur.

¶Scipio nasica prædicti Scipiōis aphricāi(ut aiunt)frater:& ipse his tpibus a senatu ꝯsul dictus: pp qd̄ ab Asia sic deuicta asianus cognominari ꝓmeruit:qbus superatis Anthiocus rex filiū suum noīe Epiphanem natu minorem pro Seleuco maiore Romāis obsidem & pacem eo pacto obtinuit:ut quum Europā atq; Asiā minorē deferēs ītra thauꝝ:ut ṗmissum est:se ꝯtineret:ut Hānibalē belli ꝯcitatorē traderet.Rediēsq; Romā Scipio haud multopost Marcello ꝯsule ī æthruria a boiis supata de ipsis triūphauit.Cuius triūphum Liuius ita describit dicens.In eo triumpho gallicis:carpentis:arma:signa:& spolia omnis generis transuexit:& uasa ænea:gallica:& cum captiuis nobilibus equoꝝ gregem:traduxitq; aureos torques.Transtulit & æris mille quattuor centū septuaginta adhuc auri ducenta quadragintasex argenti infecti:quod in gallicis uasis:more suo factum .360. pondo.Bigatorum numerum.132.militibus qui currum secuti sunt centenos uicenos:quos nos asses dicimus duplex centurioni:triplex equiti. 5024 175

¶Seleucus qui & Philometor sextus Asiæ & Syriæ Rex.16]. anno regni epiphanis regnum suscipiens

piens regnauit annis.12.uir quidem ingenio hebes & iniquus:cuius tempore Symon p̄positus templi Hierusalem ad Apollonium ipsius ducem in phœnicem confugiens multis muneribus sacerdotii principatum sibi uendicare tentauit.Quo audito Seleucus ipse Heliodorum quendam necessarium suum ad negocium exequendum misit:qui in iudæam ueniens:inique nimium iudicās cum multo terrore uisis signis diuinis ad Seleucum reuertitur:ut patet.2.machab.3.Onias autem sacerdos curauerat:ut Symon profugus fieret.Hic quū nullum filium successorem reliquisset:Antiochum illustrem fratrem successorem habuit.

167 5032 PTholemæus philometor sextus ægyptioꝝ rex olympiade.150.q̄ fuit.428.iudaicæ captiuitatis annis ægyptiis regnare cœpit:& regnauit annis.35.Hic Antiochi sororis filius fuit segnis admodū uir & quotidiana luxuria marcidus:adeo ut nō solum regiæ maiestatis officia ītermitteret:sed etiam sensu hoīs ꝓpter nimiā saginā careret.Huic adolescenti Antiochus auunculus bellū graue ītulit:pp q̄d & legatos ad Senatū Ro.misit ab eo auxiliū postulās mouere senatū adolescētis preces: Pōpiliumq̧ legatū ad Antiochū misere: q̄ p̄ciperet illū ab ægypto abstinere:aut si iam īcessisset recedere eum iuberet:Pōpilius aūt quū Antiochū in ægypto reperisset:eidē statim Antiochus ex antiqua amicitia osculū obtulit:qa ut Iustin.scribit.Antiochus quū Romæ obses esset:Pōpiliū supra cæteros colebat:& pp illum periucunde uidit.Sed Pōpilius facessere iterim priuatā amicitiā iubet:quum patriæ mādata ītercedāt:ꝓlatoq̧ senatus decreto:& ei credito:quū eum cōctari uideret:cōsultionemq̧ ad amicos referri:ibi Pōpilius uirga quā manu tenebat amplo circulo īclusum amicos cōsulereq̧ eos iubet:nec prius inde exeat quā senatui respōsum det:aut pacem aut bellū habiturus.Adeo hæc austeritas regis aīum erexit: ut se oīno pariturā senatui respōderit.Hic Demū filiā Cleopatrā Alexādro Syriæ regi uxorem tradidit:ut fœdus inter eos initum seruaret:sed ꝓcessu tp̄is:quum idem Ptolemæus uir subdolus sub specie ferēdi auxilii Alexādro p eius trāsiret ciuitates:dolose per singulas ciuitates custodias collocauit & ut eius sibi subderet regnum:iuniorē Demetriū Alexādri hostem sibi cōfœderauit: & Cleopatra ab Alexādro ablata:eā eidem Demetrio uxorem dedit se prorsus ab Alexādri amicitia alienās:quem contra se uenientem fugauit:ac die tertia in oblatione capitis Alexandri sibi per arabum regem facta præ gaudio repræhensibiliter gestiens expirauit. ❡ Viri doctrinis excellentes. Pthole. philo.

166 5033 ❡ Statius Cecilius comœdiarum scriptor natione mediolanensis:& Ennii primo contubernalis his temporibus Eusebio teste clarus fuit:& multa conscripsit:Tādem post ennii mortem anno secundo & ipse mortuus est:& iuxta Ianiculum sepultus.

❡ Nicāder poeta græcus & ipse hisdem temporibus in precio fuit:quem Didimus fabulosum uocat:hic a nuptiis Iunonis & Iouis incipiens:omnes deorum successus usq̧ ad hæc tempora pertractauit:quem multis in locis Virgilius imitatur.

❡ Titus liuius tragœdiarum scriptor:alius a patauino p hoc tempus agnoscit:qui propter ingenium clarissimū a Liuio salinatorem:cuius liberos erudiebat:libertate donatus est.

❡ Philonem iudæum ex sacerdotum genere natum:& Alexādriæ educatum per hæc tpa floruisse cōstat.Et sapiētiæ librū græca lingua:in q̄ pitissimus erat:elegāti stilo ꝯscripsit:quē ideo sapīæ librū noīauit:qa in eo xp̄i dn̄i nr̄i laudes specialiter narrauit:uel quia multipliciter in eo sapientia commendat:scripsit & alia multa:ut diuus Hiero.in lib.de uiris illustribus commemorat.

❡ Cathon phs stoicus natiōe ægyptius panetii quodā discipulus hoc tpe floruit: & multa scripto reliqt.Cuius hn̄tur plurima egregie dicta ex qbus hæc pauca notabilia excerpta ferunt.Desines timere si sperare desieris.Quæris qd ꝓfecerim.Rn̄deo amicus mihi esse cœpi:si uis amari:ama: ab eo aliqn̄ quæsitū fuit:an bn̄ficiū seruus dn̄o dare possit.Rn̄dit.Quædā sunt beneficia:q̄dā uero officia:& q̄dā ministeria.Beneficiū inqt est q̄d alienus dat:alienus autē q potuit sine rep̄hensiōe cessare.Officium est filii:uxorisq̧:ac cæteraꝝ p̄sonaꝝ:quas necessitudo suscitat & opē ferre iubet.Ministerium est serui:quem cōditio sua eo loco posuit ut nihil eoꝝ quæ præstat imputet superiori. Sētētia bona

❡ Cato primus Romanoꝝ philosophus ac iurista:primo qdem quæstor:deinde his cōsul litterarumq̧ tam græcaꝝ quā latinaꝝ apud Ro.decus tempestate hac floruisse dicit:qui qdem Cato suum rusculi ignobile hortum postea Romæ nobilissimū reddidit:cuius certe ornamenta fuerunt latinaꝝ litteraꝝ monumēta ab eo edita militaris disciplina adiuta quoq̧ senatus maiestas & propagata familia:ex qua maximū decus Ro.posterior.Cato ortus est:q̄ sacratissimū illud catonū nomen postea īmortale fecit.Hic.s.primus Cato primo cum.Qu.Fabio maxīo militauit.Quīto deinde post anno q̄stor tarentū missus fuit.Vbi Enniū poetā p̄dictum inueniens Ro.secum deduxit: postmodū cum Scipiōe illo uiro optimo p̄dicto etiā aphricā transuectus rem publicā nō mediocriter innuit.Deinde ex ædilitatis officio censor factus:ac postea prætor optime in oībus se habuit. Consul etiā bis fuit:& post cōsulatum:quem strēnue in Hispania gesserat tribunus militū dictus ē. Demum quū sero & pene senex latinas litteras didicisset:etiā græcas litteras edoceri appetiuit.Vnde doctus factus historias & rem militarem tractauit atq̧ scripsit.Et dum sibi ex clementia quandam comparasset gloriā:id egit:ut iuris quoq̧ ciuilis pitissimus haberet:in senatu nanq̧ & extra senatum contemporaneos omnes grauitatis & auctoritatis excellentia superauit. Censorinus autē appellatus fuit:quod censuræ officium sibi specialiter fuerit commendatum. Censorinus grauissimus

¶ Genua maritima urbs celeberrima: ligurumq; caput per hæc tempora Liuio in.io .testante ex senatus populiq; Romani iussu: Cornelio consule a Lucretio uiro nobilissimo instauratur: quæ a magone Hanibalis duce fuerat euersa: ut iam suo loco prædictum est in conditione ipsius urbis.

¶ Per hos ferme dies Orosio teste Marcellus consul a boiis in Aethruria oppressus magnā exercitus ptem amisit. Cui postea Furius alter ɔsul auxilio factus uniuersa; boiorꝶ gentē:igni ferroq; uastauerūt:& ad nihilū redegerūt. Quibus etiā tpibus minutius cōsul a lyguribus in extremum piculi adductus:& insidiis hostium circūuentus: uix numidarum equitum industria liberari promeruit.

¶ Eodem quoq; tpe insubres boii:a qbus:ut testat̃ Liui. Papia ciuitas cōdita fuerat:atq; cenomani.i. Brixiani & Veronenses cōtractis in unum uiribus cum Hamilcare penorꝶ duce q in italia remanserat: Cremonā: Placentiāq; uastantes difficillimo bello a. L. Fuluio superati sunt.

¶ Macedonicū bellum per Quintium gestum.

¶ Bello punico trāsacto:sequit̃ macedonicū cōtra Philippū eorꝶ regē. Quod qdē scdm Liuiū ab urbe cōdita anno qngentesimo.50.cœptū est. Minore qdem terꝶ motuq; quā punicū gestū ē. Sed tanto clarius:quāto nobilitate Macedōes pœnos antecessere. In eo qppe bello:quū. T. Quintius Flāmineus ꝓspere rem gessisset:pax Philippo illā petenti data est:his tñ legibus:ne.s.græcas ciuitates:quas aduersus eū defenderet:īgens bellū īferret:utq; captiuos & trāsfugas reddeтet.50.tātū naues haberet:reliquas uero ipsis Romāis daret:p annos.io.quaterna pōdo argenti milia ꝓstaret:& obsidē Demetriū filiū suū daret. Post hæc uero idē Quintius Lacedæmōiis bellū īferens: Nabide; eorꝶ ducē uicit:& qbus uoluit ɔditiōibus eos in fidē accepit. Reuersusq; Romā triūphauit: de cu- 5034

Triūphi ordinē scribit ius triūpho: Liui. lib.33. sic scribit: Triūphus initus: die primo arma: tela signaq; ærea & marmorea trāstulit plura Philippo adēpta: quā quæ ex ciuitatibus exceperat: secūda die argētū aurꝶ factū & signatū uasa multa oī genere celata pleraq; qdā eximiæ artis fabrefacta & mlta alia: tertia die coronæ aureæ dona ciuitatū trāslata.i14.& ante currꝶ multi nobiles captiui obsidesq;:īter quos Demetrius regis philippi filius & armenes nabidis tyrāni filius lacedæmonius: deinde Quintius in urbe; est inuectus: secuti currꝶ milites frequentes in circuitu omni ex prouincia deportato.

¶ Perseus seu pses ultimus macedonū rex Philippi regis filius.3. regni Philo. anno .151. olym. regnare cœpit:& regnauit annis.io. quo regnāte macedonia una cū ipso rege in Ro. ditionē deuēit: hic itaq; Demetriū frēm habuit:q quū obses diu Romæ fuisset: oībus carus acceptusq; erat. Quapropter Perseus frater illi maximā cōtraxit īuidiā:& apud patrē illū criminari nō desistebat. Quibus rebus pater cōpulsus illū pimere fecit. Sublataq; fraterna emulatiōe perseus in patrē cōtumacior esse cœpit: nec se ut regni hæredē: sed ut regē ī oībus habebat: qbus rebus offensus pater in dies Demetrii mortē molestius ferebat. Vnde & breui post morbo ex ægritudine cōtracto uita decessit relicto magno belli apparatu cōtra Ro. quo postea perseus iste usus est: nā ubi primū patri successit: multas gētes cōtra Ro. in societatē belli cōtraxit. Inflatus nempe thesaurorꝶ multitudine:& paratis sumptibus fortūæ patre ueterē Alexādri magni gloriā cōsiderare oblitus uidebat̃. Equitū itaq; prima cōgressiōe pseus uictor fuit: attamē legatos ad cōsulē misit q pacē peterēt. Sed Sulpitius cōsul nō minus graues q̃ uictor leges dixit. Dūq; hæc agent̃ statim paulus Emilius cōsul cōtra eum missus est:q cū eo Liui. teste.3. nonas Sebtēbris dimicare cœpit:&.20. peditū milibus ex macedonibus occisis in ptāte emilii pseus hic deuenit deserētibus eū amicis: quē ɔsul: Eutrop. scribit: ad uictoris pedes cadere uolērē nō pmisit: sed iuxta se in sella collocauit. Illoq; capto Emilius.70. ciuitates q̃ in ægypto Ro. rebellauerāt cœpit. Macedonibus aūt & Illyricis has leges dedit: ut liberi oīno essent:& dimidiū tributorꝶ Ro. ꝓstaret: eorꝶ.s.q̃ regibus suis ꝓstitissent:& hoc ut apperet ppl̃m Ro. pro æqtate magis q̃ p auaritia dimicare. Perseus uero Romā pductus in triūpho adductus est.

¶ Antiochus nobilis siue illustris dictus septius Syriæ & Asiæ rex.4. regni philometoris anno fratre eius Seleuco defuncto regnare cœpit:& regna. annis.xi. hic sororē suā Pto. Epiphāi tradiderat uxorē:& ut regnū eius obtinere posset: affinitatis ꝓtextu Ro. īgressus ipsum īter epulas occidere fecit. Sed ab ægyptiis electus etiā post bienniū ad obsidionē Alexādriæ rediit. Ad que;(ut dictū est) Gn. pōpilius legatus a senatu missus ab obsidiōe urbis recessit. Antiochus aūt ne ob segnitiē ɔtemptui haberet̃: quo frater eius cōtēptus fuerat. Cleopatrā quæ fratri cōsors fuerat duxit uxorē:& ciuitates quæ a fratre defecerāt: postq̃ ab ægypto repulsus fuerat: regno suo adiecit. Iudæos quoq; q in Hierusalē habitabāt sibi subegit: quorꝶ uires tantæ fuerāt: ut post hūc nullū Syriæ regē tulerint. Hic

Hierl̃m destructio itaq; Hierusalē ciuitatē sanctā Menelao ꝓdente ui cœpit:& locū sanctū spoliauit: ac ꝓphanauit: legesq; destruere ꝑcipiens multos trucidauit:& hoc ipse Menelao iudeæ duce legū & patriæ ꝓditore faciente. Per hæc quoq; tpa: ut patet.2. macha.5. cōtigit p uniuersam Hierosolymorꝶ urbe; uideri.

Menelaus proditor ꝓdigiū narrat 50. diebus in aere equites decurrētes auratas stolas habētes & cursus eorꝶ equorꝶ p ordines digestos cōgressiones facere. Quā ob causam iudæi oēs rogabāt mōstrum in bonū cōuerti: sed oīa iudæis ꝑnuncia fuerūt dolorꝶ: qa haud multo post e tēplo thesauris ablatis: idē rex misit hoīes impios q cōpellerēt iudæos carnes porcinas comedere:& a patriis legibus se trāsferri & ɔtaminare sancta & nō templū dñi: sed Iouis olympici cognominare: quæ res malorꝶ pessima fuit. Coegit ēt eos relinquētes pria; religionē idolū uenerari: ædificare etiā in unaquaq; ciuitate & uico tēpla deorꝶ:& aras collocātes: īmolare sup eas porcos omni die ꝑcepit:& ne qs circūcideret̃: aut ne filii eorū.

Interminatusq;

Interminatusq; eis & torméta grauissima: si qs pstaria facere psumeret. Cógit & túc septé fratres una cú matre a satellitibus cóprahésos cópelli cótra fas comedere porcinas carnes: q oés cóstáti aio pro obseruatióe legú martyriú ptulere. Tádé dńs q oia cóspicit sceleltú ipuné nó pmisit: sed isanabili plaga eú pcussit. Dolor náq; eú itolerabilis iuasit: & corpore suo uermes ebulire fecit: q adeo eius carné corrupere q fœtor ab exercitu ferri nó poterat. Sed ipse cóuersus ad deú in mótibus peregre proficiscens ibidem miserabiliter expirauit: ut habet .2. macha. cap. primo. — Machabeorum fratrum Martyrium mors asprima hois

¶ Scisma iudæorum pontificum.

¶ Per hoc idem tépus maximú scisma iudæos iuasit: qd malorū multorū occasio fuit: Symó auté sacerdotú princeps moriens tres post se reliqt filios .s. Oniá: Iesum: & Ioánem: q & in tres principatus sacerdotii puenerunt. Onia uero natu maiore pótificáte: qa eidem nó erát liberi: duo reliq de pótificatu cótendere cœperunt. Et ut Antiocho pdicto regi placerent: ad eius ritus declinauerunt: adeo ut etiá noia gentiliú sibi ipsis iponerent. Et Iesus qdem Iasonem se noiauit. Joá. uero Menelaus est nuncupatus: & seditioné prius Iesus aduersus Menelaú cócitauit: & diuisa est populi multitudo: & pro pte Menelai filii Thobiæ cósistebát. Populi uero maxia pars Iasoné adiuuabát. Vnde Menelaus & filii Thobiæ ad Antiochú accedens idicarunt ei: q uellent patrias leges reliquere: & eius cóuersationé atq; mores obseruare. Rogaruntq; eú: ut pmitteret eis Gymnasiú in Hierosolymis ædificare. Quumq; cócessisset: circuncisioné primo uelauerút: & oia relinquerút: quæ eis mos patrius iponebat. Atq; hoc modo Menelaus sacerdotii principatú emés: sedit annis .xi. Et eo amoto sedit Iason annis .10. Vnde in primo macha. cap. primo scriptú est. Quod túc surrexerunt in Hierusalé filii Belial itroducétes ritus gentiú: & petétes ab Antiocho q Hierosolymitani deinceps Antiocheni scriberent. Onias aút uir sanctus uidens fratrū isolentiá e Hierosolymorū ciuitate ad regé descédit: ut uideret si quo posset eius aium imutare. Quod cú neqret apud Antiochiá in Asilo psedit: qué Menelaus isecutus iterfici fecit: at rex de iustissimi uiri nece turbatus: andronicú homicidá capi fecit. & purpura exutú eo in loco: quo Oniá pemerat tá diu uirgis cedi fecit: donec expiraret. — Iason Menelaus

159 5043 ¶ Mathathias sacerdos filius Ioánis filii Symóis filii Samoni de uico Ioab Hierosolymitanis habitans in Modin uico iudeæ: his tpibus doctrina & gloriæ fama apud iudæos plurimū honoratus est: cui quú .5. filii fuissent .s. Ioá. qui uocatur Gadis & Symó q dictus fuit Thasi: & Iudas q uocat Machabeus & Eleazarus atq Ionathas uidés statum iudæorū: & ciuitatis Hierusalem rapiná & tépli nuditaté ac plebis calamitates apud eosdé filios suos rerū statum plangere nó desistebat. Dicebatq; melius illi esse pro patriis mori legibus: q ita ignominiose uiuere. Venientibus aút ad eú ministris a rege directis hortabant eum ut secundú regis pceptum sacrificaret: id facinus una cú filiis facere recusabat. Et cum uidisset unú ex iudæis in uilipendiú legis imolare: iratus super eum: una cum filiis irruit: & eius sanguiné sup aram effudit: atq; Apollinú regis iudicé q ad talia cogebat cú suis militibus iteremit: & aram euertit: & clamás uoce magna dixit. Siqs emulat dei religioné sequatur me. Et hoc dicés cum filiis suis ad solitudiné cófugit: q multi iudæorū idem cum filiis suis fecere. Et illum sibi iudicem & ducem cóstituere: q eos in sabbatis pugnare docuit: dicés q si hoc facere recusarent: ipsorummet fierent homicidæ. Et deinceps apud iudæos in sabbatis pugnádi cósuetudo pmansit: quú etiá illis diebus potius mori uolebát q pugnare. Colligens itaq; Mathathias sibi armatá multitudiné aras ubiq; deposuit & peccátes iudæos quátos capere potuit iteremit. Eo igitur anno magistráte: dum morbo grauaret: cóuocans filios dixit. Ego filii mei decretá pficiscor uiam cómendo uobis patrias leges: ut ritus paternos custodiatis: & peregrinantes restauretis: & si oportet pro eisdem grata mente mori nó timeatis: pterea cómoneo filii mei: ut cócordiá iter uos habere dignemini. Adiecitq; Symoné cósilio præcipuú ut patrem habere iudá uero propter militiæ fortitudinem ducem in armis habetote. Quibus dictis rogauit deum filiis adiutorem fieri: atq; ita uiuendi finem fecit. Quo mortuo in modin sepelitur: ut habetur .1. macha. cap. 2.

154 5045 ¶ Paulus Emilius Romanorū cósul olympiade .154. quæ est .13. regni Philometoris annus ætatis suæ secundú Plutarchú .60. quum præsens macedonú rex multis prœliis Romanorū exercitú profligasset maximáq; Romanorū multitudiné partim occidisset: partim sub coróa uendidisset: & partim secum in Macedoniá deduxisset: misertus populi sui malis cósulatus officium: licet senex ptra eundé suscepit. Tátisq; rebus pfectus primo prœlio cógressus .20. peditum ex macedonibus interfecit: & multa alia facinora strénue gessit: de qbus infra. Fuit hic in primis Paulus ex Emiliorū Romanorū patriciorū uetustissima familia natus. Qui ætate florenti gloria clarorū uirorū effulsit uirtute nó ea secutus: q tunc cætera iuuentus sequebat nec p eandé uiam ingressus. Nó .n. ut Plutar. ait: in causis perorádis: nec in salutádo hoies qbus artibus plærią; fauoré sibi popularé captabát: quú tamé ad utrúq; foret aptissimus se exercuit: sed ut pstantioré utriq; fortitudinis & itegritatis sibi gloriam quærere studuit. Primú enim e magistratibus ædilitaté petens duodecim cópetitoribus: quos oés tpibus posteris cósules fuisse tradunt suffragiis populi Ro. prælatus est. Augur deide factus sic patriis moribus itendit: sicq; circa ueterū obseruátiá: disciplináue cognouit: ut nois & honoris dun taxat gratia cócupitum prius auguratú inter supremos magistratus habitú ostendit: philosophisq; adstipulatus: q religioné scientiá cultus diuini esse diffiniunt. Cuncta náq; faciebat cum peritia & studio nihil prætermittés uel addens. Sed & aduersus collegas semp etiá pro minimis insistens &

docens φ & si maxime quis rem diuinā facilem existimet:& sine querela negligentiæ:tamen nequaquā esse ferendā ciuitatē:quæ illā neglgi patiatᷣ:neminē ab initio magno excessu rempu.turbare:sed magnaꝶ reꝶ custodiā tollerare:q in paruis ac minimis diligentiā abiiciunt. Eo qdē modo disciplinæ militaris:moremq̃ custodem & obseruatorē se præstitit:ut ueluti sacerdos alioꝶ sacroꝶ circa mores dux & exemplar diceretᷣ.His enim uirtutibus fultus Emilius in hiberiā primum missus cum.12.securibus ut in eo cōsularis dignitas ostenderetᷣ:ibidem superatis circiter.30.hoīum milia oēs interfecit.Vnde in eo magnam futurā esse uirtutem apparuit:φ eius industria nō bellantium ui fuerit parta uictoria: postmodū cōsul factus cōtra ligures bellicosos hoīes secundū bellū cum octo militum milibus gessit.Qua qdem paucitate aduersus.30.hoīum milia ꝓficiscens eos oēs in fugam uertit:& intra mœnia cōclusis:spem bonā humanitatemq̃ præstitit.Postremo(ut dictum est)sexagenario maior:sed robusto corpore cōtra pseum macedonum regem cōsul missus ipsum tādem cum duobus filiis ac filia captum cū uniuersis macedonū regum Thesauris Romā deduxit:cui & senatus triumphū hoc modo parari iussit:primo pō ti.Ro.astitit nitidis uestibus ornatus in equestribus theatris:q arcus appellanᷣ:& in locis circa forum ad hoc ipsum ex ligno fabricatis:& in aliis urbis locis p quæ trāsiturus erat:sese ad spectandū triumphū cōparauit.Omnia urbis templa erāt aperta:& sertis uaporibusq̃ repleta suauibus.multitudoq̃ ministroꝶ aderat baculos māibus gestātium quæ ex medio turbas dimouebāt:& uias apertas pstabāt.Trāsmissio in tres dies diuisa fuit.Prima uix signis tabulis colossisq̃ trāsmittendis suffecit:quæ uehiculis cōportabantur.Secūda die ornatissima macedonū arma multis curribus delata fuere:splendētia ære ac ferro abstersa atq̃ ita disposita:ut casu maxime cecidisse e cœlo uiderenᷣ galeæ:scuta:toraces:ocreæ:& cretenses peltæ:trachia:getta:pharetræ:& equoꝶ frena.Enses nudi p hæc iacētes:& sarissæ infixæ:ita ut nec uictoꝶ qdem absq̃ meta foret aspectus:post hos armoꝶ currus tria uiroꝶ sequebātur:q̄ nūmismata ferebāt argentea in uasis.350.Vas qppe quodlibet erat trium talentoꝶ:quattuor uiri singula uasa portabāt.Alii crateras argēteas & phialas calices ornatissimos:īgentesq̃ certo ordine deferebāt.Tertia uero die prima luce tibicines nō mite neq̃ suaue:sed bellicū sonātes primi ibāt. Post hos uero.120.boues albi cornibus deauratis ducebanᷣ uittis & sertis ornati:ducebāt qppe eos adolescentes ad imolandum succincti:& pueri aureas:argenteasq̃ patenas sacrificii gratia deferebant:post eos sequebātur q aurea nūmismata deferebāt in uasis trium talentoꝶ:ut supra de argenteis dictum est.Numerus aūt uasoꝶ fuit tria & octoginta:his succedebāt:q aureā phialā decē talentoꝶ:quā Emilius ex lapillis effecerat.Item Antigonia & Seleucia & therīdea persei uasa aurea portabāt:post hæc persei currus:& arma & diadema super armis positū.Deinde modico post nati regii ducebanᷣ:& cum ipsis alumnoꝶ magistroꝶ & pedagogoꝶ lachrymās turba:qui & ipsi manus tendebāt ad ciues & pueros eadē facere & p̄cari debeāt.Erant masculi duo:Darius & Alexan. & una fœmina nō satis īfortuniū suum p ætatē ītelligentes.Quæ res magis ad misericordiā hoīes cōcitabat:multiq̃ ciues ad illoꝶ aspectum lachrymas demiserūt.Fuitque lætitiæ & doloris plenū spectaculum donec īfantes transierunt.Ipse aūt perseus post filios atq̃ ministros fusca ueste trepidans ibat amicus more patrio habēs ꝑpter magnitudinē maloꝶ ad oīa trepidus ac mite turbatus. Post eum ibat amicoꝶ & familiarium mœsta turba miserabiliter ipsum ītuentes lachrymantesq̃ ut etiā plæriq̃ ex Romāis lachrymari ꝑpter misericordiā cōpellerenᷣ.Atqui postulasse perseū ab Emilio fuerūt ne in triūpho duceretᷣ.Post eum deferebanᷣ aureæ coronæ:qbus Emilium uirtutis gratia græcæ donauerāt ciuitates.Erat numerus coronaꝶ.400.Deinde Emilius ipse sequebatur ornatissimo curru īuectus:uir & circa huiusmodi honorē spectaculo dignus purpurā auro cōtextā indutus:& lauri ramū dextera gerens:ferebat & laureū milites currū Emilii secundū legiones cohortes & manipulos subsequentes:partim carmina patria salibus pmixta risu:partim laudes Emilii canentes:quæ intuebātur & admirabātur oēs.Nec qcquam ex his quæ filii optāda forent deesse arbitrabanᷣ:nisi forte dæmoniū aliquod magnificis & amplissimis rebus sortem habebat derrahēdi:ac ita miscendi humanā uitā:ut maloꝶ oīum nullo modo sit expers.Sed iuxta Homeri sententiam cū his optime actum esse uideaᷣ:quos fortūa ad utranq̃ ptem cōuertit.Erāt igiᷣ Emilio quattuor filii:hoꝶ alter quinq̃ diebus ante triūphum est mortuus.16.annoꝶ ætate:alter uero q.12.erat annoꝶ tertia die post triumphū e uita discessit.Nec fuit quisquā ciuis qui hūc Emilii casum nō dolenter fleret.At Emilius recta ratiōe fretus fortitudinē & cōstantiā aduersus fortunā magnanimiter tulit:ubi & in oratiōe uerba fecit nō hoīs:qui īdigeret cōsolatione:sed plane ciues suos ob eius incōmodum lugentes cōsolaretᷣ.Dixit enim humanaꝶ quidē reꝶ nihil ptimuisse unq̄:sed diuinarum ut infidā & uariā rem semp fortunā expauisse:ac p̄sertim in tāta obsecūditate p̄sentis belli:tātoq̃ ꝓsperitatis cursu mutationē quādā ac reflexum cōtinuo formidasse.Vnius inquit diei spacio Ionium a Brundusio trāsgressus Corcyræ applicui.Quinto deinde die delphis sacrificio peracto aliis quinq̃ diebus copias ex Macedonia suscepi:lustratoq̃ exercitu:ac rem hærere adortus:quintadecima post hæc die cōfeci.Eo enim tunc suspecta mihi fuit fortuna:ꝑpter tantaʒ ꝓsperitatē:& quum uictorē exercitū:& spolia & reges captiuos deportarem in ipsa nauigatione aduersum aliquem casum formidaui.Sed quū iam saluis rebus īcolumisq̃ ad eos delatus:urbem lætitia & festiuitate cōpleri aspicerem:adhuc fortunā magis ac magis suspectā habui:q̄ sciebam nihil purum:nihil sine

Triūphi ordineʒ hic pulchre recitat

Filii regis paruuli

Perseus rex in triūphū ducitur

Corōæ. 400.

Fortitudinem hoīs recitat

Oratio Emilii ad senatum

hil sine inuidia hominibus gratificari cõsueuisse:nec animus meus pro republica prius timere destitit:q̃ aduersus casus me priuatim inuasit:optimos filios:quos mihi solos delegeram successores cõtinuatis prope funeribus extulit.Nunc aũt sine piculo esse uideor:ac bonã spem mihi ppono:& arbitror rempublicã fortunatã sine labe pmansurã:qñ satis minus humanæ fragilitatis exẽplum is qui triũphauit q̃ is de quo triũphatũ est:perseus siquidẽ etiã uictus filios habet. Emilius aũt uictor filios amisit.Huiusmodi generosam ac magnificã orationẽ nõ ficte:sed ex uero aio ferunt Emiliũ in cõcione habuisse.Hoc itaq; ordine uictoribus triũphi exhibebant:pro perseo autẽ omni studio Emilius annixus est:sed nihil obtinere potuit:ut.s.ex carcere ĩ lætiorẽ traderet locũ:ubi custoditus mœrore animi tandẽ cõfectus est.Sicq; macedonũ regnũ sub perseo isto cõsumptũ est.post uero Emiliũ in morbũ incidit:in quo tñ die natus est e uita migrauit.Vnde & eius funus ita celebratum est:ut optimus ac beatissimus ornatus adesset:hoc aũt nõ aur̃ erat:nõ ebur:nõ magnificẽtia sumptus:sed beniuolentia:charitas:gratia nõ solũ ciuiũ:uer̃ etiã hostiũ.Quotquot enim casu aliquo Romæ aderãt ex Hiberia Liguriaq; ac macedonia iuniores natu robustis corporibus feretro subeuntes ipsum extulerunt.Maiores aũt sequebant benefactorẽ:& ciuitatũ suar̃ seruatorẽ uocitãtes. Nõ solũ.n.in uictoria sese mitẽ & humanũ pstitisse dicit:sed in oĩ reliqua uita eos tutatus est:& ue luti pro domesticis ac necessariis habuit.Hic itaq; Emilius quũ uir esset doctissimus: teste Isidoro sexto ethimo.lib.cap.3.primus e græcia libros Romã aduexit:& Romanos discere persuasit: post modum Iulius Cæsar hoc negociũ bibliothecæ custodiendæ.M.Varroni iniunxit. Charitas in funere Emilii ostensa

¶ Macedonum Regum Epilogus.

¶ Macedonia itaq; puincia a Carnao Rege q primus in ea regnauit usq; ad perseum istum: trigintanouem habuit Reges. Qui omnes regnauerunt temporibus simul computatis: uidelicet. 644.annis.Quorum nomina & tempora resumendo ista sunt.

Carneus.1.	añ.28.	Archelaus scds.14.	añ.4.	Antigonus.27.	añ.4.
Cenus.2.	añ.12.	Amyntas secũdus.15.	añ.1.	Demetrius.28.	añ.6.
Tyriamas.3.	añ.38.	Pausanias.16.	añ.1.	Pyrrhus.29.	añ.7.
Perdicas.4.	añ.15.	Amintas.3.17.	añ.6.	Lysimachus.30.	añ.5.
Argauis.5.	añ.38.	Argeus.18.	añ.28.	Ptholemæus.31.	añ.1.
Philippus.6.	añ.38.	Amyntas iterum.19.	añ.19.	Meleagros.32.	añ.2.
Eutropius.7.	añ.16.	Alexander iterum.20.	añ.1.	Antipater.33.	añ.2.
Alcetas.8.	añ.29.	Ptholemæus.21.	añ.4.	Sostenes.34.	añ.2.
Amyntas.9.	añ.50.	Perdicas.22.	añ.6.	Antigonus.35.	añ.36.
Alexander.10.	añ.43.	Philippus.23.	añ.27.	Demetrius.36.	añ.10.
Perdicas.11.	añ.28.	Alexãder magnus.24.	añ.12.	Antigonus.37.	añ.15.
Archelaus.12.	añ.24.	Arideus.25.	añ.7.	Philippus.38.	añ.42.
Orestes.13.	añ.3.	Cassander.26.	añ.19.	Perseus.39.	añ.10.

153 5046 ¶ Iudas qui & Machabeus uir qdem fortissimus magnusq; ac bellicosus Mathathiæ iudæor̃ sacerdotis filius Olympiade.154.qui fuit.15.annus regni Philometoris post patrẽ rer̃ gubernationẽ suscipiens mãdator̃ patris nõ immemor oĩa quoaduixit pro libertate ciuiũ & leguʒ pati & facere se obtulit:qua qdẽ uirtute magnã sibi gloriã & monumentũ seruauit.Hic itaq; adiuuãtibus fratribus cæterisq; religiosis iudæis inimicos a puincia expulit:& iudæos legũ suar̃ transgressores occidit:& purificauit terrã suã ob omni malo.Et primo qdem cõgressu Apolloniũ samariæ ducẽ percussit:& armis exuit:atq; interfecit.In cuius gladio deinceps pugnauit.Deinde Antiocho in psidem abeun te misit duces cõculcare iudæos:uidelicet Lysiam:Ptholemæũ:Gorgiã:& Nicanorẽ: quos oẽs Iudas ex iudæa depulit:& templũ pollutũ ab idolor̃ imaginibus emundãs renouauit. In quo iã frutices pullularãt(ut patet primo macha.4.&.2.lib.capi.10.)Quibus gestis post triẽniũ patrias leges suis ciuibus reddidit:& tũc tẽpli tertia dedicatio:quæ dicta est Encenia mense Decẽb.facta est: his gestis Antiochus illustris uita defunctus est.Et Menelaus põti.q iam patriã pdiderat a Iuniore antiocho occisus est.Quo mortuo alchimus qdã:qui nõ erat de genere sacerdotali ambitione pmotus põtificatũ inuasit:&.4.annis illum obtinuit:ppter qd Onias oniæ põtificis filius in ægyptũ trãsmigrãs in Heliopolitano pago aliud ad similitudinẽ tẽpli Hierosolymitani ꝯstruxit. Alchimus uero aduersus iudã machabeũ inimicitias gerens post par̃ tpis Dei ira pcussus uitã finiuit. Ac sic omniũ iudæor̃ fauore iudæ machabeo sacerdotiũ decernit.Qui dignitate suscepta cõfestim legatos Romã dirigit sociale fœdus petituros.Senatus aũt iudæos amicos habẽdos mox decernit.Deniq; aduersus bachidẽ & alchimũ Demetrii duces plio cõmisso occisus est:cũ tribus annis(ut Iosephus in.2.testatur)põtificatũ administrasset.Symõ autem & Ionathas eius fratres corpus ab hostibus redimentes in Modin patrum suorum sepulchro sepelire:quo mortuo fame superueniente uniuersa regio se Bachidi tradidit.

152 047 ¶ Antiochus Eupator nonus Syriæ & Asiæ rex.16.regni philometoris anno regnare cœpit: & regnauit annis.2.Hic patre sublato paruulus relictus est.Cui quũ Triphon a populo datus esset tutor patruus eius Demetrius:q obses tũc Romæ erat re cognita senatũ adiit:obsidẽsq; se uiuo fratre uenisse:sed eo mortuo cuius obses sit se ignorare fatetur.Dimittitq; ergo se ad regnũ petendũ æquuʒ

esse:Qui quum se dimitti animaduerteret a senatu tacitus discessit.Delatusq̧ in syriam summo cū honore exceptus est:& occiso pupillo eidem magnum traditur. Verumtamē Triphon ipse regnū inuadens diu illud tenuit.Et ut ipse diu potiretur centum peditum millia: & uiginti equitum millia:necnon & triginta septem elephantes contra iudæos parauit.

❡Demetrius sother Decimus Syriæ & Asiæ rex priuigno interfecto regnū suscipiēs regnauit annis.i2.Qui quum primū occupasset syriæ regnū:nouitati suæ ocium piculosum ratus ampliare uires suas statuit.Et primo qdem ꝓpter fastiditas sororis nuptias regni Cappadociæ infestū bellum intulit:sed antiochenes:aliiq̧ a Demetrio lacessiti subornauerūt Porpelā quendā sororis extremæ iuuenem:ut syriæ regnū uelut paternū armis repeteret:& ut fides adhiberet fraudi nomē ei Alex. inditum fuit:genitusq̧ ab Antiocho dicitur.Tantum enim odium apud omnes contraxerat Demetrius:ut emulæ eius uires omni auxilio tribuerentur.Vnde Alexander his fretus auxiliis contra Demetrium occurrens uictum illum uita pariter & regno priuauit. 5049 i5

❡Ionathas iudæoꝝ dux pariter & pōtifex populū iudæoꝝ post iudam rexit annis.i9. Hic suscepto principatu nō impar uirtute fratri suo Machabeo extitit.Quod Bachides Demetrii regis dux audiens timuit:& illum sicut & fratrē suū iudā dolo īterficere statuit.Cuius nolūtas nō latuit Ionatham q colligēs exercitū pugnā cum Bachide cōmisit:& magnā illi stragem ītulit:adeo ut uix periculū mortis euasit:quo facto in Hyerusalē reuertit̄:& munitissimas ciuitates ædificare cœpit.Tūc pōtifex Alchimus ītrusus:domū Dei & opera ꝓphetaꝝ destrui præcepit:sed demolitiōe inchoata paralisi pcussus magno cū tormēto defecit.Tūc Ionathas cum Ro.Spartāisq̧ aliis quoq̧ regibus amicitias faciēs magnus & formidabilis esse cœpit.Tandē Triphone Antiochi pupilli tutore Ptholæmaide dolose captus:cū filiis & mille uiris īterficit̄:ut habet̄ ī lib.i3.Iosephi ca.9. Cuius corpus Symō frater eius inde redimēs & in patriā suā trāsferrens cū maximo luctu sepeliuit.Cui & idem Symon ingens Mauseolum sibi & fratribus suis atq̧ patri ex polito & albo lapide fabricare fecit. 5051 i48

❡Philippus quidam Macedo quem Andrascum esse uolunt pseudo rex anno.28.regni philometoris in Macedonia arma mouens publium iuuentium Romanorum prætorem contra se uenientem ad internitionem usq̧ deleuit:& regno occupato regnauit anno uno.Sed Cecilio Metello uictus Macedonia iterum in Romanorum potestatem redacta est:Inde haud paulopost ibidē perses qui se persei filium dicebat collectis seruitiis rebellauit.Et quum iam.i6.millia armatorum haberet:a Romulo quæstore sicut Liuius refert superatus est. 5060 i3

❡Alexander qui & Balans dictus fuit.xi.Syriæ & Asiæ rex.i9.anno philometoris regnare cœpit: & regnauit secundū Eusebiū annis.9.& mēsibus.io.licet Iosephus nisi qnq̧ regnasse dicat. Hic Antiochi qui & epiphanes cognominatus erat filius creditus fuit.Qui Demetriū prædictū auunculū suum īterfecit & regnū abstulit.Imperansq̧ Ionathā pdictum iudæoꝝ ducē ob eius fortitudinem multis īsignibus & corona ꝓsecutus est.Trāsmittens hæc ipsa dona talē ei epistolā scripsit dicens. Rex Alexā.fratri Ionathæ salutē.Fortitudinē qdē & fidē tuā iam dudū audiuimus.Et ideo trāsmisimus ad te pro auxiliis:& ordinauimus te hodie principē sacerdotū iudæoꝝ:& amicū nostrū uocari pcipimus:iccirco etiā destinamus tibi pro munere purpureā stolā:& aureā: & peto honoratū te a nobis similem erga nos fieri.Huic Ptholemæus pdictus ægypti rex Cleopatrā filiā uxorē dedit. Cupiebat enim regnū eius.Quod ītelligens ptholemæus eum ꝓditorē:& filiæ suæ nuptiaꝝ transgressorē accusauit: & statim affinitatē soluit:& illam Demetrio tradidit:& tūc māifeste factæ sunt inimicitiæ.Ptholemæus aūt post hæc antiochiā ueniēs ab antiochēis bēigne susceptus rex ab eisdē declaratus est.Quod audiēs Alexā.statim cū magno apparatu antiochiā uenit:& Ptholе.cōtra eū duxit exercitū:& uincēs Alexandrū in arabiā fugauit:ubi arabū rex noīe Zabilus eidē caput auferens ptholemæo trāsmisit:q suauē sibi rem summūq̧ spectaculū Alexandri morte simul & capite uidit:q tñ paulopost præ gaudio uitā finiuit:ut patet prīo macha.ca.xi.&.i3.lib.Iosephi cap.7.atq̧ ita Alexā.pro Demetrio pœnas dedit:quē occiderat:pro antiocho cuius mētitus fuerat originem. 5061 i38

❡Tertium bellum punicum.

❡Tertium deīde bellū punicū.6oi.anno ab urbe cōdita a Romāis cōtra Carthaginēses suscipit̄: regnātibus apud Romanos.L.Manlio Censorio &.M.Manlio secundū Liuiū anno.f.5i. postquā secundū bellū punicū transactum fuerat.Hi itaq̧ cōsules(sicut Orosius in.4.cap.44.scribit)Carthaginē profecti Carthaginensibus præceperūt:ut oīa arma:nauesq̧ ipsis Rōanis traderent. Qui timore cōcussi tantam repente armoꝝ uim Romāis detulerūt:ut inde sicut ait Liuius:tota Aphrica facile potuisset armari:postquā uero arma comportarunt:iussi sunt relicta ciuitate procul a mari decem passuum millibus recedere.Quo audito Carthaginenses dolorem ad desperationē adde ntes decreuerunt aut urbem defendere: aut cum ipsa perire.Quamobrē Hasdrubales duos suos duces creauerunt.Dehinc arma facere aggressi:cum æris ferriq̧ materia deficeret:auro argentoq̧ suppleuerunt.Cum autem consules urbem oppugnare decreuissent:& iam aliquam murorū partem diruissent machinis facto impetu a Carthaginensibus turpiter repulsi sunt:quos fugientes Scipio repulso in muros hoste defendit. Censorinus uero in urbem rediit: & Manlius Carthagine amissa in Hasdrubalem arma conuertit. 5062 i37

Armoꝝ īcredibilis multitudo

Aurea & argētea arma

❡Carthaginis excidium.

❡Scipio

134 5065 ¶ Scipio autē magni Scipiōis nepos hisdem tpibus omni uirtute apud Romāos præclarus ex cō dito cōsul extra sortem factus Aphrica sibi decreta est. Veniensq Carthaginē cum sex cōtinuis die bus noctibusq oppugnasset. Tandē re desperata Carthaginenses ad deditionē traxit: petentesq ut quos belli clades reliquos fecerat: saltem seruire liceret: atq ita primū mulierꝝ agmen satis misera bile post uiroꝝ turba descendit. Nam ut Liuius ait fuisse mulieꝝ. 25. millia: uiroꝝ. 30. millia capti uorum memoriæ traditum est. Hasdrubal uero imperator ultro se transfugæ dedit: & eius uxor se suosq filios quodā fœmineo furore in mediū se iecit incendiū. Ipsa autem ciuitas supposito igne sexdecim cōtinuis ardens diebus: miserumq uictoribus præbuit spectaculum. Multitudo uero illa captiuorum paucis exceptis principibus uenundari iussa est. Transfugæ autē spectaculum popu lorum traditi sunt feris: atq ita Carthago illa celebris ciuitas a Didone condita secundū Eusebiū. 668. Vel ut alii uolunt. 748. anno ab eius conditione deleta est: omni murali lapide in puluerem comminuto: quarto scilicet anno: ex quo ipsum tertium punicum bellum fuerat inchoatum. Sci pio autem & ipse cognomen illud celebre meruit quod auus eius acceperat: sic ut propter hāc for tissimam uirtutem aphricanus iunior appellaretur. Numerus captiuorū

133 5066 ¶ Tyberius Gracchus ex Tyberio patre Romanoꝝ cōsule natus tempestate hac admodū iuue nis existens multa uirtute clarus & celebris fuit. De quo Plutarchus tradit quod etiā ab ipsa pueri tia ita clarus & īsignis extitit: ut in auguro collegio cōfestim sit receptus ꝓpter uirtutē magis quā nobilitatē. Prima nanq eius militia sub ꝓdicto Scipiōe iuniore in aphrica fuit: ubi quum eidē Sci pioni cōtubernalis esset: tamē modestia & uirtute cæterā iuuētutē egregie superauit: & primus om nium Carthaginis muros cōscendit: & multas hostium cædes edidit: sed Demū Romā reuersus ubi Tribunum plebis factum sensit: statim legem agrariam ferre decreuit: propter quod odiosus factus a locupletibus peremptus est: quum nec dum trigesimum ætatis complesset annum.

132 5067 PTholemæus Euergetes prædicti philometoris filius. Cleopatræq germanus septimus ægyptioꝝ rex. olympiade. 159. quæ fuit annus quadringētesimus sexagesimustertius iu daicæ captiuitatis ægyptiis regnare cœpit: & regnauit annis. 29. Vir qdē pessimus atq sæuissimus. Ob cuius sæuitiā frater eius & Cleopatra soror sibi timentes: cū reges essent regnum ei ꝑ legatos obtulerūt. Quamobrē elatus plurimū effectus est: quod. s. fraternū regnū sine ullo certamine recepisset: & statim fratris filium e cōplexu matris enecauit: & oēs eius fautores tru cidauit: ac postea sororis thoꝝ cæde eius filii cruentū ascendit. Post quod non mitior & in popula res q eū in regnū uocauerāt fuit: oīa enim sanguine manere fecit. Et sicut ciuibus suis cruētus exti tit. Ita quoq Ro. q illo uenerāt rediculo fuit. Quia sic refert Iustinus. Erat uultu deformis: statura breuis: & sagina uentris nō hoī: sed beluæ ꝑsimilis. Quā qdē fœditatē nimia uestis subtilitas auge bat. Hic qppe filios ex sorore & ex uxoris sorore suscepit: ac etiā sororis filiam ꝑ uim stuprauit. Cu ius filium membratim diuisum & in ista positum matri in die natalis eius inter epulas iussit offerri. Pthole. Euerge.

128 5071 ¶ Demetrius eius noīs. 7. undecimus Syriæ & Asiæ rex. 4. regni Euergetis anno regnare cœpit: & regnauit annis. . Hic prædicti Demetrii sother filius fuit: quē pater apud Gnydium hospitem suū cum magno auri pondere cōmendauerat: ut belli periculis eximeretur. Qui contra Alexandrum in prælio egressus uictor euasit: regnumq illi abstulit. Et omni tandem regno paterno recuperato: rerum successu corruptus uitiis adolescentiæ inquinatus in segnitiem lapsus est. Tantumq cōtem ptum apud omnes ob inertiam quantum odium ex superbia pater habuerat: contraxit: ita ob eius imperio multæ ciuitates passim se subtraxerint. Vnde ad abolendam inertiæ maculam parthis bel lum intulit: & eos multis præliis sæpe fudit: postremo tamen captus in hyrcaniā missus ibidē beni gne & iuxta cultū pristinæ fortūæ habitus est: atq ibi. 9. annis sine regno priuatus uixit: quo tpe an tiochus Sedetes regnauit annis. 9. Tandē eidē denuo regno restituto regnauit annis. 4. cui philo metor Cleopatram filiam ab alexādro sublatā uxorem dedit: ut patet primo macha. cap. 12.

¶ Viri disciplinis excellentes.

127 5072 ¶ Metrodorus Atheniensis pictor atq philosophus his temporibus insignis & clarus habitus est. Qui Plinio testante lib. 35. Vtraq scientia magnæ auctoritatis fuit. Nam quū Paulus Emilius (Per seo rege aduicto) ab atheniensibus petisset: ut unum sibi probatissimum philosophum mitterēt ad erudiendos filios: Metrodorum ei miserunt: profitentes eum in utroq desiderio præstantissimum quod ita quoq Emilius iudicauit.

¶ P. Terentius Carthaginensis poeta comicus per hæc tempora in precio fuit. Quia Scipione iu niore prædicto in seruitutem ex aphrica ductus: propter ingenii magnitudinē & formæ præstātiā libertate donatus est. Hic primū andriam antequā ædilibus uenderet Cecilio (multum se miranti) legit. Scripsit autē comœdiaꝝ eleganti studio libros sex: in qbus multoꝝ mores ad præcauenda pericula annotauit. Tandē in archadia moriens eius sepulchro tale epitaphium inscriptum fuit.

Natus in excelsis tectis Carthaginis altæ. Romanis ducibus bellica præda fui.
Descripsi mores hominum: iuuenūq senūq. Qualiter & serui decipiant dominos.
Quid meretrix quid leno dolis cōfingat auaris. Hæc quicunq leget: sic puto cautus erit.

¶ Pacuuius aūt Brūdusius tragœdiaꝝ scriptor. Ennii ex filia nepos ꝑ hoc idē tēpus floruit: q prīo Romæ uitā duxit: ubi post multa ab eo ædita Tarentū regressus ibidē nonagenarius uitam finiuit.

¶ Aristarchus grammaticus & ipse hac tempestate Eusebio teste agnoscitur.

Accianus fundus ¶ L.Accinum tragœdiarum scriptoré p hæc quoq; tēpora:ut Euseb.testat̄ claruisse cōstat:q Mēsino & serano cōsulibus parētibus libertinis natus multa cōposuit:quæ pacuuio iam seni Tarenti recitauit.Ab isto nanq; accianus fundus iuxta pisaurū cōstitutus dictus est:qd illic intra colonos fuerat ex urbe deductus.Hic iam senex in collegio poetarum sedenti nunq̄ Iulio uenienti assurgere uoluit: maiestatis eius īmemor:sed & qa in cōparatiōe oīum studiorū aliquāto se superiorē eē cōfidebat: propterea insolentiæ crimen icurrit:& in uoluminum non magnum certamine se exercebat.

¶ Symon Mathathiæ filius.3.Iudæorum dux pariter & pōtifex anno sexto regni Euergetis Olympiade scilicet.160.sedere cœpit:& sedit annis.8.Huic pōtifici Ro. & Spartiate quum eius libenter legationē accepissent:amicabilia misere rescripta:& antiochus similiter Demetrii filius ad eum in hæc uerba rescripsit dicens.Vobis omnia quæcunq; remiserūt qui fuerunt ante me remitto & permitto uobis facere percussurā ꝓpriis nummismatis in regiōe uestra. Quumq; obtinuero regnum magnificabo gentē uestram:& templū in gloria magna:ualete.Hunc autē Triphon studuit fraudibus & dolis circūuenire:sicut fecerat Ionathan & fratrē eius.Cuius artem Symō ītelligens prudentissimæ cessit malitiæ:& liberauit patriā a periculis.Hic corpus fratris sui Ionathæ a Triphone redimens in Modin tumulauit erigens.7.pyramides patri ac matri:atq;.4.fratribus & sibi circum posuitq; pulcherrimas columnas in qbus ad rei memoriā naues & arma sculpsit sicut patet primo Macha.ultimo.Tandē Ptholemæus eius gener abdi cuiusdā filius:cum eum ad ꝯuiuium inuitasset:eundē cum duobus filiis interfecit:& ipsius Symonis uxorem cum reliquis duobus filiis in uincula coniecit.Ac sic Machabeorum primus liber hic explicit. 5072 126

¶ Reges Attalici siue Pergameni.

¶ Attalus pergami Asiæ ciuitatis rex hisdem temporibus moriens populū Romanū regni sui hæredem instituit.Hic itaq; Attalus rex cū esset eruditus uir inter cætera de Agricultura librū cōposuit eo maxime:quia paternos agros ipsemet sarculo scindebat.Hi aūt attalici Reges a quodā Tyanensi Eunucho nomine philetro ortum habuere.Lysimachus aūt agricolis filius. Vt Paulo altius repetemus:unus fuit ex Alexandri magni successoribus.Qui montē supra pergamū cōmuniuit:suosq; ibi thesauros cōstituit.Quorum custodiā philetro Eunucho prædicto tradidit:quum optime esset educatus & sibi charus.At is quum ab arsinoe Lysimachi uxore discederet:quæ eum accusauerat tempus ad defectionē expectauit.Interea Lysimachus malo cōsilio adductus filium Agatoclem īterfecit.Seleucus aūt Nichanor reuersus illum substulit:& ipse a Ptholemæo Cerauno sublatus est:doloq; interemptus.Inter hos autē tumultus philetrus Eunuchus in arce continens:nunc isti:nūc illi quem ualidiorem esse animaduerteret: obsequens.20.annis castellum & pecunias possedit:duo quippe illi fratres erant.Eumenes natu maior:& Attalus prædictus. Ex Eumene natus est alter Eumenes:qui pergami successionē habuit:& antiochum Seleuci filium apud sardos prælio superauit:qui cum.20.annis regnasset mortuus est:cui attalus ex attalo natus successit:q primo rex appellatus est:& prælio maximo Galathas superauit:& Romanorum amicus in classe Rhodiorum cum eis aduersus philippum pugnauit.Obiit iam senior quum regnasset annis.43.superstitibus quattuor filiis ex Apolloníde Cyrcena susceptis.E quibus Eumenes primogenitus regnū secūdo loco suscepit.Qui cum Romanis aduersus magnū Antiochū & Perseum Macedonum reges bellum gessit. Totamq; illam regionē a Romāis accepit:quæ sub Antiocho circa Thaurum erat: Regnauitq; annis quadraginta nouem. Vrbem hic muniuit: ac in modum ciuitatum ampliauit. Imperium Attalo filio tertio loco reliquit ex Stratōe Ariarants Cappadocum regis filia nato.Sed admodum puero fratrem Attalum constituit tutorem qui uigintiuno annis regnauit: & aduersus Demetrium Seleuci filium cum Alexandro Antiochi filio Bellum gessit:& contra pseudo Philippum Romanorum socius fuit.Diegelim regem cœpit:& ducto in Traciam exercitu prusiam interemit:præfecto illi Nichomede filio postremo reliquit regnum Attalo:qui sub tutela erat: cogente ad hoc ipsam morte.Is Philometor cognominatus:cum annis.5.regnasset:morbo decedens Romanos hæredes īstituit:qui eam regionē in prouinciā redegere. Et hic mos humanarum rerum quæ ex paruis principiis multū sæpe accrescunt:& postea corruunt.In ea quippe urbe pergamo uiri cōplurimi excellentes fuere:ut pote Apollodorus orator:Dionysius historicus:& alii multi. 5076 ii

Philetrus eunuchus

Eumenes

Attalus secūdus

Eumenes.3.

attalus.3.

¶ Hyrcanus Symonis Machabei filius:cui proprium nomen Ioannes fuerat patre interfecto anno decimoquarto regni Euergetis olympiade scilicet.163.quarto loco iudæorum dux & pontifex constitutus:sedit annis uigintisex.Vir utiq; optimus & sacerdotio dignus:atq; ducatu strēnuus nec non & prophetiæ dono clarus:cum quo deus erat: & futurorum præscientiam ei donauerat. Hic ideo Hyrcanus dictus fuit:quod aduersus Hyrcaniā bellum gerens uictor euasit:& deinceps Hyrcani nomen adeptus est:Postmodum a Romanis ius amicitiæ postulans obtinere promeruit.Antiochus autem Syriæ rex eo pontificante obsedit Hierusalem qui populorum saluti cōsulens inducias per legatos expostulauit qui annuit petitioni:uidensq; Hyrcanus studium Antiochi circa deū: aperuit sepulchrū Dauid:tria millia talenta pecuniarum exinde protulit: & trecenta Antiocho tradidit:qbus acceptis obsidionē soluens discessit.Et cum eo multas etiā amicitias cōposuit.Indeq; cōtra Samariam ciuitatem ualde munitam Hyrcanus expeditionem producens tandem cœpit: & 5081 118

Sepulchrum Dauid aperit̄ & tria millia talenta extrahūtur

pœnitus totam deleuit:adeo ut uidentes magis uallum quam ciuitatē illic fuiſſe quiſq; iudicaſſet. Quam poſtea herodes inſtaurans non Samariam:ſed Sebaſten appellauit:hic multas ſeditiones a phariſeis & eſſenis pertulit:a quibus tādem liberatus fœliciter uſq; ad ſenium uixit. Defunctuſq; quinq; filios reliquit:Ariſtobolum & Antigonum:atq; alios tres:quibus prædixit(ut clare Ioſephus refert)quod rerum domini non diutius permanerent.

¶ Locuſtæ in aphrica.

¶ Locuſtarum multitudo p hoc idē tp̄s adeo in aphrica cōualuit:quæ(ut diuus pater Auguſtinus tertio de ciuitate dei capitulo trigeſimoprimo refert)nō ſolum ſegetes:ſed & folia atq; cortices cor roſerunt:quibus conſumptis præ nimio uento in aphricano pelago ſe demerſere:quarꝫ corpora p littora putrefacta tam peſtiferꝫ fœtorem exhalarunt:ut ibidem fere omnes aues & pecudes mori rentur. Aphrorꝫ quoq; ducenta millia:Romanorꝫ uero militū:qui illuc ad præſidium fuerant deſtinati triginta millia extincta referunt. peſtis maxīa

¶ Carthago reponitur.

iio 5089 ¶ L.Cecilius metellus:&.T.Qu.Flamminius anno duodecimo regni Euergetis cōſules Romani dicti ſunt:quorꝫ iuſſu Carthago in aphrica repoſita eſt:uigintiduobus annis poſtquā euerſa fue rat reuolutis:in qua & ciues Romani plurimi fuerunt adducti. Sed intra breue tp̄s Ethna ultra ſoli tum flāmeos ignes euomens calidis cineribus exuſta eius tecta deſtruxit. Cuius ſubleuandæ calamitatis cauſa Senatus Romanus decem annis uectigalia remiſit.

io9 5090 ¶ C.Caſſius longus & Sex.Domitius Caluinus anno ſequenti conſules dicti: ſtatim ex Senatus iuſſu tranſalpinis gallis bellum intulere:ubi iuxta Rhodanum fluuium maxima hoſtibus clade il lata:de ipſis magnifice triumphauerunt:eorum ducem captum præſe ducentes.

¶ Inſtitutus gallorum Rex:eo ipſo anno Fabio:& Quintio Martio conſulibus regnantibus cum i80.armatorum millibus contra Romanos aſcendit:ſed a romanis ponte diſturbato:quem ſupra Rhodanum fluuium extruxerat:deuictus eſt. Tuncque Quintius conſul omnes gallos:qui ſub ra dicibus alpium habitabant:pœnitus deleuit.

io3 5096 PTholemæus phyſcon:qui & Sother Euergetis filius: Octauus ægyptiorꝫ Rex olympiade.i69.quæ eſt.49i.iudaicæ captiuitatis annus ægyptiis regnare cœpit:& regnauit an nis decem & ſeptem. Huius tēporibus anthiochus cyricenus Demetrii regis filius:& anthiochi Griphi regis frater:poſteaquā idē anthiochus griphus octo annis quiete regnaſſet:e regno eiectus eſt:& Syriam ipſe Anthiochus cyricenus obtinuit & regnauit. Sed rurſus a Gripho ſuperatus:eandem ipſe recepit:atq; ita hi duo adinuicē dimicātes ſucceſſiue:modo unus:mo do alter regnabant:inter has autem regni Syriæ parricidiales diſcordias mortuus eſt Ptholemæus iſte relicto regno uxori. P.Phyſ.

¶ Numidarum Reges.

¶ Numidia autem Carthaginēſis ſeu aphricana regio eſt:q̄ incipit a ſeptētrionali parte maris qđ in Sardiniā īſulā uerſus tēdit. Ab occaſu Mauritaniā.i.granatā:a meridie Ethiopiā hn̄s:i hac qppe regione(ut teſtat̄ Plinius)p̄ter marmora:& plurimas feras:cuiuſuis generis nihil inſigne habet:In ea tamen celebres urbes exiſtunt:uidelicet Hippon:Rhegium:& Ruſtichaela.

ioi 5098 ¶ Maſſeniſſa igitur quidam huius ꝓuinciæ Rex:his temporibus fuit. Hic patrem Numidā nomine habuit. Qui Maſſeniſſa:ut Liuius libro ſeptimo de ſecundo bello punico ſcripſit:Paulo ante an no uitæ ſuæ nonageſimo ſeptimo mortuus eſt:relictis quadraginta q̄ttuor filiis:inter quos Scipionē iuniorē diuiſorē:& diuiſionis arbitrū eſſe uoluit. Hic itaq; maſſeniſſa primo Romanis capitalis hoſtis fuit. Deinde amiciſſimus factus uſq; in finē uitæ ſuæ p quadraginta annos pſeuerauit. Quo mortuo eius filius Mycipſa:reliquis fratribus morbo abſumptis:regnū ſolus obtinuit. Qui Iugurtham filium ex cōcubina genuit:quem eodem cultu:quo & cæteros liberos carum habuit.

¶ Iugurthæ bellum hic incipit.

95 5104 ¶ Iugurtha prædicti Maſſeniſſæ Regis ex pellice nepos Numidarꝫ rex anno octauo regni Sother p̄dicti regis ægyptii olympiade.i.i68.regno poſt patrē Mycipſam ſuſcepto bellum ꝯtra romanos gerens captus fuit:& romā pductus: Cuius hiſtoriā Saluſtius eleganti ſtilo deſcribēs:ſic ait. Quod quum primū adoleuiſſet:uiribus maximus:& decora facie pollere cœpit:& multo magis ingenio ualidus eſſe cœpit. Vnde nec a ſe luxui aut inertiæ corrumpendū dedit. Sed uti illius gētis mos eſt: æquitate iaculari curſu cum æqualibus certare ſtudebat:& cum omnes gloria anteiret:omnibus ta men carus erat:quibus rebus:& ſi pater in initio lætus eſſet:quod iugurthæ uirtutem regno ſuo glo riam fore exiſtimaret:poſtquam tamen hominem adoleſcētem exacta ætate:& paruis liberis ma gis magiſque creſcere intellexit:uehementer ex negocio permotus multo animo uoluebat. Tandem poſt multorum conciliorum uolutationem:propter eius uirtutes & populi fauorem: eum ut cæteros adoptauit in filium:& teſtamento pariter cum legitimis filiis inſtituit hæredem. Defuncto autem Mycipſa patre intra modicum tempus per ſatellites ſuos Iugurtha hic fratres ſuos(igno bilitatem eius deſpicientes)occidi fecit:qui eam obrem ad ius dicendum Romam accerſitus etiam fraudibus ſuis ſine malo remiſſus eſt. Vbi deterior effectus:etiam maſſinam Guiluiſæ filium: & maſſeniſſæ nepotem obtruncari fecit. Eo ꝙ ob regum diſcrimen profugus Romam ueniens regnum tanquam ad ſe pertinens a Romanis ſibi adiudicari poſtulaſſet. Quibus geſtis:mox a ſenatu iuſſus eſt ab Italia diſcedere: unde in regnum regreſſus dixiſſe fertur. O urbem ue-

nalem & mature perituram: si emptorem inuenerit. Bello uero a Romanis renouato: Iugurtha ab albino consule per dolum statim pacem extorsit: Romanis deinde sub iugum missis. Tandē Mario consule & Sylla quæstore contra eum missis: eius obtrūcato exercitu iterato a sylla capitur: & ad marium consulem uinctus perducit: qui in Numidia rebus cōpositis Iugurtha cum maximis spoliis Romam a mario deducit. Qui marius: ut Liui. testatur calendis ianuarii iugurtham præ se uinctum adducens cum glorioso triumpho urbem intrauit: iam etiā ante cū Metellus de ipso triumphum egerat. Deniq; Iugurtha in carcere Romæ constitutus ibidem strangulatus est.

¶ C. Marius Romanorum consul: his temporibus apud senatū clarissimus impator habitus est: q ut plutarchus ait: qui eius uitā pulcherrime descripsit: & paupem & mechanicū noīe mariū hūerit patrē: postposita ignobilitate magnæ sciæ & probitatis ac industriæ: necnō & militaris peritiæ præstans euasit: atq; libidinis & diuitiarum uictor: qui quū primū in hispania sub scipione militaret: fert ipsum cū bellicoso hoste magnū ɔseruisse: & illum ante impatoria ora cōfecisse. Prætor postea factus. Iulia ex insigni iuliorum familia ortam duxit uxorem. Cuius Cæsar imperator fuit sororius nepos. Post multa autē præclara in bello gesta consul cōtra Iugurthā prædictū designatus: ipm ingenti gloria uicit: & Romā perductum de eo; ut præmissum est triumphauit. Secūdoq; consul cōtra Cymbros factus: qui multos Romanorum duces necauerant: omnes duobus commissis prælis ad internitionem dedit. Hic enim duces ex Theutonibus: Ambronibus: aliisq; gentibus multitudinem pœne infinitam in galliam reduxerant: italiamq; irruperant: qui nec alicubi sedem ponere decreuerant: donec Romam in italia euerterent. De his itaq; Marius cum Catullo collega suo triumphans: tertius Romæ conditor ab omnibus appellatus est. Verum quum sexto cōsul fuisset: mutata fortuna a sylla exul eiicit: & terra: mariq; uagus per aliquod tempus fuit: tandem septimū consulatum attingens post. 17. diem huius consulatus mortem obiit. 5106 93

Tertius Romæ cōditor dicitur

¶ Coniuges quædam Cymbrorum & infinitus pœne numerus his temporibus Orosio in quarto referente: fuit: miris ob castitatis propositum extollendus laudibus. Hæ quippe mulieres quum uidissent Theutones & cymbros maritos suos in Galliam & Germaniā contra Romanorum nomen coniurasse: una cū ipsis uiris suis in italiā uno & eodem ipetu concurrere. Quæ quū uidissent Cymbros & Theutones suos a Caio Mario Romanorū consule prædicto post longa certamina supatos in unū se colligentes: animoso consilio libertatem suam & castimoniam tutare decreuerūt. Factoq; ex multitudine plaustrorum sibi uallo diu & acriter pugnauere: & cum fustes: lapidesq; ac cætera armamenta in pugna consumpsissent: legatos ad Marium miserunt postulantes: non ut ad patriam redire permitteret. Sed ut omnes romanis uirginibus uestalibus iungerentur: q tā honestissimam petitionem quum non impetrassent: furore succensæ in obstinatam uoti sui perseuerantiam crudelissimum iniere facinus. Nam ante omnia collisis in terram paruulis suis ne in seruitutē traherentur nocte una ne & ipsæ uiolarentur (exusta omni eorum substantia) laqueis omnes sibi mortē constituere: nec prædæ aliquid ex se præter pendentia corpora auidis reliquere romanis.

Mirabilis mulierū fortitudo

¶ Iudæorum regni instauratio.

¶ Aristobolus Hyrcani iudæorum pontificis & ducis filius. xi. regni Sother anno principatum qnto loco apud iudæos tenens regnauit tantummodo uno anno. Hic Aristobolus magistratū ad regiam dignitatem transferre decreuit: primusq; sibi diadema imposuit: post. 484. annos & sex mēses: ex quo de captiuitate babylonica populus liberatus ad propria remeauit: multum enim hic patriæ profuit. Nam subegit itureos: & plurimā eorum prouinciam iudæis adiecit: & compulit habitantes in ea: ut si uellent in prouincia manere circunciderentur secundū leges mosaicas. Fuit nāq; (ut Iosephus in tertiodecimo ait) Naturæ ualde moderatæ & ingenui pudoris. Hic tamē consilio Antigoni fratris sui libidine dominandi: matrem & tres fratres suos iuniores in uincula cōiecit: & paulopost etiam Antigonum fratrem quem & fame perire fecit: pro quibus malis statim in se diuinam sensit uindictam. Quia morbus acerbissimus ita eum inuasit: ut sanguinem omnem laceratis uisceribus euomeret. Quo quidem morbo emisit spiritum. 5107 92

¶ Alexander qui & Ianeus dicitur aristoboli prædicti frater: eo defuncto apud iudæos pontificatū & regnum suscipiens regnauit annis. 17. Hic enim (sicut iosephus refert) nunquam ad facieȝ patris Hyrcani uenire meruit. Causa huius odii talis fuisse dicitur. Quū diligeret priores filios: Hyrcanus scilicet aristobolum & Antigonum prædictos: apparuit ei dominus in somniis dicens: qđ iste eius successor existeret: qua uisione contristatus Hyrcanus quum nollet eius habere successorem: quuȝ primū natus est: eum in gallilea nutriri mandauit. Sed deus nequaquam mentitus est Hyrcāo: hic quippe regno suscepto unum e fratribus suis tentantem regnum inuadere interfecit: & alterum uolētem innocenter uiuere honorabiliter tractauit. Indeq; (ut comestor ait) crudelissime ciuibus suis pfuit: quia mille seniores intra sex annos peremit: octingentos quoq; uxoratos uiros una cū uxoribus ac liberis in plateis patibulis affixit: postea pace confecta: quartanarum febrium morbo: queȝ ex ocio contraxerat: uitam finiuit. Relictis Hyrcano & aristobolo filiis: sed regnū Alexandræ uxori reliquit: quæ uiuente adhuc marito populos humanitate sibi allexerat. 5108 91

¶ Romanorum clades permaxima.

¶ Manlius & Cepio proconsules romani anno decimoquarto regni Sother qui. 454. annus ab urbe 5110 89

urbe condita:ut Orosius lib.5.cap.19.testatur aduersus Cymbros & Theutones:aliasq; gallorum ac germanorum gentes:quæ tunc ut imperium romanum pœnitus extinguerent: conspirauerant a senatu missi sunt. Qui ab eisdem gallis iuxta Rhodanum fluuium maxima cum ignominia uicti sunt:siquidem Manlius ipse consul interfectus est:& duo eius filii cū.80.milia trucidati fuerūt: qdraginta quoq; colonoꝝ milia pempta uix ex oī exercitu Ro.x.euadere potuerūt:q tantæ cladis nunciū romāis afferre possent.Hostes uero binis castris potiti noua quadam atq; insolita exercitatione cuncta quæ cœperant:pessundarunt aurum scilicet & argentum in flumen proiicientes.Loricæ autem uirorū concisæ,falleræ equorū disperditæ.Equi ipsi gurgitibus immersi:homines arboribus fuerunt suspensi:ita ut nihil pdæ uictor:nihil misericordiæ uictus cognosceret:maximus tunc Romæ non solum luctus:uerum etiam metus fuit:ne confestim galli alpes transcéderent:& italiam diuerterent.

¶ Gallorum clades a Romanis.

¶ Romani Gallorum terrore concussi anno sequenti(teste Orosio)Marium prædictū consulem
87. 5iii contra cymbros misere:qui Iugurtha in Numida deuicto cū eodē exercitu in galliā ueniens compositis statim ordinibus plium cum eis commisit:in quo quidem ducenta armatorum milia Marius ipse cum suo exercitu interfecit:& octoginta milia cœpit:occisoque eorum duce Theuto modo uix tria milia fugere potuerunt.Mulieres uero eoꝝ constantiore aīo q̄ si uicissent consulem cōsuluere:ut si inuiolata castitate uirginibus:ac diis seruiendum esset:uitam sibimet reseruarent: qꝫ quum petita non impetrassent paruulis suis(ut dictum est)ad saxa illisis cunctæ sese ferro ac suspēdio peremerunt.Marius autem cum socio hostibus superatis Romam redeuntes triumphauerūt.

¶ Viri doctinis excellentes.

¶ Hortensius Romanus oratorum sui tpis princeps:tēpestate hac Romæ floruit & multa cōposuit:qui teste Quintiliano libro sexto de institutione oratoria Cicerōis æmulus fuit:quoadiuxit secundus:de quo sic refert Gellius in primo nocti.atti.Hortensius fuit orator clarus: sed delicatior q̄ uirum decet:& formæ nō minus q̄ eloquētiæ studiosus:quia nunquā speculo incōsulto prodire uoluit in publicum:in illo se mirari:in illo uultum togamq; componere consueuit.

¶ Hortensiam autem filiam post se reliquit dignis extollendam laudibus:quæ non solū patris facundiam & doctrinam amplexa fuit:sed etiam ipsius pronunciandi splendorem seruauit:quē scilicet opportunitas exquisiuit:& qui sæpissime in uiris doctissimis deficere consueuit.Hæc autem triū uirorum magistratu:cum matronarum multitudo romanarum exigente publica necessitate intolerabili grauaretur onere.Nec hominū inueniret aliqs:qui sibi patrociniū pstare auderet:sola ausa est aīo constanti corā triūuiris rem fœminaꝝ assumere:eamq; perorando tā efficaciter inexhausta facundia agere:ut maxima audientium admiratione crederet fuisse Hortensius pater.Eam ob rem quicquid expetierat nō solū obtinuit:ueꝝ etiā longe plus a triūuiris laudari promeruit.

¶ Turpillius poeta comicus anno.15.regni Sother:Eusebio teste Synuessæ admodum senex moritur:cuius nulla apud nos extant opera:quum deperdita omnino sint.

¶ Caius Lucillus satyrarum scriptor olympiade.170.quæ est.16.regni Sother annus secundū Eusebium Neapoli morit anno scilicet ætatis suæ.46.Qui publico funere delatus fuit. Qui primus inter latinos insignem satyrarum promeruit laudem.

86 5iii Ptolemæus Alexander nonus ægypti rex:anno quingentesimonono iudaicæ captiuitatis.i.171.olympiade ægyptiis regnare cœpit:& regnauit expulso fratre annis decē. Hic ptolemæi Sother prædicti frater fuit:Nam pater Euergetes moriens Cleopatræ uxori & alteri quem ipsi elegisset ex filiis suis regnū reliquit.Quæ quū in iuniorē filium,prior esset:a populo compulsa est maiorem eligere.Cui priusq̄ regnū daret:uxorem Cleopatram sororem carissimā ademit:& Seleucum minorē ducere iussit.At ipsa Cleopatra mater:postea quā cū ipso maiore filio decem & septē annis:ut præmissum est:regnasset:grauiter ferens filii societatem: populū in eum concitauit.Quo expulso eum in Cyprū exulare coegit:accersitoq; isto alexandro minore filio in locū fratris secū regnare fecit:sed posteaq̄ secū pdictis decē annis regnasset:tertius eius crudelitatem ipsam dereliquit:existimans melius sibi fore uitam priuatam deducere q̄ periculosum regnum possidere: at mater per legatos eum in regnum reuocare studens: quum didicisset eundem filium occultis insidiis exitium machinari ab eo diffugit.Sed tandem ab eodem occupata interficitur:digna quidem mortis infamia:quæ & matrem thoro expulit:duasq; filias suas uiduas fecit:ac alios in exiliū egit.Sed nec Alexandro parricidiū multum fuit:quia ob matris parricidiū a populo in exilium actus & ipse fuit:& ptolemæus Sother prædictus reuocatus regnum rediit. Quiq; quum matri bellum gerere uoluisset:neq; a fratre armis reperere unq̄ uoluit:qꝫ prior posse dixisset:indeq; regnauit annis quattuor igitur Alexander hic regni cyreneorum quod ei pater testamento reliquerat populo romano hærede instituto decessit. Pt.Ale.

85 5ii4 ¶ Philippus ultimus Syriæ & asiæ rex quarto regni Alexandri anno regnare cœpit:& regnauit annis.2.Quo regnante antiochus eius paruus in parthos fugiens pompeio se tradidit:post quem statim philippus hic a gabino consule captus.Regnum eius in romanorum ditionē cessit.Et tunc Syriæ regnum finem accepit:quod per ducentos uiginti annos sub regibus.17.durauit.Quoꝝ nomina & tempora ista sunt.

¶ Syriæ regum Epilogus.

Seleucus qui & nicanor.i.	añ.31	Seleucus philopator.7.	añ.12.	Demetrius.13.	añ.9.
Antiochus Soter.2.	añ.19.	Antiochus epiphanes.8.	añ.11.	Demetrius 14.	añ.4.
Theus.3.	añ.10.	Antiochus eupator.9.	añ.2.	Antiochus.15.	añ.12.
Gallincus.4.	añ.20.	Demetrius Sother.10.	añ.12.	Antiochus.16.	añ.18.
Antiochus magnus.5.	añ.36.	Alexander.11.	añ.10.	Philippus.17.	añ.1.
Ceranno.6.	añ.3.	Antiochus.12.	añ.3.		

¶Sociale bellum.

¶Picentes uestini: Marsi: peligni: Maruicini: Sannites: & Lucani anno nono regni Alexandri in unum confederati secundum Orosium in quinto lib. Graue bellum in italia contra romanos assūpsere. Vnde & ciuem seruium prætorem Romanū legatū ad se apud Esculum missum occiderūt: clausaq; ciuitate ibidem omnes ciues romanos in dicta cæde iugulauerunt. Et hoc quidem bellū per quadriennium protractum est. 5120 79

Pt. Sot. PTolemæus Sother pauloante a matre pulsus: hoc anno Alexandro ab ægyptiis interfecto: regnum paternum iterum recuperās regnauit annis octo. Ciues enim (ut præmissum est) quum primum Alexander matrem occidisset: ipsum in uindictam matris propter eius interfectionem repulerat & cætera. 5123 76

¶Sylla patricius romanus anno tertio regni.p.Sother quum plurima in iugurthino bello edidisset facinora imperatoris gloriam a senatu reportauit. Qui statim contra Mitridatem athenas missus de eius exercitu cētum milibus cæsis athenis potitus est. Hic (ut plutarchus & Salustius tradūt) ex antiqua atq; præclara Scipionum familia ortus: omnem uitam ab adolescentia quibuscunque flagitiis inquinatam usq; ad quæsturam duxit. Quam sub Mario contra iugurtham adeptus est: in quo quidem officio uitam penitus commutauit. Et ut dicit Valerius: cathenas iugurthæ manibus iecit. Mitridatē compescuit: socialis belli luctus repræssit: Cynnæ dominationem fregit: & Marium: qui olim se quæstorem fastidierat: in ipsam illam prouinciam proscriptum & exulem petere coegit. Erat hic litteris græcis latinisq; optime eruditus: facundus: acer: astutus: gloriæ cupidus: sui securus: multarum rerum & pecuniæ maxime largitor: animo grandi: ita ut dicat Salustius: Dubitari potuit: fortior an fœlicior foret. Nam fœlix in eo dici potuit q; de inimicis Marianis ultus fœliciter fuerit: quorum ex eis sex milia necari in urbe iusserit: proscriptis quingentis & duodecim milibus in prænestre occisis: postea dictator factus: ita rempu. repræssit: ut teste Cicerone in sexto uerrinarum nemo illo inuito nec bona: nec patriam: nec uitam ipsam retinere posse: postremo sicut plinius nepos refert libro de uiris illustribus ordinata republica dictaturam deposuit: & sub priuata uita puteolos se contulit: ubi paulopost in morbum incidit: ulcere in intestinis oborto. Quo tēpore tanta pediculorum uis toto corpore manauit: ut nullo argumento cohiberi possent: atq; hoc morbo mortem obiit: scripsit autem Sylla hic commentarios pulcherrimos. Nam teste plutarcho uigesimumsecundum commentariorū librum biduo antequam mortuus est scribendi finem fecit. 5126 73

numerus occisorū proscriptorū pediculi hominū interficiuntur.

¶Prodigia dira fiunt.

¶Prodigia dira hisdem temporibus: testibus diuo patre Augustino tertio de ciui. dei capitulo.13. & Orosio libro quinto capitulo.12. in italia uisa sunt. Nam canes equi boues asini & alia quæq; animalia humanis usibus subdita: subito momento efferata: & pristinæ lenitatis oblita: relictis dominis: libera uagabantur: & omnium hominum sperneb ant accessum: non sine periculo adeuntis.

¶Apud tarentinos item quum panes per cōuiuia frangerentur: cruor mediis panibus quasi e uulneribus corporum fluxit: per septem etiam continuos dies grando lapidibus immixtis etiam testarum fragmentis terram latissime uerberauit.

¶In sannitibus quoq; & Beneuentanis uastissimo terræ hiatu flamma prorupit: & usq; in cœlum extendi uisa est. Compluresq; præterea i itinere romani uiderunt globum coloris aurei a cœlo ad terram usq; reuolui. Maioremq; rursum e terra in sublime ad orientem sole ferri: ac magnitudine sua solem obtexisse. Nec multo post socialibus bellis intra italiam gestis ciuile bellum exortū est omnium sæuissimum.

¶Ciuile bellum.

¶Ciuilium bellorum romanorum initium & causa fuere primo Tiberii &. C. Gracchorū agrariis legibus cōcitati. Volebāt enim agros populo diuidere: quos nobilitas diu possederat: sed iam uetustam iniquitatem audere conuellere pernitiosum est: ut ipsa res experimento docuit: sed ut prolixitas omittatur: rem ipsam paucis explicabimus. Quum prædictus Sylla contra mitridatem pōti regem Armeniam occupantem Marium a senatu dirigi affectaret: nec quod postulabat obtineret: indignatus cum exercitu armatus urbē ingreditur: & confestim Sulpitium interfecit. Mariumq; fugat: ac alios consules ordinat. His rebus gestis ad aciem contra romanos profectus est: & hoc quidem ciuile bellum: ut suetonius scribit: q; sylla incepit per.x. annos cum maxima cæde protractum plusq̄ quinquaginta hominum milia consumpsit. Verum mortuo sylla quieuit.

quingenta hominum milia in ciuili bello interfecta fuerunt.

¶Mitridaticum bellum.

¶Mitridaticū bellū āno ab urbe ꝯdita: ut scribit Oro.666. Regni uero sother q̄rto nōdū sociali finito Ro. et ciuili pdurante incepit: qđ p ānos.x. dilatū est: qđ & si minus infame nō tū pliis minus graue cœptū est. Et quidē de huiusmodi bello uarie scriptū comperimus: utrum ab hinc cœptum 5127 72

primum

primum fuerit:an tunc præcipue exarserit:maxime quum alii triginta alii quadraginta annis gestum fuisse ferant:sed quãuis hisdem gesta tẽporibus pplexis coaceruata malis exarseruit:a nobis speciatim:& si breuiter mitridatis uita percurrẽda singula huius belli gesta proferuntur.

¶ Mitridatis igitur pharnacis parthorum regis filius & ponti.rex fuit.de quo Iusti.libro.41.& Apianus Alexandrinus:& plini.lib.25.natu.histo.ac Gellius libro.17.nocti.at.multa scripsere. Hic in prima mitridates ex prædicto patre apud synopem natus educatusq; : ac tãdem sepultus perhibetur. Qui quum puer parentibus orbatus esset:principatumq; obtinuisset:mox ut adoleuit finitimos populos & scytas in potestatem suam redegit:& cum romanis per quadraginta annos uariis euentibus cruentissimum gessit bellum:Bythiniamq; ac Cappadociam similiter adeptus: Asiam:phrygiam:paphlagoniam: Galliam & Macedoniam inuasit:multa & præclara agens prælia. Insuper & omnia in mari dominatus est:quoad sylla intra paternos limites inclusit centum & sexaginta hominũ milia in bello habuit:& eisdem cum optimis ducibus decertauit:a Sylla quidem & Lucullo ac Põpeio uictus sæpenumero tamẽ magnas illis intulit clades.L.Cassium:&.Q.Apium:&.M. Atiliũ captiuos sibi deditos palam circunduxit:quoad illum qui totius belli causa fuerat:interemit reliquos Syllæ tradidit:uicit Fimbriã:ac murenã.Cotam quoq; ↄsulatu illustrem:& Fabiũ:& Triarium superauit:ingenium illi ad res difficiles præcellentissimum fuit:uictus sæpe ab incepto minime destitit:nec una uia Romanos aggressus est.Cum celthis fœdus iniit.Et sertorium in Hispaniã per insidias misit:siue autem ab hostibus:siue ab aliis ferro ĩpetitus & saucius:nullo tamen ab opere cessauit.Ferunt hunc duas & uiginti linguas: Tot enim nationibus imperauit notas habuisse:ut qua quisq; lingua cum postulasset: eadem sibi ius redderet:sanguinolentus tñ & crudelis in oẽs extitit.Nam matrẽ fratres & tres impuberes filios totidẽq; filias interfecit:statura ingenti fuit:firmaq; semper ac optima ualitudine.Et cum litteris græcis imbutus esset:musicæ etiam operam dabat:sobrietatis eximiæ laborumq; patientissimus:solum mulierum illecebris tantus uir deuictus fuit.His moribus mitridates cum mundum(ut ita dixerim)multis cladibus inuoluisset:ad ultimum desertus a suis filiis fraude circũuentus ad ueneni confugit remedia.Quo tarde agente in cadẽ suã gallum quendam percussorem uocauit:qua percussione uitam finiuit.Vixit mitridates hic sexagintanouem annos in quibus.50.&.7.regnauit:quo mortuo consensu pompei apud synopem rogati sepulchro conditus est.Lucanus tamẽ uult ipsum ueneno extinctũ fuisse. Vnde in primo sic inquit. Post ciclas ne uagos & lassi pontica regis. Prœlia barbarico uix consumata ueneno.

quadraginta ãnis cum romanis bellauit fimbriam murenã cotãq; & alios uiginti duas linguas nouit tot nationibus ĩperauit matrem & fratrẽ & ppriosfilios interfecit.

70 5119 ¶ Sertorius patritius romanus ex Nursia sabinoꝝ urbe ortus:his tẽporibus dolo atq; fallacia:nec non audacia potens:cũ in ciuili bello marianis partibus fauisset:Syllam fugiens ex Aphrica dilapsus in Hispaniam bellicosissimas gentes in arma contra Romanos excitauit.Hic itaq; ex prædicta urbe ortus:honeste quidẽ sub uidua matre educatus fuit.Adolescẽsq; factus:p eloquentiã maximã in ciuitate comparauit potẽtiam.Prima enim eius militia sub Scipione contra Cymbros fuit. Vbi quum a romanis matre pugnatum esset:equo amisso & uulnere insuper accepto Rhodanum fluuium cum thorace & scuto per aduersos fluctus plurimum natando traiecit.Ita robusto & exercitato corpore erat.Ad honores deinde prouectus nequaq̃ militarem amisit audaciã: immo corpus suum multis periculis obiectans:& fortitudinis opera manu propria edens:tandem alterum amisit oculum.De quo etiam gloriari solebat.Quod alii non sic semper suæ uirtutis testimonia sicut ipse secum deferrent.Quinimmo torquens hastas & coronas atq; alia plurima domi relinquerent.Demum cum Sylla reꝝ potitus esset:quum fugissetq; Sertorius in hyberiam pacianus qdaȝ nomine a Sylla eo mittitur decertandi cum eo gratia.Quem Sertorius non solum necauit. Verũ etiam omnem eius exercitum cœpit.Tigenumq; oppidum expugnauit.Fertur enim sertoriũ neq; uoluptate neq; metu unquã potuisse superari:eo q fortissimus in aduersis:& modestus in secũdis semper extiterit.In ĩprouisis uero casibus ita constans & audax:ut omnes sui temporis duces anteierit.In cunctis uero quæ uel ingenio uel actu conficiuntur.s.occupatione locorum:præuentione hostium celeritate fallaciis quotiens expediret profundissimus artifex fuit:quibus rebus præstans a lusitanis dux eligitur:& cum septem milibus & quingentis aduersus quattuor romanorum duces bellum gessit:sub quibus erat peditum centum &.20.milia:equitum septem milia:& sagittarioruȝ fondibulariorumq; duo milia:quos omnes sertorios partim occidit & partim profligauit:ac Metellum uirum amplissimum ab obsidione lagobritarum abire coegit. Dehinc pompeium cũ eius exercitu ita contriuit:ut paꝝ abfuerit quin ipse pompeius interficeretur. Tandem a Marco perpẽna eius familiari principatum affectante in quodam conuiuio sertorius hic proditus crudeliter occiditur.

oculum amisit.

¶ Viri disciplinis excellentes.

69 5130 ¶ Plotus orator natione gallus philosophus quidem acutissimus his temporibus floruit.Romãq; perductus primus ibidem rhetoricam latinam docuit.Et propterea Cice. de eo sic ait. Memoria teneo primum latiæ docere cœpisse plotium quendam.

¶ L.pomponius historicus & orator attellanarum scriptor per hoc idem tempus Eusebio teste claros fuit:qui Geographiæ libellũ edidit:in quo urbium distantias & loca quæq; mensurat.

¶ Leõeus grãmaticus doctissimus Gn.põpei libtus hac tẽpestate ĩ pcio fuit:q põpei dñi sui iussu ↄmẽtaria ĩ arte medicia:q ibidẽ põpeius deuicto mitridate ĩ suis scriniis coopierat ĩ nr̃m transtulit

sermoné q̄ hūanæ uitæ nō minus ꝓfuere: q̄ reipublicæ uictoria illa de mitridate pta. Nā mitridates ipse iter reliq̄ īgenii sui magnitudine medicinæ curiosus ab oībus subiectis suis: q̄ fuere pars magna terraꝝ singula medicinalia exqrēs: cōmētationū haꝝ & exéplaria: effectusq̧ ī archāis suis reliq̄rat.

❡ Vltacillus plotus latinus rhetor & ipse Gn. Pompei doctor & libertinus per hæc tempora secun dum Eusebium scholam Romæ apperuit: & multa conscripsit.

❡ Asclepidem medicū & rhetorem celeberrimū his tpibus Romæ claruisse non nulli tradunt. De quo Plinius in septimo naturalis histo. sic ait: quod natione prusiensis fuit: primusq̧ rhetoricæ ma gister extitit: ī q̄ arte nō satis ut uolebat q̄stū faciēs ad medicinæ artē: ut erat sagacis īgenii uir se re pente conuertit: & plurimum ibidem profecit: & propterea sicut idem plinius refert: in medēdi ar te plurima extant composita ab eodem uolumina.

❡ Diodorus sardensis orator cognomento zonas per hæc quoq̧ tempora in precio fuit: & multa documenta conscripsit: multaq̧ pro Asia concertauit. Accusatus autem quod ciuitatem suā ī Mitridatis amicitiam pelliceret: habita excusabili oratione omnes calumnias deleuit.

❡ Methrodorus rhetor græcus: & legista: & ipse tēpestate istac apud calcedonē agnoscit: q e philo sophica disciplina in ciuilē mutatus pp eius eloquentiā: q̄q̄ paup eēt: claꝝ cōiugiū apud calcedo nē obtinuit: & a Mitridate rege redēdo iuri ꝑpositus ē. Sed postmodū ad Tygranē legatus missus: quū ab eo recessisset: iuitus remissus est: ac iteꝝ reuertēs siue regis opa siue alio morbo decessit. Sē sitq̧ philosophicā uitā īprudēter se deliq̄sse: q̄ si neq̧ honores: neq̧ opes cumulat: attamē saltē peri culis molestiisq̧ complurimis: ut experientia didicimus caret. Sæpe enim eorum ignominiosus est finis.

❡ Ilium in Troia uastatur.

❡ Fimbria romanus q̄stor p hoc tps ilium pœnitus uastat. Is nāq̧ q̄stor cū Valerio flacco consule aduersus mitridatē missus orta seditione in Bithinia Flaccū ꝑdictum occidit: potitusq̧ exercitus ili um uenit: a qua urbe quum tāquam latro exclusus fuisset: indignatus exercitum ad urbem admo uit: & illam. xi. die cœpit: sed glorianti quod tam cito eam urbem cœpisset: quidam iliensis notæ Agamennon respondit. Non Hector quippe aderat qui pro patria pugnaret: sylla uero postmodū quum Fimbriam obtruncasset: ciuitatem ilium multis consolari studuit beneficiis. Deinde Iulius Cæsar de eadem curam maximam suscepit.

P. Dio. PTolemæus Dionysius undecimus ægyptiorum rex anno. 527. iudaicæ captiuitatis hoc est olympiade. 175. ægyptiis regnare cœpit & regnauit ānis. 30. de quo nil memoria dignum comperimus: eius autem āno primo Sylla Romam obtinuit: & biennii post uita decessit. Nam pauloante Sylla apud athenas ut prædictum est Archelaum mitridatis ducem ita deuicit: ut cētum milibus occisis: ipse triduo in paludibus dilituisset: quo cognito mitridates pacem petiit: cui Sylla concessit ut minus periculi a tergo habens securius ad bellum ciuile properaret. Nam Marius nuper fatigatus Romā ingressus multos nobiles occiderat. Senatum proscripserat. Demum Syllæ euerterat: qua pp commotus Sylla urbem ingressus tot hominū milia consumpsit aut prospicit: ut. Q. Catullus Syllæ diceretur: cum quibus tandē uicturi sumus: si in bello armatos in pace inermes occidimus. 5132 67

❡ Ciuilis belli finis.

❡ Seruilio. P. & Apio Claudio consulibus creatis anno secundo regni Dionysii: ut scri. Orosius. Visus est Sylla priuatus emoritur. Quo mortuo conclusa sunt duo funestissima bella: sociale scilicet italicum & ciuile syllanum: quæ quidem bella per annos decem protracta plusquā. 150. Romanorum milia proscripserunt: tātumq̧ lectissimorum uirorum ac uernaculorum militū Roma propter hæc perdidit: quātum in ea superiori tempore: quū se aduersus Alexandrum magnum circun spiceret: in discretis ætatibus cēsus inuenit: præterea uiros cōsulares. 24. consules sex: ædiles. 60. senatores fere ducētos absq̧ his: qui in uniuersis totius italiæ populis passim confederatione necis deleti sunt.

❡ Bruti secundi mors.

❡ Lepidus Romanus marianæ ptis assertor hoc anno mortuo sylla aduersus Catul. syllæ ducē assurgēs rediuiuos belloꝝ cineres suscitauit. Bis tūc acie certatū cōplurimi Ro. iā ipa paucitate miseroꝝ: & adhuc illo furore insaniētiū cæsi sunt: albano Ci. obsidiōe expugnata: atq̧ ultima fame ex cruciata miserabiliū reliqaꝝ deditione seruata ē: ubi tūc scipio ipsius lepidi filius captus atq̧ occisus fuit. Brutus uero lepidi socius in cisalpinam galliā fugiēs pseq̄nte Pō. nō lōge a mutina urbe īterfectus est: ī cuius urbis foro: ut uidim⁹. Bruti adhuc extat sepulcꝝ. Ita hoc ciuile bellū nō magis clemētia Catulli q̄ tedio Syllanæ crudelitatis: ut ignis ī stipula eadē celeritate: q̄ exarsit euanuit. 5132 67

❡ Alexandra uxor alexandri regis iudæoꝝ: hoc anno qui est quartus regni Dionysii ānus. 3. loco regnare cœpit: & regnauit annis. 9. Nā maritus moriēs Hyrcanū & aristobolū liberos reliq̄t: sed regnū huic alexandræ uxori tradidit eo q̧ ex filiis hyrcāus reꝝ gubernationē ignorās uitā odiosā elegerat. alter uero. s. aristobolus efficax & audax erat: ipsa. n. a populo plurimū diligebat: eo q̧ uiuēte marito uisa fuit contristari: de quibus peccasset: quæ suscepto magistratu filiū hyrcanū propter ætatem principem sacerdotū statim ordinauit: phariseis tamen oīa facere pmittens: qbus obedire populo præcepit. Nomē āt regiū & ipsa tantūmodo ferebat: omnē uero potestatē phariseis pmittebat Hi āt oēm rempublicā ꝯturbabant: multos occidentes: & q̄ maxime alexandri ꝯsiliarios: atq̧ alia scelera pertractātes: hæc tū multa gessit ad regni ꝯseruationē: & nūq̄ ꝑ sui sexus uirilitate succubuit: 5134 65

calida

calida quippe circa regni detentionem: quod ex ipsis suis operibus: ut scribit Iosephus libro.13. euidenter ondit: attamē quū nec bonū aut iustū aduerteret: ante quā moreref ad summā calamitatē negocia domus suæ perduxit: & post mortem multis miseriis regnum compleuit: propter malam dispositionem. Et quanuis male regnasset: gentem tamen suam in pace custodiuit. Deniq; quū in ualitudinem sæuissimam incidisset: aristobolus natu minor rempublicam occupauit: & illa paulo post anno ætatis suæ.73. uita discessit.

5136 ¶ Lucullus Romanus patritius anno.5. Dionysii olympiade.s.176. teste Eusebio: deuicta armēia: mesopotamiaq; ac ni sibi ciuitate cum fratre regis capta: Romæ impator appellatus est. Qui ut plutarchus scribit primo auunculū hñs Metellum numidicū græcis ac latinis litteris operam dedit ita ut in utrisq; posset ornate dicere: & sylla ad eū reꝝ suaꝝ cōmentaria scripserit. Scripsit āt hic græca oſone marsicū bellū in quo adhuc iuuenis multa audaciæ & grauis cōsilii facinora declarauit: cuius constātia ductus sylla tantū sibi auctoritatis & uirtutis tribuebat: ut nisi ꝙ fortior strēnue agēdum foret: Luculli opera uteretur. Mortuo uero sylla cum. M. Cotta hoc ipso anno consul declaratur. Qui ambo quū aduersus Mitridatem perrexissent: atq; primū a Cotta infœlicissime pugnatuʒ esset. Lucullus ipse: ut erat animo audax cū paruo exercitu Mitridatem adeo late ꝓfligauit: ut multis trucidatis sex equoꝝ millia.15. uiroꝝ millia: & innumerā iumētoꝝ multitudinē cœperit: ac nō multo post quū in fugientes hostes incidisset: circa.30. & ministroꝝ & militum millia perdidit. Deinde cōparato sibi Mitridates exercitu ipsum pœne totū amisit: & ad Tygranē in armeniā ꝯfugit. Lucullus autem interim chaldæos: aliosq; populos subegit. Et assumptis tantum.15. militibus cōtra tygranē profectus: ipsum cōmissa pugna superauit: in fugāq; uertit. Neq; multo post ducētis quinquaginta uiroꝝ cōgregatis tygranes cum Lucullo q.24. cohortes hēbat: dimicans ultra centū millia peditum ex tygranis exercitu occisa sunt. Equites pauci admodū effugere potuerunt: uulneratis tantūmodo centū romanis & quinq; interfectis. Captaq; tygranis urbe: Lucullus multas opes inde abstulit. Tygranesq; deniq; cum tribus auxiliaribus regibus iterato exercitu cōgregato: a Lucullo etiā superato salutem sibi fuga comparauit: in quo prælio nobiliores ex barbaris plurimi interiere. Quibus uictoriis Lucullus elatus ad subuertendum omnino Tygranem conscendere instituerat: sed hyeme superueniente rem infectam dimisit. Quo in tēpore quum a militibus odio habitus esset: ab eo deinceps nil gestum est: pro qua re impium ei abrogatū: pompeio demandatum est. Propter quod Lucullus & ipse indignatus sponte ab republica sese abdicauit: & reliquum uitæ suæ tempus ad litteraturam: quietemue contulit: & omnes opes quas bello quæsierat parum utiliter consumpsit: nam ad tantas se conuertit delicias: ut inter ornatos regum conuiuas luculli dinumerarentur in primis: quod quidē in hoc coniicere par est: quod de illo præcipue memoriæ traditū est: Nā quadā die pōpeius & Cice. hoc audiētes: Lucullū ex ocio in foro sedētē cōuenerunt: & eo ex more salutato. Cicero uolumus inquit o luculli apud te cœnare hodie: hac cōditione: ut nil noui nostri causa parari iubeas. Quod Lucullus recusauit: sed in posterum diē parari sibi cōuiuium postulauit: illi autem nolle omnino differre: neq; aliud secreto familiares pt̄ter alloquēdi concedere: post multa uero hanc illi tantū gratiam postremo præstitere: ut illis audientibus uni ex familiaribus domus suæ diceret: hodie in Apolline cœnabitur. Quo audito famuli confestim intellexerunt: q̄li ornatu: quoue sumptu conficiendum esset conuiuium. Consueuerat enim (ut plutarchus scribit) precii quinquaginta miliū in apolline præparari. Quæ quū sic acta fuissent: stupore quodā pompeius: & Cicero in tanta epulaꝝ abundantia mirati sunt. Erant autē Lucullo: ut plutarchus ait: ꝯuiuia non semp diuitiarū apparatu: tandē quū obiisset eius funeralia in Tusculano agro celebrata sunt: Hic autē Lucullus inter alia: ut diuus Hieronymus ad Marcellū de muneribus acceptis testatur. Cerasum fructum primus ex ponto Romam detulisset: mox totā italiam repleuit.

Vide multitudinē captiuorum & occisorum Centū milia de Tygrane occidit

Incredibilis conuiuii apparatus.

Cerasa fructus ex ponto primo allatus

¶ Aedificia Luculli quædam.

¶ Aedificauit itaq; hic magnus lucullus & Romæ & alibi: maximeq; in campania uillas supbissimas & alia loca superbissima: quæ singula describere operosum esset: sed quædam digniora ad magnificentiam atq; potentiā hoīs declarandā breuiter attingere ꝯstitui. Et p̄cipue non lōge a puteolana urbe: apud misenū montē: ubi in lucullano dicebat: Domū dixit pulcherrimā: amplissimāq; ac certe supbissimā: cū multis porticibus: & fenestris aptam æstati idoneā: Aliāq; in Bayano ꝓ hyemali tpe pulchriorem ædificauit. Quos adeo superbissimas construxit: ut incredibile non credētibus uiderentur. Vnde & ea in regione extare dicuntur sepulcra & uillarum aliorumq; monumentorum uestigia: partim omnino prostrata: partimq; semintegra magnificētissima. Apparetq; eo in loco luculli ipsius Balnea natatoria subterræa ad cœnas luxūq; ad triclinia. Supius quoq; adhuc uisuntur q̄dam incredibilia: q̄ adhuc sunt integra quasi ut noua uideantur. Et partem q̄nq; subterraneam sublimibus sustentatā lateritiis columnis: quæ ducentis qnquaginta in longitudine & cētum septuaginta passibus patent. Vide plutarchum.

¶ Hyrcanus alexādri iudæoꝝ regis ex p̄dicta Sylena seu alexādra filius.23. iudæoꝝ pōtifex principarū sacerdotii suscipiēs: sedit annis.24. Hic a matre: ut p̄missum ē: pōtifex ꝯstitutus: post mortem m̄ris cū fratre suo Aristobolo de regno maximas quæstiones & concertationes habuit. De quibus Iosephus historicus librum quintumdecimum antiquitatum facit: ipse nāq; Aristobolus eius fra-

ter mortua matre collecto exercitu in cãpis ierechontinis hunc fratrem uicit. Quo superato mox in concordiam uenerunt:hoc pacto:ut Aristobolus regnaret:hyrcanus uero sub eo quibuslibet honoribus fungeret. Veruntamen paulopost Hyrcanus promissis non contentus ad Aretam arabuꝫ regem noctu confugit:asserens dolose fore circũuentum. Vnde collecto exercitu Hierusalẽ ueniẽs urbem obsedit:atq; in hunc modũ contendẽtes occasionem Romanis præbuerunt iudæam inuadendi. Quamobrem põpeius Hierosolymam ueniens urbem cœpit:qua capta templum reserauit:& ad sancta sanctoꝶ usq; accessit:& ibi multa uidit:quæ non licebat nisi sacerdotibus intueri: inuenit autem eo in loco præter mensam auream & candelabra pecuniarum duo milia talenta. Quas tamen Pompeius propter deuotionem contingere noluit:nec contingi permisit:mandauit q; ministris tẽpli illud purgare:& legittima deo offerri:Hyrcano uero huic iterato principatũ donauit:eo ꝙ ei utilis uisus fuisset:eoq; principe constituto:& iudæa sub tributo cõstituta:Aristobolum huius fratrem & duos eius filios:scilicet Alexandrũ & Antigonum:totidẽq; filias captiuas abduxit pompeius. Hi autem fratres multoꝶ malorum hierosolymis auctores fuere:quum inuicem inter se bella gererent. Et ex tunc iudæi libertatem pœnitus deposuerũt:& subiecti Romanis esse cœperunt:& prouincias quas armis patres eorum possederãt:a Syriis ablatas restituere compulsi sunt. Pompeius autem dirutis urbis hierusalem muris Scauro principi regionis curam commisit:post mortem uero aristoboli huius fratris Antigonus eius filius e Roma fugiens Hierosolymã uenit:& a parthis eum capere fecit:quo capto ne unquã in regno restitui posset:aures eius ãputauit:ne posset rursus ad eum principatus sacerdotii peruenire propter hanc diminutionem: Ibidem sic mutilatus Hircanus per multos annos fuit:quo ad usq; herodes antipatris filius:quem tanquam filiũ semper habuerat. Iudææ principatum obtinuit. Quod quum audisset Hyrcãus qui sic captiuus tenebatur:rediit ad herodem:qui non illas retributiones ab eo recepit:quas priuatas ab eo acceperat. Nã mutauit herodem fortunæ prouentus:quia suscepta eius filia in coniugio ipsum interfecit.

Huic hircão aures amputantur

Herodes socerum interfecit

¶ Pompeius maximus Romanorum imperator hiisdem tẽporibus maximo in precio apud Romanos ambitus est:qui deuictis magna celeritate pyratis iterato contra.22. orientis reges imperator designatus est:qui contra mitridatem in armenia minore uadens:ipsum nocturno prælio uicit. eiq; maximam cladem intulit:pro qua mitridates ipse cum uxore & duobus comitibus fugit. Deinde tygrano armeniæ regi graue bellum intulit:eumq; in deditionem coactum denuo recoronauit:quum coronam deponeret:pecunia tamen parte mulctatum post albanoꝶ regem prudenter uictum rogatus in deditionem accepit: Armeniãq; minorem uictam Deiotharo galathiæ regi donauit:quia ei socius bello mitridatico fuit. Itures & arabes paulopost uicit. Iudæam oẽm cum Hierosolyma cœpit:& iudæos omnes Romanis tributarios fecit:ibidem & in omni Syria scauro præside deputato:pugnauit itaq; pompeius hic uir maximus hac uice in oriente cum uigintiduobus regibus:quorum omnium uictor existens in asiam se recepit. Et quũ Romã per Ciliciã propetaret:alexandri aristoboli iudæorum Regis filius ex itinere fugiens Alexandriam:hircanumq; munitissima oppida obtinuit. Ex quibus magna manu collecta depopulatus est iudaicam regioneꝫ. Reuersus deniq; Romã cũ ingenti gloria pompeius triumphauit de pyratico mytridatico & aliis complurimis bellis:in quo quidem triumpho:sicut scribit plinius translata fuit primo statua argentea pharnacis ponti regis:& Mitridatis patris:necnon & currus aurei & argenti:in eo quoq; triumpho tulit pompeius alueum aureum cũ gemmis duabus:& lunam aureã pondo.30. lectos tricliniares tres:uasa ex auro & gẽmis abacorum nouem:Signa aurea tria:Mirina tria:coronas ex margaritis trigintatres. Montem aureũ quadratum cũ ceruis:leonibus & pomis omnis generis:& mẽsas ex margaritis. Hæc oĩa pompeii uictoria in urbem inuexit. Fuere etiam in eo triumpho:ut plutarchus inquit:regiões pontus uidelicet:armenia:capadocia:paphlagonia: Media: Colchis: Hyberia: Albania:syria: Cilicia: Mesopotamia:& hi qui circa phœnicem & palestinã incolũt. Iudæi quoq; & arabes:& cæteri:quotquot terra mariq; ab ipso debellati fuerant. Inter hæc notabantur castella mille capta:ciuitates ferme nongentæ:naues octingẽtæ:in eo quoq; triũpho captiui ducti sunt post pyratarum principes Tygranis filius cũ uxore filiaq;: Rex iudæorum Aristobolus. mitridatis soror cũ quinq; filiis:scytarum multæ mulieres: Albanorum & hyberoꝶ:ac regis comagenorũ obsidere ducti. Hic triũphus maximus ac splendidissimus omniũ fuit:qui hactenus Romæ fuerunt. Hæc autem omnia anno ab urbe condita.690. Iunio syllano &. L. Murena consulibus gesta sunt. Reliqua autem huius maximi imperatoris gesta & bella quæ cum Cæsare gessit:infra in gesta ipsius Cæsaris narrabuntur.

Mitridatem Tygranem Albanũ Itures & Arabes Viginti duo reges superat

Castella mille Ciuitates nongentæ naues octingentæ

¶ Creticum bellum eo tunc a Metello cretico confectum fuit:de quo etiam ipse triumphauit:sed eius triumphus pompei triumpho impar extitit. 58 5141

¶ Catilinæ Romani uiri pestiferi coniuratio cõtra rempublicã:hoc anno qui est.18. regni Dionysii:olympiade autem.179. Marcho Tulio Cicerone cõsule regnante fuit:cuius patriæ turbationẽ atq; tumultum idem Marcus Tullius Cicero compressit atq; prudentissime sedauit. De qua quidem coniuratione Salustius atq; Liuius pulchre scripserunt. Erat in primis hic Lucius Cati. ut scribit Salu. nobili genere natus magna animi & corporis ui:sed ingenio prauo: Cui ab adolescentia bella:intestina:cædes:rapinæ:discordiæ ciuiles grauissimæ fuere. Ibiq; iuuentutẽ suam exercere studuit:quum

duit:quũ eẽt animo audax:subdolus:uarius:& cuiuslibet rei simulator:qui quum esset flagitiosissimus uir:& oium facinorosorũ dux.Hoꝝ cateruas circũ se semp habere uoluit:quibus fretus societatibus ipse flagitiosus Catilina ad opprimendam rempublicã ꝯsilium cœpit:quũ ei maxima spes esset ꝯsequendi consulatũ.Sed coniuratione propalata:detectisq; coniuratoꝝ noibus:Lentulus ex clarissima cornelioꝝ gẽte ortus:penes quẽ una cum Cicerone fuit imperiũ ꝯsulare magistratu primo a senatu abdicatus.Inde Cethegus Statilius Gabinius & Ceparius senatorii ordinis uiri decreto senatus in carcerẽ missi:statiʒ una cũ ipso Lẽtulo laqueo strãgulant̃.Quod ubi Catilina cognouit ĩ trãsalpina fugere cogitauit.Quo cõperto Antonius cũ qbusdã legionibus ipm ꝑsequẽs ĩter cõfertissimas legiões cõfodit:atq; ita Ciceronis uirtute respublica a magnis ꝑturbatiõibus seruata ẽ.

¶ Cæsaris uiri prope diuini gesta hic incipiunt.

¶ C.Julius Cæsar anno ab urbe cõdita.693.qui est annus.26.regni Dionysii post multa strẽnue gesta consul una cum.L.bibulo creatus statim gallia transalpina & illyricũ cum decem legionibus eidem decernuntur:cum quibus per decem annos bellans grauissima bella confecit. Verum quum eius historiam Suetonius & plutarchus plene explicuerint: non solito more de eo conscribendum duxit: sed competentes portiunculas ab ipsis historicis excerptas separatim ponere.

52 5147 ¶ Heluitiorum igitur animos gentis gallorum fortissime ea uel maxima eam terribiles quod perpetuo pene cũ germanis altercabant̃:a qbus tantũ rheno flumine dirimunt̃: Oregetho rex qdaʒ princeps huiusce gentis spem totã inuadẽdi gallias accẽdebat:quo cæteri optimates corruptos ad mortem coactos cohibere:tamẽ semel animatos in ꝑdam nequerũt:q ꝯiuratione facta hac die dicta exustis uicis domibusq; suis:ne qđ desideriũ ex spe reuertendi foret:ꝓfecti sunt.Quos quũ primũ apud rhodanũ obuios Cæsar habuisset:magno difficiliq; ꝑlio uix uicit:& ad deditionẽ coegit: hoꝝ fuit:quũ primũ ꝓgressa est multitudo heluitioꝝ:thuringioꝝ: lothobrogoꝝ thauroꝝ & boioꝝ utriusq; sexus ad cẽtũ qnquagita sex millia in isto ꝑlio ceciderũt:cæteri in terras ꝓprias remissi sũt. 156.millia p iulium Cæsarẽ sunt interfecti
Cæsar postea contra Ariobistum regem exercitantẽ:inuehentẽq; incredibiles germanoꝝ copias: quibus nuper uniuersas galloꝝ copias subegisse iactabãt:apud seqnos uicit:quũ diu exercitus Cæsaris germanoꝝ multitudine & uirtute perterritus pugnam detractasset:Ariobistus in germaniã arrepta nauicula aufugit:uxores uero eius duæ totidẽq; filiæ captæ sunt:Fuerunt in Ariobisti exercitu arcides Marcomenes triboci uãgiones Nemetes:Eudes:& Sueui pugnæ magnæ & phalangæ germanoꝝ affuere:qui coacto in unũ agmine se utiq; contextis capitibus ad irrũpendã Romanaʒ aciem tuti undiq; perstruxerant:sed postq̃ aliqui Romanorum militum agilitate:audaciaq; audacissimi ꝓductam testitudinẽ ingressi fuissent:scuta singuloꝝ uelut Squãmas singulorum humeros perfoderunt.Territi hostes nouo mortis periculo mortem terribilem dissoluere compagẽ exinde ĩ fugam uersi per quinquaginta passuum milia insatiabiliter cæsa sunt.Neque haberi potuit Germanorum numerus:uel quantus pugnæ affuerit:uel quantus fuerit occisorum.Deinde(ut Eutropius scribit)ponte confecto Rhenum transgressus.Sueuos uero quorum centum pagi erant perdomuit:postea omnem galliam:qui inter alpes flumen rhodanum:rhenum & occeanum britannicum est qui nouem annos cæsar subiurgauit:in quibus deuictos britannicos quibus usq; nũc Romanorum nomen incognitum erat:acceptis obsidibus tributarios fecit:inter tot successus ter tantũ male a Cæsare pugnatum est.Romamq; reuersus triumphauit.

¶ Crassi uictoria & mors.

51 5148 ¶ Crassus Romanus consul pompeii collega anno secundo regni Dionysii:mortuo Gabinio Syriæ præside in locum suum a senatu subrogatur:ut maxime parthos Syriæ uicinos rebellantes reprimeret:uir quidem cupidissimus & insatiabilis cupiditas:qui ut Iosepus libro.14.testatur:audita hierosolymitani templi opulentia quam pompeius intactam reliquerat illo diuertit:urbẽq; ingressus templum peruadit:& opes duorum millium talentorũ abstulit:tulit etiam trabem aureã uersatilem trecentas minas pẽsantem.Indeq; diuertens per Mesopotomiam in parthiam ꝑuenit:& ĩ itinere sociis ciuitatibus auxilia indixit:preciaq; exegit:mox ut Euphratem trãsiuit uacesenẽ legatuʒ a rege parthoꝝ ad se missum obuiũ habuit:a quo uæhementer increpatus est:quod cõtra Lucilli & Pompei fœdus auaritia ductus Euphratem transierit.Quãobrem sine mora futurũ eẽ ut pro ꝑthico auro syrico ferro honoret̃:atq; ita quũ prope Carã uentũ esse:parthi subito ingruentes cũ syrẽa & syliaria præfectis suis:& eorum exercitu sagittis oppressere Romanos:quo in conflictu plurimi senatores:& aliquot consulares & prætorii uiri cecidere:& eius filius nomine Crassus lectissimus iuuenis ibidem occisus est.Quattuor quoq; cohortes cum legato depræhensæ interfectæ sunt.His gestis parthi duce syrena rapido equitatu Crassum persecuti sunt:& cũ circunuentũ turpiter interfecerunt.Verum uariæ quidem de huius Crassi morte apud historicos sententiæ feruntur:quas breuitatis causa omittimus.

Crassus tẽplum spoliat

plurimi senatores obtrũcant̃

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ M.Furius poeta cognomento Bibaculus natione Cremonensis:his tẽporibus:Eusebio testante clarus fuit:& multa conscripsit.

¶ T.Lucretius poeta per hæc tempora floruit.Qui postea amatorio poculo in furorem uersus quum aliquot libros per interualla insanie conscripsisset:quadragesimotertio ætatis suæ anno ꝓpria se manu interfecit.Eius autem libros postea Cicero emendauit.

Apollodorus pgamenus græcus orator Claudii & augusti præceptor tempestate hac cognoscitur: qui artes multas inuenit: & apollodoram sectam induxit. Cuius discipulus memoratu dignus Dionysius cognomento atticus fuit: qui sermones & historias scripsit.

Theophanes rerum scriptor: patria Mithilenus Romæ per hæc tempora in precio habet. Qui quum magno pompeio admodū familiaris esset: res eius gestas posteritati cōmēdauit: & græcorū omniū clarissimū se exhibuit: cuius filius. M. Pompeius Cæsari quoq; augusto postmodū charus fuit: a quo asiæ curator ɔstitutus fuit: & postea iter prīos Tyberii Cæsaris familiares locū obtinuit.

Mitridates philosophus pergamenus: hisdem etiam temporibus floruit: & quædam cōposuit: q postea contracta cum Iulio Cæsare amicitia: ad id honoris peruenit: ut Bossori rex efficeretur.

Catullum poetam patria Veronensem hoc tempore Eusebius claruisse asserit: & anno seqnti q est ānus. 25. regni Dionysii Romæ ætatis suæ āno. 30. emorit: hic carmīa amatoria mlta ɔscripsit.

M. quoq; Callicium oratorem cū prædictis claruit: qui prīo ciuili bello postea Cæsarianas partes secutus: quū togatā regeret galliā: apud placentiam urbē defunctus est.

Diodorus histo. siculus græcæ quāmaxime historiæ scriptor cū pdictis clarus & insignis habet.

Tullius cognomēto Marcus & Cicero phūs maximus & oratoꝝ princeps: necnon & romanorum consul hoc tpe claruit: cuius uitam etiam Plutarchus accuratissime conscripsit: hic quidē uolscorum genere natus patrem Tullium: matrem uero Olaiam noīe habuit: qui quū per ætatem aliquid sapere cœpit extemplo īgenii magnitudine æquales suos ita excelluit: ut plæriq; graues ad eū uisendū ꝑficiscentur. Et ut de reliquis taceā: prima eius cōmendatio circa poeticam eluxit: in qua libellos quosdā edidit: postea crescentibus annis mox solutā orationē naturæ suæ consentaneā ad amauit: puerilibusq; studiis peractis philosophiæ & iuri ciuili operā dedit: post hæc sub sylla militauit. Deinde creatus cōsul una cū Caio Antonio Marci Antonii filio tam gloriose id cōsulare imperium exercuit: ut ab oībus pater patriæ appellatus fuerit. Hic quippe primus philosophiā antea nostris litteris incognitam explicauit: & plurima uerba ad usum patrii sermonis adiūxit. Deditq; pcepta priusquā ulli nostrū: doctius quoq; quā ulli græcorum patefecit ac docuit: unde in li. x. codicis scribit: qd Tullius fuerit flos & tuba romani eloquii ex ingenii sui fœlicitate & naturæ munere cōplurima scripsit opuscula: inter quæ præstātiora hñtur: hic subiicimus: licet mlto plura edident.

De amicitia	li. i.	De re militari	li. i.	De symoniis	li. i.
De senectute	li. i.	De oratore	li. 3.	De gloria humana	li. i.
De paradoxis	li. i.	Rhetoricorum	li. i.	De laude catonis	li. i.
De philippicis	li. i.	Orationum	li. 3.	De pnosticationibus	li. 2.
Tuscula. quæstionum	li. 5.	De legibus	li. 3.	De consolatione	li. i.
Inuectiuarum	li. 6.	De natura deorum	li. 3.	De responsis	li. i.
Bonorum & malorum	li. 3.	De fato	li. 3.	Rhetoricoꝝ ēt nouoꝝ	li. 5.
De diuinatione	li. 2.	De partitione orōnis	li. i.	De eadem re	li. 2.
De mundi creatione	li. i.	Inuectiuaꝝ cōtra. Saluſ.	li. i.	De somno scipionis	li. i.
Dialogorum	li. i.	Inuectiuaꝝ cōtra catili.	li. i.	Cōmētarii sui ɔsulatus	li. 3.
De agricultura	li. 8.	De republica	li. 6.	Græcæ scripti	
De iustitia & iure	li. i.	De achademicis	li. i.	Versibus	li. i.
Verrinarum	li. i.	Topicorum	li. i.	Epistolaꝝ extantium	li. 36.
De officiis	li. 3.	De consiliis	li. 2.		

Snia nobilis

De eius aūt sententiis has dūtaxat excerpsimus. s. uirtutis oīs laus in actione cōsistit: a qua tñ sæpe fit intermissio multiq; dantur ad studia reditus. Scire debemus: quæ in terris gignunt ad usum hoīs creari: hoīes hac causa fuisse gñatos: ut ipsi inter se aliis ꝓdesse possint: duos hic filios habuit ex terentia uxore Tulliolā. s. & Marchū ex Tulliola ēt duos generos sūmæ nobilitatis uiros habuit quæ tandē ex ptu mortua maximū dolorē Tullio intulit ꝓpter qd Cæsar ad eius leniendū dolorē librū consolatoriū ei ex hispanis misit. Demū & ipse inclytus orator anno ætatis suæ. 62. ab Antonio sub specie ɔcordiæ: concedente Octauiano occisus est. Vnde diuus pr̄ Augu. 3. de ciui. dei cap. 30. dicit Octauianum augustum adhuc adolescentem fouebat Tullius sub spe reipublicæ ꝓmouēdæ contra Antonii malitiā: sed Augustus Cæsar antonium pmisit Ciceronem occidens quasi quadam concordiæ pactione. Igitur quum Antonius linguam Ciceronis abscinderet: qa multas ɔtra eū dictauerat inuectiuas. Rñdit Cicero: Nil agis Antoni scripta deserta manent.

Scripta manent

Cato posterior Catonis supioris ꝓnepos: cui ꝓprium nomē. M. portius Cato est: stoicus phūs: quē uticensem qdam appellant: eo qd se apud Vticā interfecerit: hac quoq; tēpestate Romæ plurimum claruit: uir qdem doctissimus: qui ita doctrinæ cupiditate flagrauit: ut ne incuria quidē dum senatus ageret a lectione tēparet: quo minus græcos lectitaret libros: hac. s. industria: ut ostenderet aliis tēpora deesse alios supesse tēporibus. Hic dicebat Rempublicam magis uirtutibus q̄ armis eē tuendam dicens. Nolite inquit existimare maiores nostros armis rempublicam ex parua quidem fecisse magnam. Si ita esset quirites multo maiorem eam nos haberemus. Quippe sociorū ciuiū: prætereaq; amorum atq; equorum maior nobis copia quam illis est: Illis namq; domi industria: foris iustum imperium: animus in cōsulēdo liber: neq; libidini: neq; delicto obnoxius. Pro his nos

Notabile quid.

luxuriam

luxuriam atq; auaritiã habemus:publicam egestatem:priuatam uero opulentiã laudamus:diuitias sequmur atq; inertiam:inter bonos & malos discrimen nullũ:oĩa uirtutis p̄mia ambitio possidet. Hic quippe quãto humanã gloriam fugiebat:tanto magis illũ gloria sequebat̃. Quiq; iter alia suæ uirtutis opera ad humanæ uitæ instructionem ethicam moralē cum suis rõnibus in libris composuit:ex quo:ut aiunt:paruus ille liber metricus:qui paruulis legit̃:excerptus est. De cuius sententiis hanc memoriã dignã habemus. Humana uitã proprie ueluti ferrũ est:quod si exerceatur cõteritur:si uero non exerceat̃ rubigine consumitur. Hic tandē teste diuo patre Augu.p̄rio de ciui.dei 24. seipsum occidit uictoriã Cæsaris impatienter ferens:eiq; subiici nolens. Libellus Cato Sñia bona

¶ Nigidius figulus pythagoricus & magus his quoq; tp̄ibus romæ floruit. Qui ideo Figuli cognomento sortitus est:quod ut diuus pater Aug.5.de ciui.dei capi.3.refert:quadã uice apud eũ de geminoꝝ dissimiliũ uirtute & ualitudine disputaretur. statim Nigidius hic figmentũ de figuli rota in medium adduxit. Dum enim figularius rotam in quãta ui potuit intorsisset currente illa Nigidius uidẽtibus oĩbus his numero de atramento tanquã uno eiusdẽ loco sũmo celeritate percussit. Deinde quiescente rota inuenta sunt quæ fixerat non paruo interuallo rotæ illius extremitate distante. Sic inqt Nigidius in tanta rapacitate cœli currunt:ut ẽt si alter post alteꝝ in tanta celeritate nascat̃ quãta rotis bis ipse percussit in cœli spatio plurimũ est:huic sunt ĩquit quæcũq; dissimilia perhibeãtur in moribus casibusq; geminoꝝ. Hic ẽt quum in grãmatica:ut Gellius testat̃:doctissimus hẽre tur:plurimũ scripsit:quæ tamẽ in uulgus non ꝑdierunt ꝑpter eoꝝ subtilitatẽ:ac obscuritatem tanq̃ parum utilia. Deniq; a senatu romano exilio dãnatus:quarto imperii Cæsaris ãno mortuus est.

5150 49 Cleopatra ægypti regina Dionysii Auletis filia ãno iudaicæ captiuitatis.557. Olympiade uero.181. ægyptiis regnare cœpit:& regnauit annis.22. Huius:ut p̄missum est:pr̄ auletes Dionysius oĩum flagitiosissimus fuit. Nam illũ ꝑpter eius flagitia Alexãdrini eiecerunt:cui quum tres filiæ essent:unam natu grandiorẽ loco patris reginã cõstituerũt: & alias infantes regno eiecerunt. Regina aũt Archelaum quẽdam Archelai Mitridatis filium sibi accersitũ matrimonio copulatũ regem declarauit. Interea Auletes Romã profectus a põpeio suscipitur:& Senatui cõmendat̃:necnon & de reductione eius agitur. De iniuriaq; expulsiõis regis ultionẽ suscipit̃. Ptholo.itaq; Auletes senatus decreto per Gabinium in regnũ reductus est:qui statim Archelaum & eius filiã interemit. Sed non multo post & ipse morbo absumptus est: relictis duobus filiis & totidem filiabus:quibus Cleopatra hæc grandior natu erat. Alexandrini autem & pueꝝ natu grandiorẽ:ac Cleopatrã hanc regno p̄fecerunt. Hunc itaq; pueꝝ pompeius ex senatusconsulto tuendum suscepit. Sed pueri familiares seditione mota:Cleopatrã eiecerunt quæ statim cũ sorore in Syriã secessit. Interea cũ Cæsar ægyptum puenisset:adolescens qui pompeiũ obtrũcauerat ẽt Cæsari bellũ intulit:a quo tandẽ superatus cũ uniuerso eius exercitu iterfectus ẽst. Quo interfecto Cleopatrã hanc:cũ qua cõsuetudinẽ habuerat ab exilio reuocatã ægypti reginã cõstituit: post mortẽ uero Cæsaris:& res in philippis gestas Antonius in asiam ꝑfectus est:& Cleopatrã Reginam sũmis cõplexus est honoribus: adeo ut eam sibi uxorẽ acciperet:& filios ex ea ꝑcrearet:& ambo ẽt ĩ attico bello fuerũt:ambo fugerunt:amboq; demũ ab augusto superati sunt. Nam Antonium augustus in nicopoli urbe captũ coegit sibi ipsi manum inferre:cleopatrã uero ut uiuam in potestatẽ reducerent:quæ paulopost & ipsa in uinculis:alias in sepulchro antonii uiri sui:clam admoto aspidis morsu concidit. Hæc quippe nulla fuere:nisi oris formositate:& ueræ claritatis mora refulsit:sed contrario auaritia crudelitate.atq; omni luxuria mundo cõspicua fuit. Ac sic lagidarũ imperium euersum est:quod per annos.306.sub regibus tredecim permansit:quoꝝ etiam nomina & tempora ista sunt. Cleopatra

¶ Aegyptiorum regum Epilogus.

Alexander magnus.1.	an.2.	Ptho.Epiphanes.6.	an.24.	Pto.Sother iteꝝ.11.	an.8.
Ptho.lagi filius.2.	an.40.	Ptho.philometor.7.	an.35.	Pto.Dionysius.12.	an.30.
Ptholæ.philadel.3.	an.38.	Ptho.Euergetes.8.	an.29.	Cleopatra.13.	an.22.
Pto.Euergetes.4.	an 25.	Pthole.Sother.9.	an.17.	Et sic august⁹ Cleopatra sub	
Ptho.philopator.5.	an.16.	Ptho.alexander.10.	an.10.	lata furẽtẽ ægyptũ cõposuit.	

¶ Cæsaris & Pompeii bellum.

5151 48 ¶ Anno primo regni Cleopatræ reginæ ciuile bellũ execrãdum ac lachrymabile surrexit: quo p̄ter calamitates quæ in præliis accidere consueuerunt:etiam populi Romani fortuna mutata est. Iulius etiam Cæsar e gallia uictor regrediens poposcit alteꝝ consulatum absenti sibi a senatu decerni:contradictũ est a Marcello consule adiuuante pompeio. Mãdatũq; est ei ut non nisi dimisso exercitu urbẽ intraret:atq; ex Marcelli consulis auctoritate Pompeius ad legiones:quæ ad Luceriam erant:missus est cum dignitate imperii. Qua iniuria cõmotus Cæsar aduersus patriam bellum sumpsit propter quod ueriti consules cũ Pompeio:senatusq; oĩs:necnon & uniuersa Romana nobilitas in Apuliam confugit. At Cæsar uacuam urbem ingressus:dictatorem sese constituẽs Emilium Lepidum magistrum equitum dixit:cum quo statim Brundusium:ubi senatus oĩs erat: processit. Qui timore concussi trans mare Ionium in græciam confugere. Tunc Cæsar liberã omnem Italiam habeas Romam iterato ingressus ut populum sibi demulceretur ex Sardinia Sicilia q; insulis multum annonæ in urbem conuexit:ibidem rebus bene ex sententia compositis Cæsar

Hiſpanias petiit:ubi & pompeianis exercitibus ſupatis.Romam cum ingenti gloria regreſſus eſt.
¶ Quum itaqꝫ Cæſar Europæ quieto potiretur impio traiecit in græciá:ubi pompeius & oís ſena tus pro rebus gerendis cōſtiterát:ad qué uniuerſi orientales reges conuenerant:ut eidé auxilio fo rent.Quo quū Cæſar ueniſſet pompeium ſtatim obſedit:ibiqꝫ cū eodeꝫ dimicans Cæſar magna clade accepta cū omni exercitu fuſus eſt:& ſupueniētis noctis bñficio illeſus euaſit.Pompeius ue ro Cæſaris teſtimonio uictor factus ꝑſequētem reuocauit exercitū:Militū aūt Cæſareoꝝ.4.millia 22.Cēturiones:equiteſqꝫ Romani cōplurimi eo in bello occiſi ſunt:Cæſar uero agmine citato per epyꝝ in theſſaliá perrexit:qué pōpeius cū maximis copiis inſecutus utrinqꝫ ibidé ſtruxerunt acies. Pompeius aūt octoginta octo cohortes habens triplici ordine locauit.Fuerūt quippe peditū.40. millia:equites Romani in ſiniſtro cornu ſexcēti:in dextro uero qngenti:aderant quoqꝫ reges mul ti:& eqtes Romani plurimi abſqꝫ leui armatura magna copia:Cæſar ſilr octoginta cohortes tripli ci ordine diſpoſuit:cui fuerint minus quá triginta peditū millia:& eqtes mille:Videte ubi & geme re erat cōtractus Romanoꝝ uires in campis pharſalicis ad occiſioné mutuá cōſtitutas:quas ſi cō cordia ut Paulus Oroſius ait:rexiſſet:ppl̄i nulli reges ferre potuiſſent:pugnatū itaqꝫ eſt ingenti cō tentione. Qūqꝫ diu dubia ſorte utrinqꝫ cederent:atqꝫ ex una pugna ſeu parte Pompeius clama ret:parce ciuibus:nec tñ ipſe faceret:& ex alia parte Cæſar idé faceret & urgeret:dicés.Miles facieꝫ feri.Tandé pompei fuſus eſt exercitus & caſtra pœnitus direpta:Quo facto pompeius ſtatim Ale xandriá petiit:ut a Ptolemæo auxilia acciperet:cui ꝓpter tenerá eius ætaté tutoꝛ a ſenatu datꝰ fue rat.Veꝝ ptholemæus uir ingratiſſimus fortuná magis quá amicitiá ſequens pompeiū occidit:& caput eius cū annulo cæſari tranſmiſit.Quibus uiſis cæſar cōfeſtim lachrymas effudit.Fert a Plu tarcho hiſtorico pompeii reliquias ad corneliá poſtmodū delatas in albano mōte fuiſſe poſitas.
¶ Mortuo igit pompeio Cæſar alexandriam ꝓfectus a ptholemæo parricida inſidias ptulit:qui īſidiantiū hoſtiū inopinata multitudine circūuentus Schaphá Cæſar confugit:qua mox ſubſequé tium pōdere merſa:per ducētos paſſus ad nauim una manu qua carthas tenebat eleuata natādo puenit.Sed paulopoſt nauali cōſerto ꝑlio magna fœlicitate uniuerſam claſſem regiá:aut cœpit: aut depreſſit.Alexādrinis uero regem ſuū petētibus reddidit:monitū ut romaná amicitiam magis quá arma experiri ſtuderet:at ubi ptholemæus liber euaſit:Cæſari denuo bellū intulit:qui ſtatim cum oí exercitu ab ipſo Cæſare deletus eſt.Nam eo bello.20.mil.hoíum Cæſar referunt.Rex át ipſe ſcapha exceptus fugiendi cá multis inſilientibus demerſus eſt.Cuius corpus ad littus deuolu tuꝫ loricæ aureatæ iudicio cognitū fuit:ac ſic Cæſar alexādrinæ urbis potitus cleopatrá ipſius ptho lemæi ſororé ab exilio reuocauit:eiqꝫ regé contulit.Quæ poſtea regio eqtatu urbem ingreſſa eſt.
¶ Inde biénii poſt(Oroſio referéte)Cæſar uniuerſam ſyriá peruagatus pharnacem Mitridatis fi lium in ponto ſuperauit:& prouinciam conſecutus eſt.
¶ Poſtea uero quū romam uenit:iteꝝ dictator & ꝯſul creatus in aphricá tranſiit:ubi infinita nobi litas cū iuba mauroꝝ rege bellum parauerat.Cuius belli duces erant.P.Cornelius ſcipio ex anti quo Scipionis aphricani genere natus.M.Portius Cato &.L.Cornelius fauſtus ex ſyllæ filia na tus:ubi poſt multas dimicationes uictor cæſar effectus Corneliū fauſtum interfecit.Scipio uero i naui ad Hiſpanias fugere cōtendebat:coactus eſt uentoꝝ ui in aphrica regredi.Quamobré deſpe rōne ductus apud Vticá ſeipſum iugulauit:iuba quoqꝫ mauroꝝ rex eodé exitu Cæſaris manꝰ nō effugit:unde percuſſori ꝓcio dato iugulum ꝓbuit.Cato uero qui in Vticam urbé ſe receperat ulti ma nocte uitæ ſuæ:dum platonis libruꝫ legeret poſito ad caput gladio duo hac in rebus extremis inſtrumēta pſpexit:alteꝝ ut mori uellet:alteꝝ ut poſſet.Compoſitis ergo rebus ſuis ſtricto gladio nihil(inquit)egiſti fortuna omnibus conatibus meis.Quibus dictis impreſſit collo gladiū:& mor tuus eſt.Vnde ex hoc uticenſis Cato dictus eſt.

Corneli fauſti Scipiōis mors iubæ regis mors catonis mors

¶ VTICA APHRICAE CIVITAS.



¶ Vtica enim Aphricæ ciuitas eſt magnitudine quideꝫ & auctoritate pro Strabonis ſententia ſecūda poſt Carthaginé urbé eſt exciſa carthagine Metropolis & romanoꝝ receptaculum ad res in lybiá gerēdas extitit.In eodé enim ſitu ſita quoqꝫ eſt & carthago.

¶ Cæſaris triumphi.

¶ Cæſar itaqꝫ his geſtis poſt annū Romam regreſſus quater de cōfectis bellis eodé mēſe triūphauit.Sed interiectis diebus.& rurſuꝫ ſemel poſt ſuperatos pompeii filios:primuꝫ et excellentiſſimum egit triumphum ſequenté poſt gallicum alexandri poſtqꝫ ponticū huic proximum aphricum:nouiſſimum Hiſpanē ſem diuerſo quéqꝫ apparatu & inſtrumento.Et inter cætera de pontico triumpho in pompe.fercu lo tria uerba protulit dicens.Veni:uidi:& uici:non quidé actum belli ſignificantia:ſed celeriter bel li confecti notam.Hæc ex Suetonio.Deiceps uictis in Hiſpania pōpeii filiis:regreſſus eſt Romá: ubi ſe

Veni: Vidi: Et uici.

ubi se imperatorem uocari fecit. Et sic Reipublicæ finis huic fuit: quæ per ānos. 464. durauit.

¶ Romani Imperii principium. Reipu. Ro. finis.

48 5151 CAius Iulius Cæsar itaq̧ cōpositis ubiq̧ ciuilibus bellis solus urbis & orbis monarchiā tenuit: & anno. 542. iudaicæ captiuitatis. Olympiade āt. 183. Romanis impare cœpit: & imperauit annis. 4. & mensi. 7. qui per annos cōputantur: a quo deiceps romanorū principes: nō reges: quod id nois romanis odiosū esset: sed cæsares appellati sunt. Huius diui cæsaris quāta in adepto impio fuit modestia. Sueto. Plutar. & Liui. ac Pli. declarant. Nō. n. prosperis extollebatur: nec frāgebatur aduersis: magnificus sine crudelitate: magnanimus sine temeritate. Et licet audax fuerit: ei tamen uoluntas diuino aspirante fauore semper intra potestatē fuit. Nemo ferum cæsarē unquā expertus est: nisi supbia rebellaret: prouocatus iniuriis facile parcebat. Quos uicit uiribus prudentia antecessit: suiq̧ excessus semp ad conuincēdā iustitiā aspirabāt. Magnitudo animi & efficacia operis in eo merito laudat̄: quū eius manus: & mens ad fere ipossibilia sibi suffecerint. Nec unquā in bellis gerendis: aut periculis adeundis inuenit̄ dixisse militibus suis ite: sed semp p̄cedens ut sequerent̄ persuasisse. Ingenium eius ad lr̄as: & in philosophia potentior: cuius munere unquā discessit: ab oī etiam ignauia & p̄cipitio alienus: q̄uis in iuris ciuilis peritia fuerit: ut Romanoꝝ indicant leges. Quod autem oībus mirabilius est moribus: & negociis sīt operā dabat: & in bellis nullū æqualē habebat. Eius siquidem ductu collatis signis quinquagies dimicatū est. Nullus eo celerius scripsit: uelociusq̧ legit. Quaternas etiam ep̄las dictabat simul: peritiam non modicā astrorum habuit: & bisexti rōnem īuenit: ut testatur solinus. Tractatus & cōmētarios plurimos edidit: a quibus etiam nos quædam excerpsimus. Caius

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Salustius Romanus historicus ac phūs Ciceronis æmulus: hac tēpestate romæ claruit. De quo diuus pater Augu. primo de ciui. dei meminit dicens: qđ fuit nobilitate ueritatis insignis histori. qppe q̄ bello catilinario: necnō & de bello Iugurthino lib. edidit celebres: ac nōnullas scripsit ep̄las. M. Varro.

¶ Varro uico atticæ ex narbonēsi prouincia natus: his tpibus romæ p̄cio plurimum fuit: doctissimus quidem & acutissimi ingenii uir: atq̧ in oī sæculari eruditione peritus: qui ānum agens. 35. Græcas litteras cum sūmo studio didicit: de quo diuus pr̄ Augu. 6. de ciui. dei sic meminit dicens. Quis. M. Varrone curiosus deoꝝ figmenta q̄siuit? Quis inuenit doctius? Quis cōsiderauit attentius? Quis distinxit acutius? Quis diligētius pleniusq̧ cōscripsit? Quis ēt & si minus sua uis est eloquio: doctrina tamen: atq̧ sententiis ita refertus est: ut in omni eruditione quā nos sæcularē: alii āt liberalem uocant: studiosum tantum rerū quā iste doceat quātum uerbosum studiosum cicero declarat. Etppterea idem cicero multis in locis miris eū extulit laudibus. De quo ēt Terentianus elegantissimo uersiculo breuiter ait: Vir doctissimus undecūq̧. Varro qui tam multa scripsit: quā multa uir queq̧ legere credamus. Hic itaq̧ Isido. teste lib. Ethi. 6. inūerabiles edidit libros: inter quos. 413. antiqtatū habemus p̄cipuos quos in res diuinas: humanasq̧ diuisit: Rebus āt humanis. 25. diuinis uero. 16. distribuit. Magnum etiam aliud uolumen in grāmatica cōscripsit: ubi in ea arte minutissimas quæstiones cōtractauit. Edidit insuper & librū de lingua latina. Necnō ad atheniēsem auditorem librum moralem in quo multa continent̄ utilia: de quibus hanc ponimus sn̄iam: amici diuitum paleæ sunt circa grana. Vis (inquit) experiri amicū calamitosus fiat. Scripsit & librū de deorum cultu: Vixitq̧ annis nonaginta. Snĩa notabilis.

¶ Menecrates Nilensis phs: & aristarchi discipulus: per hæc tempora clarus habetur.

¶ Aristodemus eiusdem Menecratis filius phs & incredibilis ingenii uir: & ipse hoc tpe cognoscitur: quē ualde senem iuuenis Strabo audiuit.

¶ Aristodemus alter philosophus eiusdem consobrinus hac eadem ætate floruit: qui magno Pōpeio magister fuit.

¶ Sostratus prædicti aristomedi frater philosophus: & ipse clarus habitus est: qui multa ingenii de se reliquit documenta.

¶ Pythadoris ponti regina his temporibus suscepto regno multa in ponto gessit prælia. Cuius ob eius uirtutes tyberini & caldæi usq̧ in colchidem sese ultro subdidere. Syrina quoq̧ & themisita ac phanera prouinciæ: & ipse mox illi paruere. Hæc quippe insignis mulier pythodori Traliani filia fuit: qui ex priuato ciue magnus eua serat homo: & opes regias cumulauerat. Ipsa enim Pythodoris ex archelao uiro duos filios genuit: ex qbus una cū ipsa matre paternā hæreditatē admīstrauit: alter uero maioris armeniæ declaratus fuit rex. Archelaus aūt eius maritus cū uxore usq̧ ad extremum uitæ suæ mansit.

¶ Orbis dimensio.

¶ Cæsar igitur diuinis humanisq̧ rebus singulariter instructus quū consulatus sui fasces ageret ex senatuscōsulto (ut priscianus in sua cosmographia scribit) censuit oēm orbem per prudentes uiros admetiri. Et ideo a suo consulatu usq̧ ad cōsulatū saturnini per triginta cōtinuos annos missi sunt dimensores legati uiri doctissimi: & in geometrica arte periti per omnem terram ad præsides: duces: & indices prouinciarum: ut describerent: mensurarentq̧ terras: aquas nemora plana: cōcaua: montes: colles itinerarium: maritimumq̧ etiam loca nauigaturi tangere debuerant: & si forte aliquod prodigium in his occurreret illud senatui reiq̧ publicæ scripto nunciarent. Et sic eodem au-

ctore referente repertū est: quod omnis orbis habet famosa maria triginta: insulas. xxvii. montes famosos quadraginta: puincias. 78. Vrbes insignes. 370. flumina magna. 904. Gentes. 125. Cuius ēt orbis ambitus est trecenties & quindecies centena passuū millia: Longitudo uero terræ habitabilis est ab ortu solis usq; ad occasum. Et ab india usq; ad columnas Herculis in Gaditano freto octies quinquies centū. 78. milliaria. Cuius quidē longitudinis dimensio cōpræhensior est per mare quā per terras. Latitudo aūt terræ ab australi littore Oceani: ab Ethiopia usq; ad ostium Thanais in fluminis in septentrione fere dimidio minor est quā longitudo prædicta: & cōtinet quinquagies quatercenta. 62. milliaria. Repertum est etiā q profundissimum mare continet spatium. 15. stadiorum in perpendiculo.

¶ Cæsaris obitus.

¶ Cæterum anno. 5. regni sui teste Paulo orosio: quū Cæsar contra morē Romanæ libertatis honores ex sua liberalitate præstaret: qui a populo antea mandabant̄: nec senatui ad se uenienti non assurgeret. Romani in hoc eius insolentiā nō ferentes coniurauerunt in ipsum. Qui aūt cōiurauerunt duo Bruti ex uetustissimo Bruti genere fuerunt. Qui ut dictum est: pulso Tarquinio primus Romæ consul fuit & Cassius Seruilius centesimo aūt die ante mortē eius fulmen de nomine suo inscripto statuæ ipsius quæ erat in foro. C. litterā capitalē arripuit: Nocte ēt præcedente diem obitus sui fenestræ thalami eius tam magno & horrēdo strepitu aptæ sunt: ut Caius iulius cæsar domum ruere putaret. Sequenti mane (ut Suetonius Trāquillus scribit) uenienti ad curiā latæ sunt litteræ indices suæ necis quas tn̄ nō aperuit. Quūq; in capitolio applicuisset: confestim Brutoq; Cassioq; dolo. 23. uulneribus confossus est. Dumq; diuinus spiritus mortali segregaret̄ a corpe: ipse innatæ uerecundiæ immemor: utranq; manuz demisit ad togam cutauitq; se: ut inferior corporis pars tecta collaberet̄. Hūc itaq; uitæ exitū Cæsar habuit anno ætatis suæ. 56. Cuius quidē corpus pro rostris cōbustum est: & in sublime (ut aiunt) solidæ columnæ tumulatū: quæ scilicet iulia nuncupat̄ mense quintili. & quia in eo mense natus est: ab Antonio ille mensis eidem consecratus est: quem nos iulium mensem appellamus.

Cōiuratores Mortis cæsaris pdigia Mortis cæsaris uide pudicitiam magnā cæsaris pdigia iterū multa.

¶ Post diem mortis eius tres soles statim simul exorti sunt: & paulatim in eundē orbē conuenerūt significantes: per hoc dn̄ium Lucii anto. & M. anto. atq; augusti in unā monarchiā reducendum: uel potius noticiā triū & unius diei toti orbi innotescendaz. Bos quoq; (ut diuus pr̄ augu. 3. de ciui dei cap. 13. refert) aranti in suburbano ro. locutus est dicens frustra se urgeri: quia in breui magis homines defuturos esse quam frumenta.

¶ Portia aūt Bruti coniuratoris cōiunx & Catonis uticensis filia: & ipsa p hoc tēpus patria fortitudine & pseuerantia nō degenerauit: quia sicut eius pater. M. cato uictoriæ cæsaris impatiens apud uticā se occidit: sic & ista quū audisset (post mortē ipsius Cæsaris) sibi subtractū esse uirū nil sibi lætum amplius existimās: quū cultrū nulluz haberet: quo se perimeret: statim ignitos carbones quos forte propinquos habebat: indubitāter manibus accepit: & gutturi iniectos exhausit: a quibus præcordia exurentibus spiritū exalauit. O inexhausti uigoris amor & uir tali coniuge perpetuo & merito fœlix & commemorandus.

Octauianus.

Octauianus Cæsar augustus Octauii olim senatoris filius secundus romanoꝝ imperator anno. 503. iudaicæ captiuitatis. i. scdo. 183. olympiadis romanis impare cœpit: & imperauit annis. 56. & menses sex: a quo postea Augusti romanoꝝ reges appellati sunt: hic maternū genus ab Aenea magno per iuliā familiā sortitus est: Cæsaris iulii nepos & adoptione filius: uir oībus uirtutibus refectissimus: quippe qui in ciues clemens: in amicis fidus ad recipiendas amicitias rarus: & ad retinendas eas constans fuit. Liberalibusq; studiis præsertim eloquentiæ tantā operā dedit: ut nullus ne in procinctu quidem laberet̄ dies quin legeret scriberet haud declamaret: Fuit toto corpore pulcher: sed oculis magis. Nec tn̄ uit tantus uitiis caruit: Nā iracundus fuit: atq; impatiēs: occulte inuidus: palā factiosus: dominandi cupidissimus: studiosus aleæ lusor. Quūq; esset cibi ac uini cupidus somni tn̄ abstinens erat. Seruiebatque libidini usq; ad uulgaris famæ probrū: Nā cū duodecim cathamitis totidēq; puellis cubare solitus erat. Et quāuis sic libidini seruiens esset: eiusdē tn̄ uitii seuerissimus ultor erat. Tanto ēt amore apud barbaros fuit: ut Scythæ & indi: quibus antea Ro. nomen incognitū fuerat: munera & legatos ad eū mitterēt. Multi quoq; reges in honorē eius ciuitates extruerent: quas Cæsareas & Augustanas noīarunt. Reges etiā ex regnis suis ueniētes in habitu Ro. togati. ad uehiculū uel equū ipsius currerent. Adeo uero bella & simultates execratus est: ut nisi iustis de causis nunq̄ bellū cuiq̄ indixerit: asserens iactantis se & leuis esse: quū ob ardorē triumphandi: & folia lauri infructuosa in discrimen ciuiū securitatē præcipitare: arma quoque nisi maiori emolimento nequaquā mouenda: ne compendio tenuis uictoriæ graui iactura mercari similis sit aureo hamo piscantium: cuius amissio mille capturæ lucro pensari pōt: Hic duas uxores habuit. s. Scriboniā & Liuiam: sed amore Liuiæ abiecit Scriboniam: quāuis ex ea Tyberium & drusum suscepisset filios: qui licet fuisset orbis dominus: filios tn̄ (ut Polycrates scribit) ad currum: ad saltum: & ad iactandi usum exercitari uoluit: filias uero ad lanificium & ad textrinum opus instruxit: ut si aliquando egere contingerent. per artem uiuere possent. Vrbemq; præterea ro. innumerabilibus: atq; præclaris una cū filiis & uxore ac sorore impleuit insignibus. Hi namq; cunctos & studio simul & impensa ad decora apparanda superarunt. Maximam 5158 41

præter natiuitatis domos campus martius hoꝝ habuit partē insigniorē. Nam eo in loco īnumerabiles circūcirca porticus extruxit hortos nemorosos: theatra: amphiteatrū: & templa magnificētissima. Mausęolum quoq; suum ibidem in excelsis fundauit mollibus lapide niueo coopertum: in cuius sūmitate suum ex ære posuerat simulachrū: aliis quoq; permultis urbē decorauit insignibus. Vnde & gloriabundus dicebat: urbē lateritiam inuenit: marmoreā relinquo: nec satis: ut Cicero ait simus: neq; ēt nostri propositi est plus ne boni an mali rebus Ro. attulerit suā q̄ sibi cōstituerit opinio principatus declarare: sed qd constat fuit impiissimū scelus cōmissum in Ro. impio triūuiratus ipsius Octauiani. M. Anto. & M. Lepidi apud cōfluentiā Fauentiam inter Rauēnā prope Lucum: & Bagnacauallū constitutus: in quo duces ipsi orbē Ro. æquis portionibus iter se artiti sunt: & ne ciues per eā ætatē prudentia ingenio & animo ualētes tantam impietatē prohibere possint: cōmissis eoꝝ cædibus prouiderunt. Quare Liui. lib. 119. sic habet: in triūuiratu ꝓscriptio facta est: in qua plurimi æquites. Senatores centū triginta uicisset concisi. Lepidus enim. L. Paulum fratrē: Antonius. L. Cæsarem auunculū: Octauianus. M. Ciceronē qui a pompilio legionario milite quū hēret ānos. 64. occisus fuit. Caput uero & manus eius in rostris posita est: ubi mltos defenderat. Gessit postmodū Octauianus hic quinq; bella ciuilia: mutinense uidelicet: philippense: perusinū: siculum anctianū: Cremonensem: & Mantuanū: quia Bruti cassii copias receperāt: quibus in bellis ꝑter ciuiū multiplicem cædē. Augustus. 20. Ro. militū milia exauctorauit. 30. milia seruoꝝ qui militauerant dominis restituit. Sex milia quoꝝ domini nō extabāt in cruce suspendit. Tandem cātabrico bello: & ro. insignibus a parthis repetitis & exactis quæ apud eos Crassus amiserat. Aegypto quoq; ro. impio adiecta est. Hic itaq; fœlicissimus impator nullibi unq̄ nisi apd germanos succubuit: nam iolianā & uarianā cladem in ipsa germania solum perpessus fuit. Quaꝝ ioliana maioris infamiæ q̄ detrimenti: uariana uero pœne exitialis uidelicet: tribus legiōibus cum duce & legatis ac auxiliaribus amissis: istis igitur & aliis bellis toto orbe ꝯfectis Augu. Cæsar fanū: primo & scdo a condita urbe ante memoriā suam clausū: anno urbis. 753. clausit per quæ pacis tpa Saluator noster Iesus christus nasci uoluit. Veꝝ Augustus hic postq̄ monarchiā solus adeptus est: patiētissimus & mitissimus esse cœpit: & ab omni tyrānide prorsus alienus fuit: auaritiā effugit: & palatium suum impēsa priuata extructum reipu. largitus est. Nec eo usq; sacroꝝ pōtifices uenerari cōtempsit: donec & ipse ne cui oīno subesset. Vestalis creatus esset pontifex. De eo nāq; Macrobius scribit dicens: adolescentulū quēdam aliquādo Romā intrasse Augusto simillimū: quem ad se ipator reductum hoc modo interrogauit. Dic (inquit) mihi. Fuit ne aliquādo mater tua hic romæ? At ille respondit. Non: sed pater meus sæpe. At imperator nihil indignatus dimisit eum: hæc ille. Obiit deniq; augustus hic septēbrio mense anno ætatis suæ. 76. apud campaniā. Liuiæ uxoris suæ dolo intoxicatus. Nec primus: nec ultimus uiroꝝ quem mulier deceperit.

Optimū parētem circa filios documētū

38 5161 ¶ Antigonus aristoboli iudæoꝝ regis filius: & ipse rex hoc āno qui est tertius imperii augusti post multas cōcertationes cōtra suos dimicans an Antonio capitꝰ: a quo & securi percessus iterit. Hūc Pompeius una cū Aristobolo eius p̄re: alexandroq; fratre: ac duabus sororibus captiuos ex Hierusalem romā adduxerat: & in custodia diu mācipauerat. Veꝝ pōpeio a Cæsare deuicto: & Ro. ab ipso obtēta. Aristobolū cū filiis libeꝝ faciens cū exercitu in Syriā remisit: ratus per ipsum aristobolum facile fore sibi iudæā subiicere: sed in hoc Cæsaris spes frustrata est: ꝙ aristobolus: & alexāder a pompeianis exercitibus trucidati periere antigono superstite solo relicto: qui cū duabus sororibꝰ fugiens euasit. Nō multo post aūt Pompeio: & Ptolemæo Aegypti regibus defunctis. Cæsar Syriæ iudeæq; potitus antipatrū idumeū uirum utiq; strēnuum iudeæ ꝓcuratorem constituit: dans ei sub pōtifice iudæoꝝ cuius uis dignitatis optionem. Quapropter iterato hyrcano antigoni patruo regnum cōcessit: ita tñ ut non rex uocaretꝰ. Antigonus aūt ad pachoꝝ regem pro auxilio confugit: ibiq; usq; ad obitū Cæsaris permansit. Quo mortuo pachori auxilio fretus antigonus Hierusalem ueniens: urbem expugnauit: compræhensumq; Hyrcanū patruū aures eidē dentibus detruncauit: ne mutatis rebus solutus pontificatū repeteret: quum ab integris sacra celebrari oporteret. Quod audiens Herodes Antipatris filius romā accessit: antigoni iniurias cōquæsturus. Ob quā causam M. Antonius ipsum Herodē iudeæ regem declarauit. Qui Hierusalē urbem uiolēter ingressus: Antigonum cōpræhendit: & ad antonium in antiochiā uictū transmisit. Quo suscepto securi percussum interemit. Vnde Herodes in regno iudeæ cōfirmatus est rex. 4. scilicet anno: ex quo Romæ diadema: ac sic hoc modo asamonei principatus post centū & uiginti annos destitit. Nā de familia clarissima genere uel honore sacerdotali fuerat. Cuius cū multa pro gente iudaica parētes egissent: pp mutuā seditionē principatū amiserunt. Transit aūt ad Herodem ꝑdictum antipr̄is filium de familia populari & genere priuato. Et hic finis & terminus est generis machabeoꝝ seu asamoneoꝝ: ut ex. 15. li. Iosephi capitulo ultimo habetur.

Asamonei regnū finē accipit

31 5168 ¶ Herodes igitur antipatris idumei uiri plebei filius anno. x. regni augusti & antonii olympiade. 186. a romanis iudæoꝝ principatū & regnū suscipiens regnauit annis. 37. cuius historiam comestor ex Iosepho excerptā ꝑtractās sic hēt: porro antiparer idumæus tpe gabini Syriæ præfecti: adeo uirtutibus claruit: ut regium coniugium cōmeruerit: & Cypria regis arabū neptis uxorē acceperit & quattuor filios suscepit. s. Phaselum Herodem hunc cognomento ascalonitam Iosephum & fer

ream:ac unā filiā noīe Soloniā. Qui primo pōpei gratiā obtinuit. Mortuoq̧ pōpeio ēt in Cæsaris clientelā se cōtulit: & quū ab antigono prædicto apud Cæsarē de īfidelitate crimiatus fuisset ipe: ut erat animo insignis: statim ad Cæsarē accedēs, piecta ueste: ostēdit uulnera quæ pro ipso cæsare apud ægyptū ptulerat. Quā ob cām iudeæ pcurator cōfirmatus est. Iudeæq̧ & ipse Herodē filium natura strēnuū gallileæ pcuratorē pficiens: adeo ipsam puinciam quietā reddidit: ut pater Galileo publice uocatus sit. Postea interiecto tpe antipater ueneno extinctus: & Phaselus primogenitus in terfectus: Herodes romā ad Antoniū cōfugiens iudeæ rex ɔtra antigonū pdictum & Malchiū qui de sacerdotio cōtendebant cōfirmatus & coronatus est. Quo coronato statim ab augusto & Anto. cū duobus principibus in iudæā qui cū in Solio regio collocarent remissus est. Siqdē Herodes: ut pmissum est: nihil oīno ad iudæā ptinebat. Et ex tūc xp̄i dn̄i nr̄i natiuitate uicina regnū & sacerdotiū iudeæ: qd prius per successiones maiorꝝ tenebaẗ: destructū est. Ac sic Iacob pphetia completa est: qua dr̄. Nō deficiet prīceps de iuda: nec dux de fœmoribus eius donec ueniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentiū: non ergo defuit prīceps ex iudæis usq̧ ad hūc diē: quo primū acceperunt hūc Herodē alienigenā. Tempus qppe erat ut ueniret ille cui repromissum erat qd nouo pmissum est testamēto: ut ipse eēt expectatio gentiū. Ipse itaq̧ Herodes regno suscepto Samariam olim in cineribus redactā a fundamētis erigēs in honorē augusti: augustā.i. Sebastē appellauit: & in Pancade illud tēplū qd Panion uocabaẗ extruxit. Deīde .15. regni sui āno in Hierusalē dn̄i tēplū magnificētissime decorauit: ibiq̧ multas & magnas ɔstruēs ædes īnūerabilia quoq̧ opa & in singulans Syriæ urbibus quas regebat solertissime ædificauit. Demū anno regni sui .26. Hyrcanum principē sacerdotū uirꝝ sanctū de parthica captiuitate regressū: qui Herodē ut filiū habuerat & eiꝰ filiū qui patri in sacerdotio succedere debuerat īterfecit: sororēq̧ eius uxorē suā cū duobus filiis ppriis iā adolescētibus: atq̧ uxoris matrē oēs interemit. Prædictis quoq̧ crudelitatibus hoc addidit ꝙ sororis suæ noīe Soloniæ uirꝝ occidit: & quū eā alteri uxorē dedisset: ēt ipsum a uita sustulit. Scribas pterea oēs ac diuinæ legis īterptes simili scelere peremit. Postremo funestissimus uir: quū dn̄i nostri natiuitatē Magorꝝ iudicio cognouisset: oēs paruulos betleē gladiis interemit. Quo facto repēte morbo īntercutis pcussus: & scatētibus toto corpore uermibus miserā exhalauit aīam: qnq̧ superstitibus filiis relictis.s. Archelao: Herode: Antipa. Antipatro Lysania: & Pilippo: Ex quibus quattuor fuere tetrarchæ: ut ex euangelio habetur.

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Emilium Macrum poetam natione Veronensem his temporibus floruisse tradunt: qui postea anno .30. imperii Augusti uitæ finem fecit. Qui uolucrum qualitates & herbarum naturas uersibus expssit. De quo Ouidius lib. 4. de tristibus ait. Sæpe suas uolucres legit mihi grandior æuo. Quæq̧ noceat serpens: quæ iuuet herba macer.

¶ Antoniū quoq̧ musam augusti medicū hac tēpestate fuisse & floruisse constat: qui post atticam uictoriā naufragio periit. Hic contraria medicina a sectatoribus Themistonis qui Herophili discipulus fuerat diuū Augu. graui periculo exemit: pp quod statuā ex ære iuxta signuꝫ Esculapii augustus illi locauit: eumq̧ semp coluit: ut testis est Suetonius in augusti uita.

¶ Seruius sulpitius doctissimus iurisconsul. hac ætate scdm Euseb. e uita decedens publico funere elatus est. Qui de dotibus librꝝ edidit: & de nuptiis libros duos. De sacris distentandis libros duos. Cuius discipulus alphenus iuriscōsul. fuit: rerꝝ antiquarum non incuriosus.

¶ C. Enaglius medicus græcus: per hæc tpa clarus hētur: qui eruditiōe in medicina arte spectatus & illustris fuit: Quiq̧ sicut refert Pli. li. 25. impfecto uolumine ad diuum Augu. incohato pfatione religiosa: ut oībus malis humanis illius potissimū principis semper medicetur maiestas.

¶ C. Falcidius tribunus plebis iuriscōsultissimus his tpibꝰ agnosciẗ: Hic ille ipse est falcidius q legem tulit: ne quis testamēto legaret plusq̧ ut quarta pars hæredibꝰ supesset. 4. si q̄ttuor aut minus essent: si aut plus q̄ttuor forent: medietas eo tenore: ut siue liberis siue ppinquis idem pater sua legaret illa pars quā falcidius ɔstituit: nisi pr̄ interdixerit: ut legatis fruētibus & eisdem carētibus eq̄ni miter partirenẗ: alias quoq̧ nōnullas tulit leges: quæ in corpore iuris habentur.

¶ Albius Tibullus eques & poeta Ro. hoc tpe claruit: uir utiq̧ doctissimꝰ: qui multorꝝ iudicio primum īter Elegiographos obtinet locū. Hic multas scripsit epl̄as breuissimas: & qdem amatorias: admodū utiles: licet breues. Eo ꝙ eēt & ipse iuuenis: forma īsignis cultuq̧ corpis obseruabilis: qui quū esset doctus: doctorꝝ ēt hoīum contubernio usus est: & an̄ alios Coruinuꝫ & Messalā dilexit: cuius ēt ɔtubernalis fuit: & equitanico bello militaribus donis donatus est. Obiit aūt hic adolescēs: ut ex inferiori epitaphio intelligi potest: qd Ouidius in eius laudem contulit dicens.

Te quoq̧ uirgilio comitē non equa tibulla
Mors iuuenē campos misit ad elisios
Ne foret aut elegis miseros qui fleret amores.
Aut caneret forti regia bella pede

¶ Virgilius Maro poetarꝝ princeps natione mantuanus hisdē temporibus habeẗ celeberrimus. De quo Plutarchus ait: ꝙ quū a matre noīe Maia editus fuisset: nō cæterorꝝ more uagiit: sed adeo miti uultu uisus est: ut haud dubiā spem psperioris genituræ indicaret. Initia qppe ætatis usq̧ ad decimūseptimū annum Cremonæ egit: quo quidē tempore (scdm Eusebium) togam uirilē accepit. Postmodum Mediolanum. Deinde Neapolim profectus est: ubi cum græcis latinisq̧ litteris uæhementem operam dedisset: Tandem omni cura ac studio mathematicis & medicinæ indulsit.

Quibus rebus quū ante alios eruditior euasisset:in urbē se contulit:ubi ꝓpter naturā Augusti decla ratā:summe ab eo acceptus est. Hic quippe grādi extitit statura: quilino colore:facie rusticana:ua litudine uaria:eo ꝙ sæpe sanguinē eiiciebat:cibiq; minimi. Ferē amasse pueros. Sed quū ad maturā peruenisset ætatē:oēs reiecisse uoluptates:multa eni scripsit. Et primo quū sexdeciз esset ānoꝝ pria pea epigrāmata:Dyras:& Culicē scripsit. Quūq; res romanas incohasset:offensus materia statim ad Bucolicos trāsit. Deinde Georgicā in honorē Mœcenatis:nouissime Aeneidē aggressus illā pfe cit:licet incorrectā reliquerit. Et licet poetaꝝ princeps diceref:a b oīb⁹ tñ semb⁹ poetis nō inuidia: sed plurima beniuolētia ꝓsecutus est:præsertim ab Horatio q ip̄m Virgiliū i suis opusculis sæpe cō memorat:obiit deniq; Brundusii āno ætatis suæ.52.decimo cal. Octo.26.iperii Augusti āno. Cui⁹ ossa Neapolim trāslata in uia puteolana īttra lapidē sepulta sunt. Vbi hoc distichō qd ipse cōposue rat:īscriptū ē: Mātua me genuit:calabri rapuere:tenet nūc Parthonope:cecini:pascua:rura:duces.

Horatius poeta laudatissimus per hæc tempora Romæ in precio habitus est. Hic patria Venusinus prē libertino natus est:ut ipse in epistola.24.testatus est dicēs:Me libertino prē natū: & in te nui re Maiores pēnas nido extēdisse loqueris: Vt quātū generi denas uirtutib⁹ addas. Fuitq; statura breui:ut i eadē epla subdidit. Corpis exigui præcanū solibus aptū. Irasci celerē tñ ut placabilis esset: & uigesimasexta epla ondit:quēadmodū Romæ liberalibus līis eruditus fuerit:ac deinde uberioris sciētiæ nācīscēdæ grā Athenas cōcesserit:ubi quū doctissimus euasisset:familiaritatē M. Bruti q Cæsarē occidit:adeptus est. Factusq; ab illo tribunus militū cōtra M. Antoniū:& Augustum quum uictus fuisset Brutus ex clade aufugit. Cui postea Augustus Mœcenatis gratia peperit: Liberatusq; a poetica se conuertit:& præcipuos apud latinos lyricos uersus expressi⁹ imitatus Archilocum alceum Saphonē & Pyndarū poetas græcos. Vñ & in epla.24.ait:paruos ego primus iābos. Ondi latio nūeros aiosq; secutus Archilochi:nō res & agētia uerba lycābem. Tēperat archilochi musaз pede mascula sappho. Tēperat alceus & reliq. Scripsit itaq; Horatius hic Odas:libros sermonū duos Institutiones poeticas quæ poetica dicif. Et eplas. Et quū inumerabiles diuitias optimis studiis cumulasset. Tādē romæ moriēs augustū oīum reꝝ suaꝝ instituit hæredē. Obiitq;.43.ætatis suæ āno: imperii uero augu.anno.35. Fuitq; maxima pompa in exequiis apud mœcenatem sepultus. Huic inter cætera nulla uoluptas maior fuit:q̄ aure sæpe sese recipere. Quo cum uenisset uix illinc poterat Octauiani cæsaris iussibus euocari. Et cum in urbe foret miro desiderio ruris assidue tenebatur. Hinc ad Mœcenatem scribens. O rus inquit quando ego te aspiciam.

Varrus & Tucha poetæ Virgilii & Horatii p̄dictoꝝ ꝯtubernales his tēporibus habenf illustres: qui postea Aeneidē Virgilii iubente Augusto tali lege emēdauerūt:ut nihil adderēt uel diminuerēt.

Messala Coruinus orator romanus per hoc tēpus clarus existens primus apud romanos urbis p̄fectus instituif. Sed die sexto magistratu se abdicans in ciuilem potestatē se contestatus est. Qui deinde biennii post & anteq̄ moreref:ita memoriā:ac sensum amisit:ut uix pauca uerba cōiungere posset:ad extremūq; circa sacram spinā sibi ulcere innato inedia se confecit anno ætatis suæ.72. Imperii uero Augusti.52.hic romanus cōsul extitit & orator nitidus fuit:qui de grammaticali sciētia accuratissime disseruit:& libros quosdā post se reliquit:cuius ingenio Augustus imperator plurimum delectatus est:ob quod & Augustum ipsum in Herodis beniuolentiā flexit. Eidemq; regiaз dignitatem impetrauit. Hunc Augustus quum esset uir strenuus:contra Sabatios in expeditionem misit:contra quos (ut Strabo testatur) præclara facinora gessit.

Cornificus poeta romanus cū supioribus floruisse cōstat:q multa licet militaribus operā daret: in poesi conscripsit documenta:quiq; & postea a militibus destitutus turpiter interiit: Quos sæpe fugientes galeatos lepores appellauerat.

Cornificia aūt prædicti soror poetrix memoratu dignissima:& ipsa tēpestate hac tanto poetico effulsit dogmate:ut non italico lacte nutrita:sed castalio uideretur latice: Cornificio prædicto germano fratri æque esset gloria illustris. Hæc quippe nō cōtenta pulcherrimis ualuisse uerbis: nisi ut helycon carmen describeret:atq; plurima & insignia descripsit epigrāmata:quæ tempore diui Hieronymi:ut ipse testatur extabant:quibus uirtutibus perpetuum sibi acquisiuit nomen.

Forni.scilicet pater & filius celebres oratores tempestate istac habentur illustres: quorum filius consularis ante patrem mortuus est.

M. Bauius poeta celeberrimus:quem Virgilius in buccolicis sæpe commemorat:hoc tempore secundum Eusebium in Cappadocia moritur.

Tullius Tito Ciceronis alumnus atque libertus:per hoc tempus multa refulget doctrina. Qui (Gellio teste in litteris Ciceroni fuit adiutor) quique & de ratione linguæ latinæ libros conscripsit. Item de uariis:atq; promiscuis quæstionibus alios cōposuit:in quibus præcipui sunt:quos de græco Pande titulo pandectas appellauit:tanq̄ oīum reꝝ atq; doctrinaꝝ genus cōtinētes. Hic primus notas cō tarum mētatus est:& Cicerōe obtruncato in puteolanū p̄diū se ꝯtulit:ubi usq; ad cētesimū ꝯsenuit annū. liber.

33 5168 Ventidius Bassus olim romanoꝝ ꝯsul:qui primū de parthis triūphauerat hoc āno Romæ emorif:& publico funere sepelif. De cuius uita admiratiōe digna. Gellius libro.14.nocti.at.refert ip̄m ex genere & humili loco ortū habuisse. Cuius matrē a Pompeio Strabone magni Pōpei genitore bello quo Esculanos subegerat:captam cum ipso fuisse: & in triumpho ipsius Pompei Ventidius

hic una cum matre puerulus perductus fuit. Posteaq̃ cum adoleuiſſet uictum ſibi egre quæſiuit. Deinde in Cæſaris manus deueniens in Galliam cum ipſo profectus eſt: ubi cum multa facinora ſtrennue geſſiſſet: nō modo in Cæſaris amicitiā peruenit: ſed etiam ab ipſo ampliſſimis ordinibus ꝑfectus eſt. Deinde tribunus plebis ꝑtorq̃ effectus tanto cū moderamine ſe habuit: ut mox oīum patrū cōſenſu pōtificatū ac cōſulatū inierit. Vnde & uulgo ītollerāter eius dignitatē ꝑferens ꝑ uias urbis hos ꝓſcribebat uerſiculos. Cōcurrite oēs augures aruſpiceſq̃: quia portentū inuſitatū confla tum eſt recens. Nā muros qui fabricabat cōſul factus eſt. Eundē Suetonius præpoſitū a. M. Antonio fuiſſe orientalibus prouinciis tradit: & tribus prœliis ipſum fudiſſe ſcribit.

¶ Hyrcanus poſtremus iudæoꝝ pōtifex. De quo paulo ante ſatis dictum eſt: hoc anno qui eſt. 28. impii Auguſti annus cū. 80. ageret annū ab Herode rege nō dignū uitæ terminū īpetrauit: q̃a ideꝫ Herodes quū ſolū ſupſtitē ex regio genere eū cerneret: & ſe in regia dignitate cōſtitutū: ꝓdeſſe ſuis rebus opinatus eſt mortē illius: ne īminēte ſibi aliquādo a Cæſare ꝑiculo ille daret occaſionē: Tandem inuēta occaſiōe ꝙ epiſtolas ꝓditionis Malco cuidā tradidiſſet: accepiſſetq̃ illas: conuocato cōſilio demonſtrans: uirū optimū īterfici iuſſit. Hic igitur ut Ioſephus. 15. antiquitatū lib. ſcribit: in principio præ defuncto cū matre ſua Alexādra regnauit annis. 9. Matre uero defuncta illud regnū tribus mēſibus gubernauit: & ſtatim a fratre ſuo Ariſtobolo depulſus fuit. Deinde a Pōpeio reſtitutus. 40. annis ſacerdotio & regia dignitate uſus eſt. Secūdoq̃ iterū per Antigonū fratris filium regnum ꝑdens etiā corporis diminutionē paſſus: ad Parthos captiuus ductus ē. Exinde poſt aliquod tēpus ad ꝓpria remeās: ꝓpter ſpes ab Herode cognato ꝓmiſſas nihil ſicut ſperabat cōſecutus eſt. Atq̃ ita multis inuolutus uitæ paſſiōibus: & q̄d peſſimū eſt in ſenectute: nō dignū uitæ terminum ꝓmeruit. Fuerat eniꝫ Hyrcanus hic modeſtiſſimus uir: & in oībus mediocris: uitæq̃ honeſtiſſimæ: ac ſingularis māſuetudinis & clementiæ: qui toto uitæ ſuæ tempore uarias pertulit calamitates. Eo nāq̃ defuncto ſacerdotiū a filiis Aarō pœnitus ablatū eſt. Deinde nequāq̄ in Hieruſalē ex ſucceſſione ſacerdotalis generis pōtificibus cōſtitutis neq̃ ꝑpetuitate uitæ ſecundū legē Moyſi deo ſeruientibus aliquis pontifex fuit. Sed ignobiles quidā & alio tēpore alii & nōnulli unius anni ſiue modico amplius a Romanis imperatoribus ſacerdotiū emebant. Quæ omnia etiam Daniel propheta uaticinatus eſt dicens. Et poſt hebdomadas ſeptem & ſexaginta duas interibit chriſma: & iudicium non erit in iſrael: & templum ſanctum & chorus per populos: duce ueniente gubernabūtur & cedentur in Cataclyſmo belli: & in ſequentibus & ſuper templum &c.

Sacerdotium a filiis aarō hic ablatuꝫ eſt.

¶ Anacleus q̄dā Babylonius: hoc anno poſt Hyrcanū ab Herode ex Babylōia accitus: ab eodē iudæoꝝ pōtifex īſtituit: & ſedit anno uno. Quo amoto Ariſtobolū uxoris fratrē eidē ſucceſſorē dedit. Eoq̃ poſt annū īterfecto rurſus Anacleo ſacerdotiū reddidit: quātū āt poſtea ſederit ignoratur.

¶ Sybilla Tiburta ſeu Tiburtina uates præcipua: cui propriū nomē Albumea fuit: hoc tēpore in Italia floruit: & multas ꝑdixit. Quæ ideo Tiburtina dicta fuit: quia tyburtæ ciuitati iuxta menis amnis ripas ut dea excolebatur. Cuius in gurgite ipſius fluminis eius ſimulachrum tenens in manu librum inuentum fuit. Hanc Auguſtus (quū Ro. eam deificare uellet) cōſuluit. Quæ poſt triū dierū ieiuniū: rñdit ea q̄ diuus pater Aug. 18 li. de ciuitate dei ca. 23. refert dicēs. Iudicii ſignū tellus ſudore madeſcet. E cœlo rex aduenietꝑ ſæcula futurus. Et ſunt. 27. uerſus: quorum ultimus hic eſt. Decidet e cœlo igniſq̃ & ſulphuris amnis. Quorum uerſum capitales litteræ: ut idem pater Augu. teſtatur hunc ſenſum reddūt ieſus xp̄s dei filius ſaluator. Quibus dictis ilico uidēte auguſto: cœlū apertum eſt: & maximus ſplēdor irruit ſuꝑ eū: uiditq̃ in cœlo pulcherrimā uirginē ſuper quoddā altare ſtantem: puerulum baiulantem: qua uiſa repente & uocem audiuit dicente. hæc ara filii dei eſt: atq̃ ita auguſtus in thalamo ſuo exiſtens: hæc audiens & uidens in terram procidit & deum adorauit. Quam obrem auguſtus deum ſe appellari omnino recuſauit. Quo in loco poſtea ad rei memoriā templū ſub titulo ſanctæ Mariæ uirginis in ara cœli ædificatū. Quē locū ordo beatiſſimi Frāciſci excolendū ſuſcepit: & nunc uſq̃ poſſidet.

¶ Sybillarum decem Epilogus.

¶ Sybillas. i. mulieres uaticinatrices decem fuiſſe Varro in lib. rerum diuinarum quem ad Cæſarem auguſtum ſcripſit: cōmemorat. Eaſq̃ omnes enumerauit ſub auctoribus qui de ſingulis ſcriptitarunt: Primā: quaꝝ: ut ſupradictum eſt: de perſis fuiſſe dixit: Cuius mentionem Nicanor facit.
Secundam Lybicam: Cuius meminit Euripides in lamiæ prologo.
Tertiam delphicam: de qua Criſippus loquitur in libro de diuinatione.
Quartam cumeam in Italia fuiſſe ſcribit quā Neuius in libro punici belli nominat.
Quintam Erythream: quam apollodorus græcus ſuam fuiſſe ciuem affirmat.
Sextam Samiam: de qua Erathoſtenes in antiquis annalibus ſcribit.
Septimam Cumanā nomine amaltheam: quam ad Tarquinium regem libros attuliſſe diximus:
Octauam heleſpontiam: quam ſolonis temporibus fuiſſe Heraclites ponticus ſcripſit.
Nonam phrygiā quæ uaticinata eſt ancitæ. Decimāq̃ hāc ipſam de qua nunc locuti ſumus.

¶ Anna mulier hebræa Iſachar iudæi filia de tribu leui: ſiue (ut Damaſceno placet) de tribu iuda originē ducēs ſupioribus tꝑibus in cōiugiū Ioachim uiri ſanctiſſimi de tribu ſua tradita hoc āno: cū diu ſterilis & ſine ꝓle ſtetiſſet: poſt multas orōnes & lachrymas: angelica monitiōe ꝑmiſſa: Mariā futurā dei genitricē genuit filiā. Qua ꝓcreata mox Ioachin uiro defuncto nupſit alteri uiro noīe Cleophæ

5170 29

5180 19

Cleophæ:de quo ēt alterā Mariā Cleophæ suscepit filiā: Cleophas āt mariā filiastrā pdictā frī suo Ioseph copulauit uxorē:sed & Mariā filiā suā alpheo tradidit uxorē ex q̄ nati sunt Iacobus alphey symon chananeus & iudas Thadeus qui & barsabas:Mortuo quoq; Cleopha:anna tertio secundum legem Moysi alteri uiro noīe salome nupsit:ex quo tertiam filiam noīe Mariam salome genuit. Quæ tandem zebedeo disponsata Iacobum maiorem & ioannem euangelistam peperit filios:unde & hi extant uersus.

Anna solet dici tres genuisse marias. Tertia maiorem iacobum uolucrēq; ioānem.
Prima parit christū:iacobum secūda minorē Quas genuere uiri ioseph alpheus & zebedeus
Et ioseph iustum peperit cū symone iudam.

Hæc quippe anna sororē noīe Emeriā habuit: de qua nata est elisabeth ioannis Baptistæ mater:Hinc est q̄ angelus dixit Mariæ:& ecce elisabeth cognata tua:idest consobrina tua peperit filiū:anna itaq; quum in p̄ceptis & in uiis domini toto tēpore uitæ suæ ambulasset:oēq; tps suum ī orationibus:uigiliis:ieiuniis: elemosinisq; ac aliis bonis operibus consumpsisset:plena dierū quieuit in domino. Cuius dormitionis diem qui fuit .25. iulii mensis ecclesia uniuersalis celebrari mandauit.

18 5181 ¶ Zacharia hebræus de uice abia sacerdos & propheta domini diui ioannis Baptistæ genitor uir totius sanctitatis exēplar tēpestate hac elisabeth uirginis Mariæ consobrinā duxit uxorē:ambo quidem:ut sacra euangelii Lucæ habent historia:religione : innocentia : pietatis & gratia sanctissimi: qui quum diu infecūdi fuissent & iam Elisabeth pcessisset in dies suos:& muliebria ei fieri desissent dominus eorum orationibus pmotus filium tandem noīe ioānem baptistam eis hoc modo cōcessit. Nam sicut Lucas primo ca. scribit. Quū Zacharias sacerdotio fungeret̄: in ordine uicis suæ scdm consuetudinē sacerdotii sorte exiit:ut incensum adoleret:& āno impii augusti. 41. solus templum dn̄i ingressus:uidit angelum dn̄i in dexterā altaris incensi ptem : quo uiso confestim zacharias præ timore in terram corruit:ad quem angelus. Ne timeas inquit zacharias qm̄ exaudita ē deprecatio tua:qui a Elisabeth uxor tua sequēti anno pariet tibi filiū:& uocabis nomē eius ioannem baptistam:p quo maximū tibi erit gaudiū & exultatio:ac multi in eius natiuitate gaudebunt. Erit enim magnus corā dn̄o:uinum & siceram non bibet:& spū scō adhuc ex utero matris suæ replebitur:ac multos filiorū israel p̄dicatione:suoq; exēplo conuertet ad dn̄m deū ipsorū:Et ipse p̄ibit ante ipsum in spū:& uirtute Helyæ parare ei plebem pfectam:Et zacharias: Et unde hoc ait: scire potero:quia ego iam senex sum:& uxor mea pcessit in diebus suis. Et dixit. Ego sum inqt angelus dn̄i noīe Gabriel:qui a dn̄o missus tibi sum:ut hæc ad te euangelizarem:& pptērea hoc tuæ incredulitatis erit signū:quia eris mutus quousq; hæc implebunt̄:Ac sic zacharias hic usq; ad filii natiuitatē tacēs fuit. Quum igit̄ zacharias tēpli fores egressus fuisset:nec loqui posset:intellexerunt oēs eum uisionē uidisse:qđ qdē & ipse nutibus quibus poterat explicabat. Cōpletis uero officiis suis diebus abiit in domum suam & statim Elisabeth concepit. Quūq; cōcepisse se dephendisset:præ uerecūdia qnq; mensibus se occultauit. In sexto deniq; mense Maria uirgo & dn̄i mater:& ipsa a spū scō grauidata mox ad salutandū eā prexit. Cuius & salutationē Mariæ sensit Elisabeth exultauit ifans præ gaudio in utero eius. Repletaq; statī spū scō Elisabeth exultauit:ac uoce magna dixit. Et unde hoc mihi:ut ueniat mater dn̄i mei ad me: Beata inqt q̄ credidisti:qm̄ pficient̄ in te ea q̄ dicta sunt tibi a dn̄o. Peperit deniq; Elisabeth filium:& audierunt uicini & cognati eius qa magnificauit dn̄s plebē suā cū illa:& cōgratulabant̄ ei. Quūq; dies octaua aduenisset:ut circuncideret̄ puer. Innuerunt parētes p̄ri quē uellet uocari eū. Accipiēsq; calamū scripsit dicens: Ioannes est nomē eius : & confestim aptū est os eius:& pphetauit dicens. Benedictus dn̄s deus israel: qa uisitauit & fecit redemptionē plebis suæ. Quo pdigio oēs admirati pontificiū munus eidē restituere. In quo qdem deinceps ita uixit:ut neminē ex successoribus iudæi partem habuerint:uel sanctitate uel aliis uirtutibus. Demū defunctus & inter scōs pphetas relatus:nonis nouēbris eius natalicius dies celebrat̄.

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Cornelius gallus poeta clarissimus in Foroliuiensi urbe natus. 18. impii Augusti anno: scdm Eusebium. 43. uitæ suæ anno:propria se manu interfecit:quum Augustus interfectis Antonio & Cleopatra:& totam ægyptum obtinuisset:primum Alexandriæ:& totius ægypti prætorem constituerat: qui in ea prouincia(ut Strabo libro duodecimo meminit)res memorabiles gessit : ac Thebanam urbem Diospolim appellatam ad solum usq; euertit. Ex qua etiam multos obeliscos & conchas peregrini marmoris Romam postea secum detulit:quibus nunc Romæ Italiaq; multis in locis decoratur. Hic nonnulla poetica memoratu digna composuit.

¶ C. Bassus ornatissimus orator:& copiarum Augusti præstantissimus dux:tempestate hac floruit. Qui ut testatur Gellius:quum esset scientia clarissimus:de uocabulorum origine multos tractatus edidit. Hunc imperatorem strēnuissimum Cæsar Augustus longe ante contra parthos ad Licinii necem ulciscendam miserat:qui in Syriam irrumpens parthos ipsos tribus prœliis superauit: Pacorumq; eorum regem Herodis filium interfecit:& Romam rediens de eisdem triumphū duxit. Deniq; ex hac luce sublatus:publico funere sepelitur.

¶ Strabonē etiam historicū & Geographum ac philosophum:necnon & homericæ maiestatis expositorem:ut quibusdā placet:natione Cretensem hisdem temporibus illustrem fuisse ex opibus

ſuis inuenimus. Qui quum doctiſſimus uir eſſet: & magnarū reꝝ cognitione peritiſſimus haberetur: inter cætera ſuæ uirtutis monumenta: de Geographia mundi decē & ſeptē libros perpulchros edidit: In quibus uel omiſſas: uel neglectas: aut uetuſtate oblitteratas orbis partes: ad unguem reſtituit. Et diligentiſſime deſignauit: ppſos: nationes: res geſtas: montes: maria: & eoꝝ terminos ante oculos noſtros clariſſime poſuit. Hic quippe ex Mitridatis regis ſanguine maternali linea (ut ipſemet teſtatur lib. ſ. x.) originem duxit. Cuius clariſſimū opus diu latinis incognitum Nicolaus papa quintus per Gregoriū Typhernatem transferri in parte uoluit. Reliquum uero operis mancū uidelicet. Europā Guarinus Veronenſis ad preces Iacobi antonii Marcelli patricii Veneti uiri p̄ſtātiſſimi abſolutus reddidit.

❡ Solinuꝫ quoq̄ hiſtoricū: & oratorem grauiſſimū tempeſtate iſtac ex libris ipſius floruiſſe coniicimus: qui & ipſe collectaneoꝝ librum optimū edidit: & ad auguſtū Cæſarē romæ obtulit: in quo ſimiliter terram pingit: ac urbium diſtantias: & loca multa menſurat. Eumq̄ librum collectaneum ideſt de mirabilibus mundi appellauit.

❡ Titus Liuius patauinus uir quidē magnus & hiſtoricoꝝ: tam græcoꝝ quā latinoꝝ princeps: ac tragœdiaꝝ (ut aiunt) ſcriptor hoc tēpore (ut Euſeb. teſtatur) Romæ claruit: ut multi nobiles ex ultimis Hiſpaniaꝝ partibus ad eum uiſendū romam uenerint. Quod diuus Hierony. in ep̄la ad paulinū ex Plinio ſumptū in his uerbis teſtatur dicens: ad Titoliuiuꝫ lacteo fonte manantē de ultimis Hiſpaniæ galliarūq̄ finibus quoſdam ueniſſe nobiles legimus: & quos ad cōtēplationem ſui Roma non traxerat: unius hoīs fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum oībus ſæculis celeberrimūq̄ miraculū: ut urbem tantam ingreſſi aliud extra urbem quærerent. Hic itaq̄ Liuius cū maxīo in honore ab Auguſto ſemper habitus fuerit: et plurimis honoribus & diuitiis ab eo honoratus fuit. Qui quum circa oēm hiſtoriam diligētiſſimus indagator fuiſſet: centū & decem hiſtoriaꝝ libros conſcripſit: in quibus etiam diui Auguſtini geſta depicta cernuntur: licet ad illius uitæ finem non p̄uenerit. Eius autem operū maximam partē tēpoꝝ malignitate amiſſimus: Vixitq̄ annos octuaginta: & quarto imperii Tyberii Cæſaris anno patauii obiit: atq̄ ibidem ſepultus fuit: Cuius qdēꝫ ſepulchrum adhuc in diuæ uirginis iuſtinæ ueſtibulo extat his titulis adornauit: & militiæ ad decus utilitatemq̄ fuit aſcriptus: & uirtutis ſuæ qui diſſidentes patauinos ciues ſuos in patriā reuerſus ad concordiā reuocauit: quod qdē ipſe adhuc uiuens ſibi conſtruxerat. Titus liuius. T. f. quartæ legionis aliis ꝯcordialis patauii ſibi & ſuis oībus. Eius aūt oſſa quū poſtea inuēta fuiſſent. Veneti qui p̄torium ipſius urbis cōcrematū inſtaurauerunt: in ꝯſpicuo ipſius faſtigio collocauerunt. 5183 16

Oſſa Liuii ī palatio ſūt collocata

❡ Cornelius nepos p̄ria Veronenſis orator: & Rhetoricus atq̄ Geographus permaximus his tp̄ibus ſcd̄m Euſebiū in p̄cio fuit: qui & nōnulla ingenii ſui monumenta ſcripto mandauit: & quammaxime hiſtoriaꝝ libros compoſuit: Libros quoq̄ geographiæ nobis abſolutiſſime reddidit: ſimiliter & de uiris illuſtribus Annalia ſcripſit. Cronicarūq̄ præterea libros ac libellū: quem ſtatuꝫ ab erudito diſtinguit: luculenter perſtrinxit.

❡ P. Ouidius Naſo Sulmonenſis clariſſimus poeta tempeſtate hac romæ claruit: & multa ꝯſcripſit: hic ex Sulmone brutioꝝ oppido ortū habuit: ſicut ipſemet teſtatur dicens: Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis. Milliaq̄ nonies diſtat ab urbe decē: qui & apud athenas p̄io poeticā: deinde philoſophycā diſciplinam optime didicit: ueniensq̄ Romam apud Auguſtū Cæſarem & uita carmine plurimū ualuit. Sed multoꝝ poſt dieꝝ curricula anno ætatis ſuæ. 50. ab eodem Auguſto in pontum inſulā apud ſarmatas relegatus eſt: quo autē crimine non ſatis conſtat: quuꝫ alii uitio dent: quod libros de arte amandi cōpoſuerit: quibus iuuenes in matronaꝝ libidinem nimiū inflāmabat. Alii uero affirmant: qđ quum Liuia Druſylla imperatrice cōcubebat: qđ quidem leue uideret: Quia ſi imperator cū uxore eū concubuiſſe didiciſſet: nō exilio: ſed morte eū mulctaſſet. Nec rurſus ,p̄pter libros de arte amandi: quū ea ætate laſciua carmina multi deſcripſerint. Verū tamen ipſe de ſe libro de ponto ſic inquit. Naſo minus prudens artem dum tradit amandi. Doctrinæ triſte p̄cium magiſter hēt. Eius quippe mores ea erant facilitate: qua & carmina. Infra notatos autem hic poſt ſe reliquit libros a ſe editos: uidelicet. 5184 15

Metamorpho. i. tranſformationum	li. 15.	De medicamine faciei	li. i.
De arte amandi	li. 3.	Amorum iterum	li. 3.
De remedio amoris	li. i.	Ad liuiam conſolatorium de triumpho	li. i.
De fine titulo	li. 3.	De laudibus Auguſti Cæſaris	li. i.
De faſtis ad. C. Cæſarem	li. 6.	Sapphos eiuſdem	li. i.
De triſtibus	li. 5.	Inuectiua in Ibin	li. i.
De ponto	li. 4.	Epiſtolarum	li. i.

❡ Item de pulice: De nuce: De Philomena: De uetula: & de lymaca: ſed his qnq̄ utrum Ouidii ipſius opuſcula fuerint: apud peritos multa eſt ambiguitas. Deniq̄ quū eſſet oībus qui elegias ſcripſerunt p̄ſtātior anno. 5. imperii Tyberii cæſaris: ætatis uero ſuæ. 54. obiit.

❡ Valerius maximus Romanus philoſophus & orator luculētiſſimus hiſdem temporibus romæ clarus fuit: ac Auguſto cæſari cariſſimus: qui inter cætera libros nouē ſermone luculētiſſimo compoſuit: ſcilicet de dictis factiſq̄ memorabilibus uirorum: qui apud romanos græcoſq̄ habebantur

illuſtres

illustres: addens etiam ex propriis nonnulla ad uirtutum commendationem: uirorumq; detestationem pertinentia. Ex quibus hanc memorabilem excerpsimus sententiam. Lento etenim gradu ad uindictam sui diuina procedit ira: tarditatemq; suppliciis grauitate compensat. Snīa optima

¶ Anthenodotus patria Tharsensis Stoicus philosophus per hos dies floruit. Cuius hæc singularis fuit sententia. Tu crede te de omnibus cupiditatibus esse solutum: quum eo perueneris ut nihil Deum roges nisi quod possis rogare palam. Snīa bona

5685 18 MAria beatissima ac gloriosissima Dei genetrix futura uirgo perpetua ex radice Iesse diu exorta: hoc anno qui est uigesimusoctauus imperii Augusti in Nazareth ciuitate iuda patre Ioachin: matreq; Anna nascitur. Puella siquidem elegantissima: omniumq; oculis admirabilis: quam quum parentes allactassent tertio ætatis suæ anno (ut spoponderant) templi seruitio cum reliquis uirginibus mancipar͞ut. Quo in loco præter ætatem sicut cæteras nobilitate & pulchritudine præcellebat: ita & doctrinam & sancte uiuendi ration͞e ab ipsis teneris annis & exemplo & lectiōe didicit: adeo: ut breui & religione & sanctitate: necnō & humilitate ac diligentia: tum in rebus diuinis: tum in humanis reliqs sacris uirginibus fieret incōparabilis. Quibus ex uirtutibus deus ipse oīpotens eam sibi animatā ciuitatem constituit. De qua dict͞u est. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Delegitq; præterea eam deus sibi secundum cœlum atq; rationalem paradisum ipsam fecit. Dignum quoq; urbi suæ habitacul͞u: atq; sponsam īcarnationis filii sui eandem esse uoluit. Eamobrem qu͞u tredecim ætatis suæ explesset ann͞u. Anna c͞u Cleopatra eius priuigno diuino disponēte cōcilio eam Ioseph de tribu sua uiro seni cōnubio cōiunxerunt. Qua desponsata confestim angelus Gabriel in Nazareth ciuitatem suam ad eam uenit: & magno lumine corruscans uirginis Thalam͞u uenerabiliter intrauit atq; ipsam sanctissimā uirginē officiosissime his uerbis salutauit dicēs: Aue Maria gratia plena dominus tecum: Benedicta tu inter oēs mulieres: & benedictus fructus uentris tui. Qua expauescente. Angelus adiecit. Ne timeas inquit Maria: Inuenisti enim gratiā apud domin͞u. Ecce concipies in utero & paries filium: & uocabis nomen eius Iesum: hic erit (inquit) magnus & filius altissimi uocabitur. Ad hæc Maria confestim ait. Ecce ancilla domini fiat mihi secund͞u uerb͞u tuum. Et subito cœlestis imber in eam placido se effudit elapsu: & tota diuinitatis unda se contulit in carnem Mariæ & uerb͞u caro factu; est. Quibus gestis repente Maria surrexit: & ad Elisabeth cōsobrinā suā uisitando cōcito gradu perrexit ubi & per tres menses quousq; Ioann͞e edidisset filium (seruitutis gratia permāsit) ibiq; mirific͞u illud cecinit cantic͞u dicens: Magnificat aīa mea domin͞u. Editoq; Ioanne Baptista Maria iam grauida domum rediit: quod ubi Ioseph uir eius didicisset eam. s. esse prægnant͞e: decreuit oīno ipsam occulte dimittere. Sed eo hæc cogitante (ut Mattheus primo capitulo ait) Angelus domini per somni͞u ipsum monuit ne ꝑpter id Mariā dimitteret: quia quod nat͞u in ea erat id de spiritu sancto esse contestatus est. Atq; ita Ioseph accepit eam uxor͞e: appropinquāte aut͞e pariendi tēpore: Maria una cum uiro suo Bethleem cōscendit: ut ꝓfiteretur iuxta augusti præcept͞u: quo mandauerat: ut uniuersus describeretur orbis: singuli in suā ciuitat͞e: Ascendit itaq; Ioseph & Maria: ut Lucas secūdo capitulo scribit a Nazareth in Bethleem ciuitat͞e suam: ut ibidem censu notarenꝰ. Et quum essent ibi impleti sunt dies pariendi: & gloriosa uirgo sine ullo dolore deum genuit ex se carne factum. Et ita fœcunditas ipsa in illa tota deificata est: & ut uirginitas integra cōseruata. Editoq; puerulo iesu: Maria illico cōsurgens infant͞e pannis de more inuoluit: & in præsepio reclinauit: quia in spelunca qua eum fuderat: non erat locus. Moxq; bos & asinus ibidem colligati iuxta prophetæ uatici͞niu cognouerunt infant͞e esse domin͞u: & genua flectentes adorauer͞ut eum. Et subito angelus Domini pastoribus quibusdam ea in nocte in regione illa uigilantibus nunciauit Saluatorem mundi natum: qui eo uenientes: ut scilicet uiderent utrum uerbum ꝙ factum erat ad ipsos uerum esset: confestim c͞u eodem angelo aliorum angelorum multitudo facta est: canticum hoc dicentium: Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis: quem sane hymn͞u hylaris episcopus postea ad finem usq; compleuit. Reliqua uero beatissimæ uirginis Mariæ gesta & obsequia: necnon & actus uitæ ipsius: usq; ad passionem filii eius ex euangelio colligi possunt. In qua quidem passione beatissima hæc uirgo: & si in carne ipsa non passa fuerit: tamen quia in ea parte quæ impassibilis est: passa est: uidelicet in mente spiritualiter & atrocius gladio passionis unigeniti filii sui plusquam martyr & uirgo fuit in pace uitam finiens. Post autem ascensionem domini nostri iesu Christi eiusde; sanctissimæ uirginis conuersatio ad humanæ uitæ exemplum (Luca in actibus apostolorum testāte) generaliter cum apostolis quousq; repleti fuerunt gratia: Spiritus sancti fuit post spiritussancti missionem: & apostolorum Discipulorumq; omnium dispersione: quid Beatissima hæc Virgo egerit: non plene haberi potest: nisi ut diuus refert Hieronymus quod Gabriel Angelus tanquam cœlestis Paranymphus eam Virginem Sanctam & corpore & mente intactam custodiuit: atq; Ioannes Euangelista cui eam de cruce filius commiserat uirgo uirginem seruauit: officiosissime usq; in fine; uitæ suæ tāquā adoptiuus filius ministrauit. Habitatio aūt eius usq; ad mortem præ nimio amore in loco illo fuit: inquo eius filius extitit sepultus: q īter ascēsiōis: resurrectiōis loca erat: ut ex eo loco oīa in qbus passus fuerat loca īuisere posset: & suis cōsolaretur aspectibus. Quia ut diuus scribit Hiero. īpatiēs amor hoc īter cætera præcipu͞u habet: ut qu͞e desiderat semper

Maria

Salutatio angelica

Magnificat cantaꝰ

Maria parit

Gloria i excelsis

Habitatio uirginis Mariæ ubi fuerit

inuenire se credat. Nec mirū:quia si Christus est ab oībus amādus ex toto corde:& ex tota aīa:atq;
ex omni uirtute sua:multo magis ab ea ardentius:cuius & dominus & filius erat. Multis equidem
afficiebatur doloribus post filii ad cœlos ascensum:magnoq; æstuabat desiderio: dum secum taci
te cuncta reuolueret:quæ:scilicet audierat:uiderat & cognouerat. Tandem quum omni plena eēt
gratia:omniq; uirtute illustrata anno a natiuitate filii eius Iesu Christi quadragesimonono : æta-
tis uero suæ.60.obdormiuit in pace:pleniterq; claritatis æternæ gratiam possidere meruit:quā ob
eius filio domino nostro Iesu Christo plenissime accepit. Quam sicut propheta ait. Viderunt oēs
filiæ Syon:& beatissimam prædicauerunt:& reginæ laudauerunt:quia tanta uiderunt:quanta nul
lus errando expleuit mortalium:quanto magis Deum qui talem ac tantam fecit eam:ut ipse fie-
ret per ipsam:ad cuius igitur exequias deo sic uolente omnes affuere apostoli:& dominus ipse no
ster Iesus Christus cum tota cœlorum curia quantum fas est credere eidem totus festiuus occurrit
& cum gaudio eam in anima & corpore in cœlum assumpsit:secūq; in throno suo collocauit. Vi-
xit autem post filii mortem.16.annis:quum antea.47.ætatis haberet annos:unde & quidam de ip
sius sacratæ uirginis tempore hos edidit uersus.

Virgo parens uixit sexaginta cum tribus annis. Quattuor atq; decem fuit in partu benedicta.
Vixit cum filio triginta cum tribus annis. Sexq; decē annis:sed post hæc astra subiuit.

¶ Marianes regina hebræorum hoc anno ab herode Antipatro rege & uiro suo ob inuidam occi-
ditur. Ea siquidem regina aristoboli iudæorum regni ex alexandria filia fuit:& Herodi alienigenæ 5197
in coniugium tradita:cuius infœlicitatem atq; pulchritudinem hic reticere nequeo:Nam(ut Iose-
phus in.15.libro antiquitatum ait)tantæ tanq; inuisæ pulchritudinis clara fuit:ut non solum eo tem
pore formositate fœminas anteire crederetur:sed cælestis arbitraretur imago potiusquam morta-
lis:quæ quidem & si inaudita formositate atq; pulchritudine fuerit insignis animi:tamē ingēti for
titudine longe magis emicuit. Quam quum peruenisse ad nubilem ætatem parentes cernerēt ini-
quo herodi antipatro maximo suo infortunio tradiderunt uxorem:a quo & summæ ob eius uenu
statem dilecta fuit. Qui quum plurimum gloriaretur:se solum orbe toto professorem pulchritudi-
nis diuinæ:in tam grandem animi curam lapsus est:ne quis alter in hoc posset sibi æquari:ut time-
ri cœperit:ne sibi superstes euaderet Mariannes:ad quod euitandum dum uocatus fuit Romam
ad octauianum ut purgaret se quod amicis Antonii aduersus eum auxilia præstitisset : amicis reli-
quit:ut si ei contingeret mori. Mariannem hanc reginam confestim occiderent:quæ res post mul
tum temporis cum Marianni nunciata fuisset:& iam ab aristoboli fratris indignam cædem in He-
rodem execrabile odium concepisset:ad hunc impetum peruenit:ut amanti uiro suum negare cœ
pit cōcubitum dicereque palam cœpit Herodem esse alienigenam non iudæum:nec regiæ prolis
uirum. Quinimmo ignobilem & non idoneum:nec regia coniuge dignum. Trucemq; insolen-
tem:scelestum:atq; immanem beluam:quæ & si herodes cum difficultate pateretur:tamen amo-
re prohibente:nil sæuum in illam audebat inferre:tandem rebus in peius procedētibus a matre &
sorore herodis quibus Mariānes summæ grauis erat:actum est:ut ab eisdem subornato pincerna
Mariannes herodi accusaretur:quod effigiem suam speciosissimam(post conceptum in herodem
odium)ad Octauianū ut illum in sui desiderium prouocaret:& in Herodis odium trāsmisisset:quæ
quum crederet Herodes:eo deductus est:ut tanquam in regiam maiestatem excidium moliētem
capitali sententia eam iusserit occidi.

¶ Explicit Liber Septimus.

¶ LIBER OCTAVVS IN SVPPLEMENTVM SVPPLEMENTI CHRONICARVM A PRIMO AVCTORE PATRE IACOBOPHILIPPO BERGOMENSE NOVISSIME CONGESTVS : AC ACCVRATISSIME REPERCVSSVS HIC FOELICITER INCIPIT.

IN principio igitur quadragesimisecundi anni imperii Augusti Cæsaris : qui 5198
in Augusto mense regnare cœpit:uidelicet.31.regni Herodis alienigenæ:ac.
3.anno centesimæ nonagesimætertiæ olypia.ab urbe uero condita.759.A
captiuitate iudæorum.545.a Dauid regno.1029.A natiuitate Abraæ.1015.
A diluuio Noe.2957.ab Adam.5198.a conceptione beati Ioānis Baptistæ
mense.6.8.Calen.Aprilis:feria sexta:luna decima:indictione.12. prophetia
Patriarchæ Iacob iam adimpleta:qui dixerat. Non deficiet princeps de iu-
da:nec dux de fœmoribus eius : donec ueniat cui repositum est : & ipse erit
expectatio gentiū. Nō ergo defuit iudæoꝝ princeps usq; ad tēpus istud:in quo qdē herodē istū alie
nigenā primū acciperet regē. Tēpus itaq; erat ut ueniret cui repositū erat: qd nouo ꝓmissum est te
stamēto:ut ipse esset expectatio gentiū. Ideoq; ut oēs adimplerēt scripturæ ꝓphetaꝝ : Missus; Ga-
briel angelus a deo in Nazareth Gallileæ urbē ad Mariā Virginē nuper(ut præmissum est)Ioseph
desponsata:qui dixit ei: Aue Maria gratia plena:(Aue inqt)sponsa dei genitrix īmacula: Aue aīarū
dei tēplū. Aue sacrariū spiritussancti: dn̄s tecū in corde:tecum in utero: tecumq; semper in auxilio.
Quibus

Quibus dictis mox superueniente spū sancto:obūbrante altissimi uirtute dn̄m nostrū Iesum xp̄m plenum hominem in anima & corpore concepit. Quo concepto qnta sæculi ætas crebris quassata malis.s.a transmigratione Babylonis usq ad Christi incarnationē sub generationibus quattuordecim terminata est:anni itaq ab origine mundi:uidelicet a quintodecimo cal.aprilis quo mundus incepit usq ad xp̄m incarnatum scdm Orosiū:sunt.5100.scdm uero Isidoꝝ.5210.scdm Eusebium.5199.& scdm quādam aliam calculationem.5196. Quinta ætas terminat.

¶Feria nāq sexta qua primus Adam peccauit:qua ēt post.930.annos obiit:& qua e paradiso eiectus est eadem feria.6.scds Adam Iesus xp̄s carnem induit.Ieiunium terminauit:& mortē subiit. Insuper & abel iustus a fratre interficit.Melchisedech offert.Isaach altari superponit.Ioan.Baptista decollatur.Iacobusq ab herode perimitur:ac alia multa eadem sexta feria gesta referuntur:q̄ certe quidam poeta his declarauit uersibus dicens.

Salue festa dies quæ uulnera nostra coerces.
Angelus est missus.est passus in cruce xp̄s
Est adam factus:& eodem tempore lapsus.
Ob meritum decimæ:cadit abel fratris ense.
Offert melchisadech:isaac superponitur aris.
Est decollatus Christi Baptista beatus.
Est petrus captus iacobus sub herode pēpt⁹.
Corpa sanctoꝝ cum xp̄o multa resurgunt.
Latro dulce tn̄ per Christum suscipit amen.

¶Nec obstat quod iuxta dies solares ecclesia teneat primū Adam.x.calē.aprilis de terra psalmatum:& Christū.8.calē.aprilis incarnatū & passum:qa nox illa media inter cœnam & parasceuem quæ post diem sequebat:& tunc primo diē p̄cedebat:facta est dies octaua calē.aprilis p̄cedendo diem quæ erat ante nona dies aprilis sequendo diem.Et illa nox diei decimi cal.aprilis quæ tūc sequebat diē qua adam factus peccauit:facta est tunc nox diei nonaꝝ apriliū p̄cedens die.Quia igitur nonus dies cal.aprilis ex sua parte factus est decimus dies cal.aprilis:ex sua uero parte posteriori.i.nocturna qua xp̄s tentus & illusus est.Factus est dies.8.calē.aprilis nonodecimo calē.apri. ac nono die:necnon & octauo calē.aprilis xp̄s passus est.Plane sciēdū est quod a p̄mo sæculi usq ad passionē dn̄i dies præcessit noctem in signū lapsus humani generis:sed a passiōe nox præcessit diem in signū reparatiōis de tenebris ad lucē ac si nox diluculi resurrectionis ad primam sabbati ptinet in qua terminatus est:ordo naturaliū dieꝝ qui erat ut præcederet dies noct.Vn̄ & deīceps nox semp p̄cessit diē:& sic hæc nox cōis fuit sabbato & diei dn̄icæ resurrectionis.Ioā.Baptista xp̄i iesu præcursor & gloriosissimus p̄co:hoc ipso anno sexto uidelicet mense ante regis sui natiuitate ex sanctissimis parentibus Zacharia:& Elysabeth sterili in hierusalem nascitur:uir quidē ēt ab ipso matris suæ utero sanctificatus:necnon & inter mulieꝝ natos dn̄o testante non surrexit maior:iste quippe ꝓpheta & plusquā ꝓpheta fuit:eo quod matrem Helisabeth prophetam fecerit:& Iesum xp̄m mundi redemptorē non de longinquo:sed digito monstrauit dicens.Ecce agnus dei:ecce q tollit peccata mundi:quē & dn̄s ipse tanta perfudit gratia:ut nullus unquā hoīum eo uel sanctitate uel aliis gratiis ēt ab ipsius natiuitate fuerit excelsior.Et ꝑpea Chrisostomus de eo sic ait:Ioannes scola uirtutū:magisteriū uitæ:sanctitatis forma:norma iustitiæ:uirginitatis speculū:titulus pudicitiæ:peccatoꝝ uenia:ac fidei oīs disciplina fuit.Et quidē pulchre:quia ut idē ait:fuit maior homine par angelis:legis sūma:euangelii sanctio:apl̄oꝝ uox:silentium ꝓphetaꝝ.Lucerna mundi:præcursor iudicis:& christi meditator:ac totius trinitatis medius: pp hoc & sancta ecclesia catholica post dn̄m eiusq matrem uirginem Mariā ipsius p̄cipue celebrat natiuitatē:quia sicut nato domino angelus pastoribus apparuit dicens.Ecce euangelizo uobis gaudium magnū quod erit omni populo:qa natus est uobis hodie saluator qui est Christus dn̄s.Ita ēt idem angelus nascituꝝ Zachariæ p̄dixit ioānem dicens.Quum natus fuerit puer erit gaudiū nō modo tibi sed exultatio oī populo: qa multi in eius natiuitate gaudebūt:ioāne itaq nato transactis infantiæ annis licet tenellus excelsiq generis fuerit habitus & parētibus antiquis unicus:cui & opulētissima debebatur successio:essetq ex matris utero sanctificatus:attamen ꝓpter amorē cælestis patriæ quū etiam frequētias hominum sustinere nō posset.Eremū petiit:ipsaq parētibus p̄tulit:atq fulgentes domos in formis luti uilitate mutauit:ne leui saltē ut sacra canit ecclesia maculatur uita famine posset. Voluntariumq præterea passiōibus induxit bellū:ac uiolēter se uincere cōtendit:& de abundantia:delitiisq ad famem:sitim:abstinentiā:mortē deniq transiuit:necnon & somnū & ocium uigiliis ac contritione confecit.Didicerat nāq adhuc puerulus spiritu sancto illustratus regnū cœloꝝ uim pati & sui ipsi⁹ uiolentiā diripi oportere:unde & ad id obtinendū duo crucis gn̄a maxīe existiauit necessaria:quæ & in semetipso expimētū sumpsit:unū uidelicet corpale:& aliud sp̄uale.Primū a potu gulæ appetitum tēpare:& a delectatiōibus coercere.& ab his quæ tactu gustu uel uisu decipiūt sensum seipsu uiriliter reuocare.Aliud āt abstinentiæ & crucis genus:& qdē p̄ciosius:sublimiusq hoc idē eē adiudicauit.s.motus animi regere:& illius ꝑturbationes modestia & trāqllitate placare:iræ ac supbiæ īpetus refrenare:litigare quottidie cōtra uitia & peccata:cogitatiōesq malas in pace redigere:uoluntates ꝓprias abnegare:easq interiori examinatione discutere:& regentis impio subigere:hanc itaq crucē in cōspectu dn̄i diuus hic Ioānes gloriosam esse putauit:ac ꝓut potuit:uerbo & exemplo oēs edocere curauit.Hic scriptū fuit:a diebus ioānis regnū cœloꝝ uim patit.Post hæc autē quum trigesimum uitæ suæ attigisset annum:sicut sacra euangelii Lucæ habet histo.12.imperii Tyberii Io.baptista p̄dicationē īcipit.

Cæsaris anno ꝓcurante pontio pilato iudæā: Factū est uerbum dn̄i super eū in deserto. Et uenit in oēm iordanis regionē prædicans Baptismū pn̄iæ in remissionē peccatoꝝ: sicut scriptum est in lib. Isaiæ prophetæ dicentis. Ego uox clamantis in deserto: pate uiam dn̄i: rectas facite semitas eius. Quia oīs uallis implebiṫ: & oīs mons & collis humiliabiṫ: & erūt parua īdirecta & aspera in uias planas. Eamobrē multis ad eū cōcurrentibus singulis qbuscunq; interrogantibus cōuenientia dabat responsa. Demū ab herode antipa magni herodis filio Paulo añ p̄dicationē xp̄i captus carceri mancipaṫ. Arguebat enim ipsum Herodē in multis: & ïter cætera dicebat. Non licet tibi habere uxorē fratris tui: qui ipius herodes ira cōcitatus pro pietate īpietatis mercede eidē reddidit. Ipse.n. herodes herodiadē philippi fratris sui uxorē incestuosis nuptiis sibi ꝯiunxerat. Et illa instigāte per annū pudore carceris & maxima inedia eū macerari fecit. Post annū uero adueniente ipsius Herodis natalis die: cōuocauit herodes cūctos Gallileæ principes nobilioresq; amicos suos: & regiū eis p̄parauit conuiuiū. Quibus ita epulātibus herodiadis filia in uestitu deaurato in mediū uenit: & corā oībus modulatis uocibus gestiuit atq; saltauit. Quāobre; sūme placuit regi & cūctis discūbentibus. Cui rex confestim iureiurādo: pollicitus est dare quodcūq; postulasset: quæ a matre nequissima p̄monita euestigio inqt. Rogo ut des mihi in disco hic caput Ioā. Baptistæ. rex autem & pp iusiurandū: & ꝓpter simul discūbentes (licet uehementer cōtristatus) iussit dari ꝙ postulasset: & misso spiculatore: decolari eū fecit in carcere. Capiteq; ad regē allato datū est puellæ: puellaq; illud matri suæ obtulit: quæ statim in opprobriū uiri sanctissimi illud post regiā domū ꝓiici p̄cepit. Quo audito: uenerunt discipuli Ioānis in macharunta oppido & auferentes trūcum in Samaria; seu sebastē detulerunt: & ibidē in monumēto posuerunt. Et tunc Ioānis ipsius uerbū uerificatū est: ꝙ dixerat: Me oportet minui: uidelicet capite: illum aūt crescere in cruce. Herodes aūt cū herodiade & filia in ultionē sanctissimi uiri non indigna susceperunt supplicia: de qbus infra post multu; uero tp̄is.s. Iuliani apostate tp̄ibus gentiles inuidentes miraculis sanctissimi hoīs: ut nomē eius de sub cœlo extinguerent ossa eius eruentes de sepulchro cum multa rabie dispdere conati fuerunt: sed haud multo post easdē ipsius reliquias colligentes cōburi fecerunt. Quūq; hæc agerentur qdā monachi hierosolymitæ uiri sanctissimi misericordia permoti: maiorē partem ossium surripiētes: hierosolymā detulerunt. Indeq; ad Mireā ciuitatem ubi corpus sancti Nicolai ep̄i seruabaṫ allatæ: diu ibidem seruatæ sunt. Genuenses deniq; (ut Iacobus de uiragine scribit) tp̄e Gotifredi anno scilicet salutis nostræ .1090. ab hierosolymorū expeditione reuertentes: sanctissimas reliquias inde suscipientes maximo cum gaudio ad genuam eoꝝ urbem detulerunt: & in diui laurentii templo cum multa ueneratione collocauerunt: ꝙ aūt reliquiæ sanctissimi p̄cursoris fuerunt: multis exquisitis miraculis primū: necnon & Alex. tertii ac innocentii quarti sūmoꝝ pontificū auctoritate postea cōprobatum est: quæ ēt ætate nostra maxīa cum reuerentia eo in loco ab oībus uisunṫ. Index uero quo dn̄m demonstrauit a qbusdā mercatoribus Florētiā delatus ibidē in templo eidem præcursori dicato sūma cū ueneratione custoditur: Caput autē ipsius quod nūc Romæ in mōasterio sancti Siluestri ostendiṫ: tp̄ibus Martiani principis cuidā Marcello abbati in quodā specu phœniciæ cōmorati reuelatū fuit: ꝙ postea per Theodosiū impatorē Constantinopolim translatu; fuit. Et ex tunc non decollationis festū tm̄: sed ossium ipsius collectionis factæ celebrari cœptum est. Quomodo uel qñ postea Roma delatū sit: inuenire non merui. De Ioā. aūt Baptista Iosephus in .18. antiquitatū li. sic hēt. Ioā. Baptistā herodes occidit: uiꝝ ualde bonū qui p̄cipiebat iudæis uirtuti operā dare: iustitiā colere: in deū seruare pietatem: & per baptismū in unum coire: tum demū baptismū acceptabile fore: si non solū ad abluenda peccata sūmaṫ: uerum etiam ad castimonia; corporis atq; ad animæ iustitiam purificationēq; seruetur: omnēq; pariter uirtutū uelut & signaculum & custodia quadā fideli habeaṫ: quæ cum ab eo p̄cepta huiusmodi docerentur atq; ad audiēdum: quū plurima mltitudo cōcurreret. Herodes ueritus ne forte eius doctrinæ persuasione ppli a suo regno discederent: melius credidit esse tutum priusquā noui aliquid fieret præuenire hoīem nece: quā postmodū turbatis rebus seram plenitudinē gerere. Ex sola hac suspitione: salua eius reuerentia: uinctus: inqt in castellum macherunta abduciṫ. Ioan. ibiq; obtrūcatur: hæc ille.

> Margin note: Ossa scī Ioā. cōburūtur cineres p̄cursoris Genuenses deferūt Florentini iudicē hn̄t. Caput Romæ habeṫ i scō Siluestro Iosephꝰ de Ioanne ait.

IEsus Christus dei uiui saluator & redēptor noster .42. imperii augusti anno (iam uniuerso orbe pacato) in Bethleem iudæ ex purissimis illibatæ uirginis Mariæ sanguibus cooperante spiritu sancto deus & hō ad abolendā humani generis labē propter prio 5199
rum parentū inobedientiā cōtractā nascitur. Homo siquidē manifestus: & deus occultus ex deo patre procedens. Sic enim p̄dixerat propheta. Ecce uirgo concipiet in utero: & pariet filium: & uocabitur nomen eius Hemanuel: quod est interp̄tatū nobiscum deus. Qui ut se cōmendaret deum nascendo: uiuendo: moriendo: resuscitando: & in cœlum ascēdendo: multa & īaudita miracula fecit: ut familiarissima euangelii historia colligere possumus: Quorum primum est. Quod tam mirabiliter natus sit: & noua stella sup eu; uisa fuerit: & angeli in cœlo cantauerunt Gloria in excelsis deo: & in terra pax hoībus bonæ uoluntatis. Necnon & pastoribus ea in regione uigilantibus gaudiū magnum ipsi angeli euangelizauerunt: dicentes natum.s. esse mundi saluatorem. Qui uenientes uiderunt uerbum quod factū eis fuerat esse uerum: & Ioannis euangelii principium dedicarunt: in principio.s. erat uerbum: & uerbum caro factum est. Quiq; ut non abrogare

rogare legem:sed adimplere uideref:octaua die circuncisionis gratia delatus fuit in tēplū:& ibidē iesus Christus appellatus est:quod qdē nomen ab angelo priusquā cōciperet in utero uocatū fue rat:ut deinde tertiodecimo die ex Sabeis magos ad se adorandū:tribusq; muneribus adornādum stella duce in Syriā deduxerit:orietales nāq; populi magos reges suos & sapientes appellare cōsue uerant.Magus siquidē psicū uocabulū est:& apud græcos pħm & apud latinos sapientem signifi-cat:hi quippe astroꝝ cultores erāt:& iō quū in orientis partibus stella nouæ claritatis eidē appuis-set:quæ cæteris illustrior uidebat̄.ipsa intuentiū ad se aīos cōuertit. Hunc deinde puerulū.40.die purificationis causa mater in tēplū detulit.Quē Symeō uir iustus in ulnis suscipiens: diuino affla-tus numine saluatorē suū esse recognouit:& profitendo cecinit dicēs:Nunc domine dimitte seruū tuū in pace &c.Id idē & anna ꝓphetissa spiritu sancto incitata fecit:his itaq; gestis: ioseph post qetē ab angelo admonitus fuit:ut se cū puero pueriq; matre in ægyptū transferret dicēs futurū esse:nisi id efficeret:ut herodes puerū occideret.Eoq; uadens ibidē per sex annos usq; ad obitū herodis cō moratus est.Indeq; cū puero hierosolymā reuersus: quū audisset archelaū herodis filiū pro patre regnasse:secessit in ptes Gallileæ:& in Nazareth ciuitate habitare cœpit: pp quod Nazarenus ap-pellatus fuit:agens postmodū duodecimū annum cū parentibus ad diē festum celebrandum:hie rosolymā de more petiit.Ibiq; in tēplo dum inter sacræ legis doctores nexus ambiguos solueret:nō deus:sed admirandæ indolis puer ab eis creditus est:parentes uero inde abeuntes:quū puerū subse q nō uiderent:solicitudine pleni ad tēplū redeūt:eūq; inter sacræ legis doctores sciscitantē inuene-runt:a qbus bene monitus:in patriā cū eisdē reuersus ē:& deinceps subditus fuit illis: uerū qd po-stea usq; ad trigesimū egerit annū:nullus euangelistarū cōmemorat.Sed inter hoīes ut hō usq; in illū diē cōuersatus est.Quūq;.30.annorū eēt ætatis:ad apiēdū uitæ æternæ ianuā: in iordāis alueo se a Io.baptizari uoluit:statimq; uox cœlo intonuit.Hic ē filius meus electus:ī quo mihi bn̄ cōpla cui:ipm̄ audite:& ita spūs scūs in modū colūbæ stati sup eū māsit.E uestigioq; ab eodē spū ī deser-tū.xl.diebus &.xl.noctibus ieiunauit:& postea esuriit:inde quoq; supatis diaboli tētationibus:quū in spū uenisset in tēplū uendētes & emētes eiecit de tēplo:ut patet Ioannis.8.Eodē insup āno:uoca-tis apostolis.Petro & Andrea:Iacobo:& Ioanne:Philippoq; ac reliqs apostolis & discipulis oībus. ut suā ostenderet diuinitatē abscōditā:primū ī Cana Gallileæ:mr̄e pn̄te corā ipsis: uocatus ad nu ptias aquas in uinū cōuertit.Inde stati ut opus p̄ris pficeret:sūpto sacro discipuloꝝ cōsortio iudæā oēm:Samariā:Gallileā:& phœnicū urbes circuēs: in tēplo & synagogis cœlesti documēto popu-los docere cœpit:sed & leprosos mūdare:mutos loq:cæcos illuminare:mortuos suscitare:ac febri-bus uētis undiq; ipare.atq; alia īnumerabilia signa facere:ut suæ diuinitatis experimētū mōstraret. Deniq; sacerdotū īuidia ꝓcurāte:quū corpus suū in cibū: & sanguinē in potū tā p̄sentibus q̄ futu-ris exhibuisset:ab uno socioꝝ eius ueriditus:captusq;:& accusatus fuit:q sabbatū nō obseruaret:q saluti hoīum quouis tpe cōsuleret:q baptismū circūcisiōi anteferret:qq; abstinētiam suillæ carnis auferret:p̄sidis iussu deludit̄:uirgis cædit̄:corona spinea tanq̄ cōtemptus coronat̄: colaphis sputis q; deturpat̄:ac deniq; tanq̄ latro pditissimus cruci affigit̄:ubi quū spōte sua spūm emisisset: tremu it oīs terra.sol obscuratus est:& luna offuscata:ēt tēpli uelū a summo usq; deorsum scissum ē:cuius mortui pectus quū Lōginus miles:q paꝝ uidebat lācea perforasset:sanguis cū aqua mixtus exiuit uñ cūcta nostræ salutis sacra sūpsere pricipia.Postmodū de cruce depositus: sepulturæq; traditus: post diē tertiā ueluti alter Ionas de uētre ceti:sic ipse de uētre terræ(superata morte)surrexit:& suis p̄ordinatis sæpe apparuit:& e medio eoꝝ cernentibus ipsis propriis uiribus ad eū:q misit:eū euola uit.Necnō & post.xi.diem:spūm sanctū ex se patre ꝓcedentē:ac oīa uiuificantē:in apostolos cæte rosq; discipulos oēs misit:quo illustrati bellū aduersus orbis pricipē illico suscepere:quē p xpi san-guinē superantes:ipsumq; ducē iesum xpm triumphantes:tandē in cœlestē patriā secuti sūt.Et hæc quæ de uita iesu xpi regis & pōtificis nostri ex sacra euangelii historia q̄breuissime perscribēda du ximus.Iosephus aūt iudæus in li.antiquitatū de Christo sic habet.Fuit tpibus nostris iesus uir sapi-ens.si tñ uirū eū nominare fas est.Erat eni mirabiliū operū effector: ac hoīum maxime: qui quæ uera sunt libenter audiuit:hāc obrē multos tū ex iudæis:tū ex gētibus sibi adiūxit:xps hic erat. Hūc aūt quū pilatus a principibus nostræ gētis instigatus in crucē agendū cēsuisset:nō tñ hi deseruere: q eū ab initio dilexerāt.Eisdē p̄terea die tertia post mortē uiuus apparuit:quemadmodū diuinitus in spirati prophetæ:& hæc & alia de eo innumerabilia miracula futura esse p̄dixerat: pseuerat & usq; in hodiernū diē celebre xpianoꝝ nomē ab ipso sumptū:pseuerat & genus:hæc ille.Nato itaq; do-mino nostro iesu xpo:inchoata est sexta ætas:quæ nulla generationū aut temporū serie certa: sed ueluti decrepita totius mundi morte erit finienda.hanc ætatē qdā ab incarnatione xpi incipiunt: quidam a Baptismo xpi propter uī regeneratiuam aquis datā iā circuncisione terminata.Alii autē a passione:quia tunc aperta est paradisi porta: & inchoata est septima quiescētium.

Circūci sio Iesus appella tus. Magi præsen tatio. Nunc dimittis in ægyp tū fugit in tēplo inuenit̄ Baptiza tur ī de-sertum uadit.

Iosephꝰ de xpo pulchre loqtur.

Sexta sæculi ætas in-choatur

¶ Annorum diuersitas.

¶ Et quia:ut quidā auctor scribit:ex annoꝝ xpi & regū cōcurrentia:quoꝝ initia: finesq; frequen-ter sunt incerti:ambiguitas quoq; emergat in calculando:necnō & circa annos domini:quo.s. an-no baptizatus quotoue passus sit xps:uarie loquunt̄ auctores.Iccirco ad oēm dubietatē remouen dā:hoc in loco aduertendū ē:q Beda li.de tēporibus ait.q Romani ante Numā pōpiliū annū in

Martio ab martis reuerentiam:a quo mensis ille denominatus ē:sicut hebræi incipiebant:ipse nāq; Numa pompilius ianuarium & februariū:anno prius cōfuso addidit. Et tunc annū a bruma:idest a ianuario inchoare cœperunt:quos ēt Romana ecclesia in cōmuni calēdario & anno usuali sequit̄. Græci uero qui olympiades īuenerunt:a solstitio hyemali:qñ sol incipit ascendere:annum incipiūt: Hebræi ab æquinoctio uernali qñ mundus īcipit. ægyptii ab autūno: orientales uero: ut Dionysio placet & præsertī arabes & Caldæi fructuū collectione illatis in tēplū decimus.s. ī Octobris principio. ꝙ proprie est æquinoctiū autūnale annū inchoāt:sicut Ezechielis uisiō e:ubi de mēse quarto agitur:quinta die mensis apud quos october primus erat mensium.

❡ Cæterū p̄ter p̄dictā uariā anni susceptionē:ē annus emergēs a quouis rei euentu.i.a quouis anni tp̄e usuali īcipiēs:qualis īchoari solet:in primordiis regū & īperatorū ad hoc ānos domini dupliciter numeramus:aut secūdū natiuitatē:aut secundū ætatē:unde quum xp̄s in fine āni nostri usualis secūdū solē natus:de primo ipso anno natiuitatis tātū septē dies hūit:sed ætatis suæ ānus.12.mensiū solariū.s.a.25.die mēsis decēbris usq; ad eūdē diē reuoluto āno cōplet̄ in secūdo anno natiuitatis.& ita duos ānos natiuitatis scd̄m solē pene in primo ætatis anno cōsumauit. Et secundus annus natiuitatis ille ē q & primus:unde fit ut āni dominicæ natiuitatis scd̄m solare cursum sunt quattuor &.30.ac pene cū dimidio:in quoꝝ.30.secūdū ætatē trigesimoq; p̄io scd̄m natiuitatē baptizatus ē Quo āno cōputato cū ult̄io pene dimidio ueꝝ fuit:ꝙ xp̄s.4.annis p̄dicauit. uel saltē scd̄m Ioan. euāgeliū:tribus annis cū dimidio. In.30.aūt.3.ætatis āno:&.34.natiuitatis ipse xp̄s passus ē. Annus igit̄.42.īperii augusti: in quo natus ē ipse dn̄s:sicut a martio:ī quo iulius occisus ē:īcepit:ita & desinit. Iōq; īqt Diony.initiū ipsius ī āno.iii.cētesimæ nonagesimæ q̄tæ olympiadis sumit:& eius finē ī.4.āno eiusdē olympiadis:mēse martio cōcludit. Et iō diuīa sapiētia ibi ꝓuidit suā natiuitatē: ubi græci ānū cū olympiade īcipiūt. Anni uero regū & īpatoꝝ:quoꝝ raro initiū aut finis certus reperit̄: difficile cū olympiadibus:aut āno dn̄i cōputant̄:eo ꝙ initiū ī priori āno:finem uero ī altero anno olympiadis frequenter hēt. Quū igit̄ iulius cæsar cal.martii īterfectus fuerit:uñ octauiāi regnū numerat̄:dn̄s ī fine.42.āni octauiāi īcepit primū suæ natiuitatis ānū. Et sic annus. xliii.augusti. īcipit p̄io āno ætatis dn̄i.44.in secūdo āno:&.45.in tertio. Et sic de reliq̄s.

❡ Annoꝝ diuisio.

❡ Notādū q̄ppe ē ꝙ duplex ē ānus.s.uertēs & magnus:uertētē āt olī ægyptii hūer̄ bimestrē:archades trimestrē:decem uero mensiū īæqualiū:ut dictū ē:ueteres romani habuere sub Romulo rege: cui numa pōpilius postea duos addidit:ut.xii.esset mensiū hyemales esse cōrigeret:aut sacra hyemalia efficerent̄ æstiua. Caius Iulius cæsar p̄dictus ānū ad solis cursum æquauit:eūq; ī partes nouem subdiuisit.uidelicet menses:semptimanas:diē:quadrātem:horā:pūctū:momentū:unciam:& athomū:ānū.n.in.xii.menses:&.50.septimanas ac diē unā. Diesq;.365.cū quadrāte ꝯstituit: eo ꝙ cōperisset:hoc ī spatio q̄drātis solē fere zodiacū oēm circuisse. Et qm̄ q̄drantē illū singulis ānis appōere uidebat̄ difficile.ut q̄rto āno annus sp̄ eēt trecētoꝝ dieꝝ &.66.diē illā februario mensi addēs & in hac forma ne actus uideretur:ut.6.calendas bis diceret̄.s.duobus diebus contiuis: in quibus uenire cōtingeret:& hic bisextus eēt. Mēsis uero q̄ttuor septīanas & paulo āplius cōstituit. Septīanæ āt dies septē. Diei q̄ttuor q̄drātes. Quadrāti sex horas:horæ q̄ttuor pūcta: pūcto decē momēta. Momēto.xii.ūcias. Vnciæ.7.athomos.athomū uero īdiuisibilē dixit: Mensis itaq; duodecia fere ps āni solaris est. Septimana q̄rta pars mensis Dies naturalis septia septimanæ ps dr̄. Quadrās diei naturalis q̄rta ps est:hora sexta q̄drantis pars:punctū q̄rta ps horæ. Momētū decima ps pūcti uncia.xii.momenti ps:athomus uero.47.ps:unciæ.

Annus magnus quantus sit.

Annus āt magnus scd̄m Aristo.is est: que3 sol & luna:cæteriq; planetæ ī eūdem pūctum unde iuncti omnes discesserit īuicem redeuntes conficiūt:ut si omnes sunt in principio arietis:& īde cursū cœperint:quādocunq; contingat eosdem in principio arietis inuicē reperiri.eo tūc annus magnus erit perfectus. Et hoc fieri diuersimode putarunt antiqui:quia alii hunc annum confici ex annis uertentibus.2484.alii autem ex.5552.alii autem ex decem milibus octingentis annis & plus & minus. Quod credere ridiculum est.annum autem magnum mille annos non excedere. Iosephus in primo antiquitatum dixit. Igitur sicut græci ad uictoriæ suæ gloriā a captiuitate Troiæ tempora annotare cœperunt. Et inde olympiadibus cœptis iuxta eaꝝ numerū etiam annotauerunt:postea Romani florentes ab urbe cōdita. Sic nos ultimo christiani a natiuitate:siue ab incarnatione christi annos annotare cōsueuimus. Quā sane annotationem deinceps prosequemur:ut in libri margine explicabitur. Turci uero & mauri: aliæq; mahumeteæ nationes a Mauhumeto facere describuntur.

❡ Prodigia in natiuitate christi uisa.

❡ Olei fons domino nato:ut Eutropius aliiq; multi testantur:Romæ in taberna meritoria in transtyberina regione ex terra per totam effluxit diem:denuncians xp̄i gratiam omnibus gentibus datam. Quo ēt die aureus circulus circa solem apparuit. Tres quoq; soles uisi sunt:qui postea in unū statim fuerunt redacti. Romuli quoq; statua & templū pacis corruere.

5269 70 Linus scd̄s papa hoc āno qui est ultimus Neronis beato Petro in pōtificatu succedens: sedit ānis.xi.mēsi.3.& diebus.12.Vir certe moribus & sanctitate p̄clarus.Qui ex præce pto magr̄i sui Petri ꝯstituit:ne qua mulier nisi uelato capite unquā templū ingrederef. Fuit eni; hic natiōe tuscus:ex p̄re herculiano:qui quū dæmones effugaret:mortuosq; ad uitam reduceret:tādē a Saturnino consule:cuius filiā a dæmonibus liberauerat:capitali sn̄ia pu nitur:& martyr xp̄i efficiť:ac.xi.caľ.octob.in uaticano iuxta corpus beati petri sepeliť:& ea die ei natale celebraf.Quod qdē sanctissimum corpus:ut aiūt:postea a quodā Gregorio ostiēsi ep̄o in Ostiā ciuitatē translatū:& in diui Laurentii tēplo honorifice ꝯditū fuit.Hic sacros ordīes in hac ur be celebrās.18.p̄sbyteros &.xi.ep̄os creauit.Scripsit aūt hic res gestas bt̄i Petri magr̄i sui:& maxi me eius cū Symone mago contētionē. Papa.2.

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Euax Arabū rex insignis p̄hus & medicus:ac Rhetor: tēpestate hac floruit:qui inter cætera suæ Medic9

doctrinæ opa:uolumen de medicinis optimū a se cōpositū Neroni trāsmisit. In quo non solū her bage medicinaliū:sed ēt & lapidū species noīa & colores:a qbus in regionibus ualeant:reperiri scri psit. De quo ēt Pli.lib.25.meminit dicens: Euax Dionysius: & Metrodorus herbarum effigies pin xere:earumq; effectus subscripsere.

Medic⁹ adulte-rio nobi litatis. ¶ Vectus ualēs alter medicus græcus:qui ut pli.li.29.scribit:messalinæ p̄dictæ uxoris Claudii adul terio fuerat nobilitatus:per hæc tpa multā nactus potentiā:romæ in medicinis nouā sectā īstituit: & Galieno teste lib.i.de regimine sanitatum:& librū medicinalē ad Neronem scripsit:in quo cun ctis medicis:& p̄hīs tam ueteribus q̄ nouissimis seipsum effrenata quadā temeritate p̄posuit. Hy-pocratemq; oīum medicorum principem maxime supplantauit. Sed idem Galienus ipsum igno rantissimum fuisse ostendit:nec inter medicos:sed inter textrices sordide creuisse:quum eius pater lanæ pectinator:& mater textrix fuerit.

Medic⁹ ¶ Critiam quoq; Massiliensem medicū:hisdem temporibus floruisse dicunt. Qui ēt(ut idē Pli.li. 29.scribit)admotus sydeꝝ ex Ephemeride mathematica cibos perhibens:horas obseruans:aucto ritate thessalum p̄cessit prædictum. Hic(eodem Plinio testante)inumeras post se reliquit diuitias: & libros in medicinis edidit utiles.

¶ Probus Berythius grāmaticoꝝ sui temporis princeps:per hoc tempus(Eusebio teste) floruit:& nōnullos in grāmaticali professione edidit tractatus.

¶ Statium quoq; ursulū natione Tholosanū oratorē clarissimū:hisdem ēt tpibus claruisse scribit Euseb. Qui & per oēm galliam Rhetoricam celeberrime docuit.

Galba GAlba Sergius antiquæ nobilitatis senator:hoc anno ab hispanis gallisq; āno ætatis suæ. 73.post Neronē:sextus Romanoꝝ imperator electus:imperauit mēsibus septē. Qui: ut Suetonius ait:a principio liberalibus studiis:& iuri ciuili operam dedit:& propterea adultus factus:uita priuata insignis admodum fuit. Veꝝ principatu suscepto:quū Ro mæ auaritia & segnitia oēs offenderet:tandē Othonis insidiis in urbe ad lacum Curtii cum pisone nobilissimo adolescente:quem in filium adoptauerat:iugulatus est. Cuius quidem corpus Egius eius dispensator in priuatis eius ortis uia aurelia sepelliuit. Fuit huic:ut Orosius li.7.scribit:sæpe cō sul:persæpeq; proconsul:& frequenter bellorum grauissimorum dux:statura corporis iusta:capite caluo:oculis ceruleis: adūco naso:manibus pedibusq; articulari morbo distortis:adeoq; ut calceū perpeti non posset:fuit ēt in dexteriori corporis parte gibbus. Cibi tn̄ plurimi:& libidinis maxīe in marībus p̄nus. Qui.M.Fabiū Quintilianū insignē oratorē ex hispania Romam p̄duxit.

Otho OTho Lucius octauus romanorū imperator:mortuo Galba inter tumultus cædesq; im perium occupans impetrauit mensibus tribus. Hic nāq; materno genere magis quam paterno nobilior fuit uita priuata mollis. Quippe qui Neronis perfamiliaris fuerat:& omnium eius consiliorum secretorūq; particeps. Cū autem ciuile bellum contra Vite lium in Germania imperatorem creatum molitus tribus leuibus prælijs superior extitisset:uno ui delicet ad alpes:altero ad placentiam. Tertio ad Castorem: Quarto autem:ut Sueto.ait:apud Be briacum superatur. Vnde & rex desperatione permotus mense octobrio anno ætatis suæ.58. sibi met manum iniecit:& apud uolateranā Ethruriæ urbē funeratus est. Hic quippe statura fuit modi ca & male pedatus:caluusq; habitus. Eius autem uitam & præclarissima gesta multi clarissimi ora tores scripsere:& quā maxime Plutarchus & Sueto.histo.qui eum prædicarunt fortissimum uirū: ac unicum rei bellicæ imperatorem.

Vitelius VItelius nonus Romanoꝝ imperator:& ipse post Othonem imperauit mēsibus.7. qui 72
ex familia honorata potius quam nobilior originem duxit:hic:ut Sueto.scribit:in ado lescentia omnibus probris contaminatus fuit:sed propter augurandi scientiam apud Caium imperatorem præcipuum locum obtinuit:quo mortuo etiam apud Claudiū per aleæ studium familiaritatem obtinuit. Deinde Neroni acceptior:quoꝝ indulgentia amplissi mis honoribus auctus est. Deniq; cū primū imperio potitus fuisset:in omnem nequitiam sæuitiā q; ac īgluuiem prolapsus est. Fuit quippe tantæ uoracitatis ut in die sæpius comederet:& una cena suo iussu:ut Sueto.scribit:duo milia piscium:& septem milia auium eidem apposita fuerint. Et ne cui hoc incredibile uideatur. Ferunt eum fuisse incredibilis proceritatis:& rubicūdissimæ faciei at q; quod si uentris. Verum ubi comperit Vespasianū apud iudæam palestinæ ab exercitu imperato rem creatum cū legibus aduentare primum deponere imperium cōstituit. Sed a quibusdam po stea animatus armis sumptis Sabini Vespasianum fratrem cum Fleuianis in capitolium compu lit:quo quidem succenso omnes cum eo concremari fecit. Quare Vespasiano superueniente:cū nullum sibi ueniæ locum reliquisset:e palatii cella in qua delinierat turpissime tractus per uiam sa cram nudus ad scalas gemonias ducitur:ubi primo stercore & ceno ludificatus:deinde munitissi mis ictibus excarnificatus:in tyberim proiectus est:& ita etiam cōmuni caruit sepultura:periit ita q; cum fratre & filio.50.& septīo uitæ suæ anno.

Augur h̄ fuit sciē-tissimus Vorax & mltū scelest⁹ Magnus fuit. Vide tur pissimā hōmis mortem

¶ Viri doctrinis excellentes.

¶ Quintilianus rhetor atq; philosophus celeberrimus natione hispanus hisdem temporibus cū in magno esset precio a galba prædicto Cæsare Romam perductus ibidem scolam tenens clarissi mus habitus

mus habitus est: uir certe eruditissimus atq̧ grauissimus qui inter cætera de institutione orat oria
octo libros composuit: atq̧ causarum librum perutile edidit. Ex quibus hanc celebrem & memo-
riæ dignam habemus sententiam. Vtinam liberorum nostroruʒ mores non ipsi perderemus. Infan
tiã enim statim delitiis soluimus. Mollis quippe educatio quam indulgentiam uocant neruos om- Snĩa bona
nes mentis & corporis frangit. Huius autem celeberrimi uiri de institutione oratoria liber eũ ãnis
ferme sexcẽtis deperditus stetisset: postea a pogio florẽtino uiro eruditissimo circa annũ dñi. 1410.
in ꝯstantiano cõcilio in quodã ipsius ciuitatis monasterio integer repertus est: atq̧ eius opere trã- Pogius florentinus
scriptus & emendatus in Italiam delatus est.

¶ Iosephus iudæus sacerdos & Mathathiæ eius gentis sacerdotis filius: historicus quidem celeber
rimus atq̧ philosophus insignissimus: multarumq̧ litterarum & rerum peritissimus: hoc tempore
imperantibus prædictis: uidelicet Nerone & reliquis a Vespasiano: & Tito eius filio cõquesta Ga
lilea capitur: & in seruitutem honestam deducitur: uir sane bonus ac egregius: qui de Christo opti- Prophetiam huius uiri recitat.
me sensit: & prodigia multa exposuit: & quãmaxime Hierosolymorum perniciem futuram tan q̃
uerus propheta prædixit: qui cum in Romanorum manus post galileæ deuastationem (cui ipse
præerat) deuenisset: a Vespasiano exercitus moderatore diligenti cura seruatus est. Qui statim ei-
dem Vespasiano & Tito semotis arbitris eos breui imperatores futuros eẽ prædixit: quod & factũ
est: propter quod idem Vespasianus eum ab omni seruitute liberauit: Capta uero & euersa Hie-
rosolyma: Iosephus ut uerus propheta a Vespasiano summis laudibus & honoribus elatus est. Ro
mam deinde perductus tum ciuitate: tum Flauia familia donatus est: ubi cum eisdem imperatori
bus per quindecim annos fœliciter uixit. In quibus cum singularis esset eruditionis: primo de iu-
daica captiuitate septem libros scripsit: pro quibus & statuam: ut diuus refert Hierony. Romæ pro
meruit. Scripsit deinde alios uiginti de antiq̃tate iudæo. lib. uidelicet ab exordio mũdi usq̧ ad bel-
lum iudaicũ: & alios duos aduersus Apionẽ grãmaticũ: atq̧ alia multa a se reliq̃t scripta: quæ oĩa
a Ruffino Aq̃leiẽsi in latinã linguam fideliter translata postea fuere: & natus Iosephus hic ẽt q̃n xp̄s
cruci affixus fuerat: uixit usq̧ ad Traiani ĩpatoris tẽpora: & romæ gloriose defecit.

Vespasianus Flauius decimus Ro. imperator ducentesima & .12. Olympiade ĩpator: Vespasianus
5272 73 & Augustus creatus imperauit annis decem: uir utiq̧ clementissimus: liberalissimusq̧
ac munificentissimus: qui principatu suscepto rempublicam ferme collapsam optime
restituit: & censum senatorum expleuit: ꝯsulares inopes sustentauit: ac multas per orbẽ Tẽpluʒ pacis
ciuitates terremotu uel incẽdio afflictas in melius restituit: & urbi quoq̧ multa adiecit ĩsignia. Tẽ
plũ pacis foro ꝓximũ per diuũ Claudiũ cœptũ perfecit: atq̧ amphiteatrũ: cuius partẽ adhuc cum Amphiteatrum
admiratiõe aliq̃n in urbe cõspeximus: ĩchoauit: imperio ẽt potitus: Achaiã: Lyciam: Thraciã: Oli
tiam: Romanas adiiciens in ꝓuincias redegit: & ꝓsides eis transmisit. Et quamuis munificentissi-
mus: clementissimusq̧ haberetur: in colligendis tamen pecuniis nimium reprehensibilis uideba-
tur: licet ex alieno (ut Eutro. noster habet) nil raperet. Hic ante demãdatum sibi imperiũ in germa
niã: & Britãniã a Claudio missus tricesies & bis (ut Sueto. scripsit) cõflixit. Deinde biẽnio añ Ne-
ronis mortẽ ad capiendã iudæã ab ipso nerone missus multa ibidẽ gessit certamĩa: pro q̄bus audi-
tã prĩcipis morte: ĩpator ab exercitu appellatus est: qui bellũ Tito filio cõmẽdans romã per Ale
xandriã ꝓfectus est: ubi urbẽ incẽdiis ueteribus ac ruinis deformẽ offendẽs ad restitutionẽ tam mo
rum quã muros ꝯ agressus est: & multas leges: ꝓsertim cõtra libidinẽ & luxuriã ibidẽ decreuit: atq̧ Leges optimas cõdidit.
ita oĩbus in rebus ab initio sui prĩcipatus usq̧ ad exitũ semp iustus: ciuilisq̧ ac clemens fuit: qui tan
dem postq̃ multas deduxisset colonias: ꝓfluuio uẽtris annum gerens ætatis .69. extinctus est: reli-
ctis post se Tito: & Domitiano filiis ex Flauia Domicilla uxore susceptis. Fuit nãq̧ Vespasianus ĩ Staturã hoĩs describit.
statura quadrata: firmis: compactisq̧ membris & uultu decoro. Et cũ esset doctissimus uir: ut Sue
tonius testatur: edidit uersus.

5274 75



¶ Hierosolymorum Excidium.

¶ Hierosolyma Metropolis nobilissima: ac uetustissima ciuitas: hoc anno: qui est secundus imperii Vespasiani annus octauo die mensis Septembris: a Tito eius filio capitur: & sexta uice funditus euertitur. Quam cum Titus una cum templo prorsus diripuisset: incendissetq̧ eam uniuersam: & templũ cõplanari iussit: quibusdam turribus relictis: quæ præter cætera eminebant: scilicet phasello hippico & Marianæ sic appellatæ: quod quidem Titus egit ut turres illæ posteris indicarẽt: quam munitissimam ciuitatem Romanoruʒ uirtus obtinuisset.

¶ Hierosolymorum Euersio.



¶ Murorum etiam aliquam partem dimittent tanto quanto ciuitatem ab occidente cingebat: & hæc quidem pars ut castrū illis esset quos custodiæ causa relinquere decernebat: Alium uero totum urbis ambitū ita complanauit: ut qui ad eam accessissent uix credere potuissent aliquando fuisse habitatam. Et hoc ꝑpter iudæoꝝ dementiā actuꝫ est: quia nouas res præter Agrippæ regis cōsilium mouere tentauerint. Quinqꝫ nāqꝫ ꝑter nunc hæc celeberrima ciuitas uastata fuit: primo a Babyloniorūꝫ rege. 2. Ab Asobio ægyptiorum rege. Tertio ab antiocho. Quarto a Pompeio: post hos herodes magnus: & Sosius captum oppidum seruauere. Eius itaqꝫ urbis primus conditor (ut Iosephus testat̃) Canam fuit: qui iustus appellatus erat rex: & hic quidē Melchisedech sacerdos dei altissimi dicebatur: qui cū ibidē phanum ædificasset: illud Solymā appellauit: quæ quidē ciuitas Cananeæ gentis usqꝫ ad tempora Dauid Regis habitatio fuit. Nec Iosue iudæoꝝ princeps eos Cananeos: seu iebuseos unquā inde expellere potuit. Dauid uero primus Iebuseis expulsis quū ciuitatē reædificasset: eam Hierosolymā .i. Munitissimā nuncupauit. Hieron enim hebræa lingua latine munitionem significat. Huius igitur urbis sic euersæ situs & munitio petrosa erat & triplici muro cīgebat̃: quæ (ut Strabo ait) interius aquis abundans: exterius uero omnino sicca fossam habebat in lapide excisaꝫ. 40. pedum ꝓfunditate: latitudine uero. 250. E lapide autē exciso educta erant celeberrimi templi mœnia. Eam cū Titus cœpisset: statim complanatis mœnibus fossas etiam impleri iussit. Quamobrem usqꝫ ad Hadriani principis tempora latronū: sicariorūqꝫ facta est receptaculū: hæc Strabo. Quā postea hadrianus impator mœnibus & ædificiis instaurans de suo noīe Helyam appellauit: ꝑcepitqꝫ ne cui iudæo in eā introeūdi daretur facultas: sed tn̄ xp̄ianis eam concessit: ubi primū ex nostris qdā Marcus eps̄ constitutus est: in ea qppe sicut iosephus refert sexcenta hoīum milia per romanos fuerunt interfecta: cuius quideꝫ calamitatis & excidii. Florii præfecti inhumanitas extitit cā: qui (ut dictū est) Iudæos ibidē īnumeris attriuerat malis: ꝑpter quæ lacessiti iudæi res nouas cōtra romanos mouere tentarūt: & impetu facto multos romanoꝝ interfecerunt: & Cestiū syriæ ꝑsidem extra ꝓuīciā eiecerūt. Quā ob cām infinitæ ꝓpemodū cedes hincide subsecutæ sunt: de qbus Iosephus li. 2. de Iudaica captiuitate pulchre meminit. Quod quū Nero accepisset: confestim Vespasianū ꝑdictū ab adolescentia usqꝫ in senectā bellis exercitatū: ad tam belli magnitudinē sustinēdam. 12. imperii sui anno cū ingenti exercitu misit. Qui utraqꝫ Galilea: & iudæa capta post tertium annū mortuo Nerone ad ipiū per senatū ab iudæa reuocat̃. Tito eius filio ad debellandos iudæos ibidē relicto. Agrippa igit̃ rege & Beronice eius germana ex urbe pulsus & eoꝝ regia a iudæis succensa: necnon & Anania eoꝝ pontifice maximo a seditiosis interfecto tota Ciuitas per symonem & Ioānem quēdam occupata fuit. Quoꝝ quidē seditionibus nil magis impiū a romanis quā ab his duobus passi sunt Iudæi. Neqꝫ post illos ciuitas (ut iosephus ait) aliqd nouæ calamitatis expta est: sed illa qdē grauiores casus ꝑtulit anteꝗ̄ subuerteret̃. Romani aūt qui eā debellarūt melius aliquid ꝑficere nō peius: Nā seditio ciuitatē. Romani uero seditionē cœpere: qa m̄to mœnibus erat tutior: his igit̃ intra ciuitatē male se hn̄tibus. Titus (sicut egesippus lib. 5. habet) cū qbusdā delectis equitibus foris urbem circuiens & muros explorans: a Iudæis a tergo cōcludit̃: sed aīum audacia exacuens penetrato cuneo ad suos īdignabūdus rediit īcolumis. Qui statim & ornamēta: & machinas ad muros admouit: qbus quassato muro scdo Titus tm̄ per Iosephum (qui dicēdi peritissimus erat) pacē Iudæis obtulit: sed quū multi iudæi contradicerent repente tanta in urbe famis crudelitas inualuit: ut cessantibus emptione & uenditione ciborūqꝫ coctura: incolæ manderent scutorū coria: olerū purgamēta: parietū adherētia: nauseātiū uomitus: uetera etiā boū stercora & exuuiæ serpentiū: atqꝫ equorū cadauera ad cibū coquerent̃: pro quibus malis facilior apud aduersarios quā apud suos pietas seruabat̃: in muris enim Ioannes & Symon (ne quis fugeret) patibula poni iusserūt. Heu proh dolor: foris erat captiuitas: intus metus: ubiqꝫ formido: Cæsar autē circunquaqꝫ omni materia collecta: aggerem. 40. stadiorū construxit: & exercitū omnē cū balistis machinis aliisqꝫ missilibus: omni ex parte cōstituit. ne unus quidem euadere posset. Inualescente deniqꝫ fame sepultor plerumqꝫ sepeliendū peruenit ad sepulchrū: cum tāto fætore morientiū ut urbis terra ad sepulturā non sufficeret: sed extra muros cadauera proiiciebāt: propter quod ingemuit Titus: & se ueniā sæpius eis obtulisse protestatus est. Multi nanqꝫ ad Romanos confugientes quū eis dabat̃ cibus: aut nullā edendi uim aut digerendi habebant potestatem. Hac quippe calamitate permotus Titus monet Iosephum ut iudæos & scripturis & exemplis ac lachrymis si possit inclinet: sed nihil profuit. Quinimo (ut idem Iosephus refert) & Ioannes & Symon in ea pricipes: ita omnia obstruxeruntꝫ ut

Narrat hic quotiens uastata fuerit & a qbus

Cōditor primus huius urbis

Vrbis situm describit

Helia ciuitas

Marcus primus eps̄ nūerus occisoruꝫ iudæoꝝ.

Symon & Ioanniri seditiosi

xeruntːut neq̨ iudæis exitus neq̨ Romanis pateret aditus ullus.Domusq̨ singuloꝝ indies a seditiosis iugiter scrutabantː& siquid repertū fuisset negantes trucidabanturː& si nil reperissent adhuc quasi celassent oīno cruciabant.Deniq̨ uxores uiris parentes filiis ex ore cibū rapiebantː& si hostium alicuius clausum uidebantːconfestim aliquē ibidē comedentē suspicabantːunde & passim ēt domus rūpebāturːinferiores spoliabantːditiores uero pro suis pecuniis accusati quod fugere tētassent enecabanturːcōtigit ēt iosepho & Eusebio in lib.3.ecclesiasticæ historiæ ca.7.referētibus factum illud dictu audituq̨ horrendissimū de quadā muliere noīe Maria plebeia qdemːsed diuitiis nobiliːquæ in ciuitate recepta fame tabescens necessitate impellente cōtra naturā excitataːfilium quē lactabat comedere decreuit.Et accipiens illū in ulnis ita alloquit dicens.Fili mi nūc si omnia te circūstantːbellumːfamesːincendiaːlatrones cui te reseruabo.Melius est inquit ut uel semel reddasːquod ab me matre suscepisti.Quibus dictis filiū occidit & coctū mediū comeditː& reliquum seruauitːsed incensi filii odor statim seditiosos qui ciuitatē peruagabant allexit.Quos mater inuitansːīquit gustate quod matrē gustasse didicitis.Quo audito repente eos magnus horror cœpitː atq̨ quædā maxima dementiaːac ēt in ipso uisu diriguerūt.At mater inquitːfilius meus est comedite sicut ego misera comedi.Moneoːaitːuos ne matre misericordiores sitis aut certe molliores:qđ si uos pietatē colitːego quod reliquū est manducabo ilico ne fas tanti sceleris urbem repleuitː& cito hæc calamitas Tito & omni exercitui nunciata estː& quidā hoc nō credebantːalii uero cōmisce rebanturːmultos aūt uæhementius iudæoꝝ odiū cœpit.Titus uero manus eleuans ad cœluȝ dicebatːad bellū hoīuȝ me uenisse credebāːsed ut uideo cōtra belluas dimicamus feris sæuiores.Illæ q̄ppe a p̄pria se abstinēt specie ēt in extrema necessitate suos fetus fouētːsed isti p̄prios deuorant filiosːillos itaq̨ deleamusːquoꝝ fœda sunt oīa.Quibus dictis ad id p̄ficiendū oēm exhibuit uim atq̨ curamː& ꝯfestim scalis amotis & arietibus urbem utiliter expugnauitːeaq̨ direptā uastauit atq̨ incenditːundecies centenis milibus ibidē cōsumptisːcentum captiuoꝝ milia iudæoꝝ uendidit. Cur aūt tanta ibidē multitudo inuenta sit(Iosephus scribit)tūc azimoꝝ festiuitas celeberrima fuisseːin qua q̄dem festiuitate iudæi ferme oēsːex omni p̄uincia ad Templū cōfluere consueuerātː& p̄pea ipsos in urbe hac quasi in carcere tanq̄ incredulos includere dominus uoluit.Et digne q̄deȝ his pace diebus talia passi suntːq̄bus & Saluatorem crucifixerunt.Et sic hic demētiæ iudæoꝝ iste finis fuit.Cæsar uero cōposito statim in castris tribunali uniuerso exercitui gratias egitː& unicuiq̨ spolia & manubias largiter distribuitː& postea se ad sacra pro uictoria celebranda uertit maximā q̨ boum & alioꝝ aīaliū multitudinē īmolauitːdehinc hierosolymoꝝ custodiam uni legioni cōmittens ipse cū Ioāneːac Symone giera principibus & tyrānis atq̨ īnumerabili captiuorum multitudine & spoliis plurimis in Cæsariā uenitːubi fratris sui diē clarissime celebransːmultā captiuoꝝ partē in spectaculo perire fecit.Quosdam enī cū bestiis depugnare alios se pugnare coegitːatq̨ alios ignibus cōsumpsit.Veniens deniq̨ Titus Romā cū patre suo Vespasianoːut Iose.li.7.capi.36.scribitːac Orosius noster li.sfr.7.meminitːtriumphū celeberrimū egit.De quo in Titi uita īfra dicetur.Symonē autem Gieræ filiumːqui urbis excidii causa fuit in triumpho perductumː postea laqueo per totam ciuitatem traxeruntː& multis confossum uulneribus postea interfecerunt.Quūq̨ Vespasianus triumphi pompam peregisset.Templum pacis ædificauitːubi omnia iudæoꝝ preciosiora instrumenta reposuit.uidelicet tabulas eoꝝ legisː& penetraliū uela purpureaː& alia multa quæ cōmemorare longum esset.

Rē horrendā recitat.

Nūeruȝ occisoꝝ & captiuoꝝ recitat

Conclusionē captiuitatis urbis hic facit

¶Colligitur autem omne tēpus in scđm Vespasiani annū & nouissimum euersionis Hierosolymæ a.15.anno Tyberii Cæsarisː& ab exordio euangelicæ p̄dicationis christi.43.annoꝝːa captiuitate uero quā ab Antiocho rege perpessi sunt iudæi anni.230.porro a Darii scđo anno quo rursum ædificatum est templū anni.590.a prima uero ipsius templi ædificatione sub Salomone usq̨ ad nouissimā hāc ruinam quæ sub Vespasiano isto facta est anni.1102.Et sic finis regni & sacerdotii iudæoꝝ habetur.Nam scđm christi euangelium ad nihilum redacti suntːfundituśq̨ a suo regnoːubi iam eis alienigenæ dominabantur eradicatiːdispersiq̨ per terras fuere.Ibi enim post regni recupationem per Aristobolum pontificem magni Symonis nepotem regnatū est per decem reges anno ferme.162.quoꝝ etiam noīa & t̄pa sunt hæc.

¶Iudæorum regum Epilogus.

Aristobolus	.1.an.1.	Archelaus.	.6.an.9.	¶Agrippa filius agrippæ decimus & ultimus ānis. 22.Qui quum bona Rōgr̄a deficiens regnū omne senatui legauit.
Alexander	.2.an.27.	Herodes tetrarcha.	.7.an.24.	
Alexander	3.an.9.	Agrippa	.8.an.8.	
Hyrcanus	4.an.34.	Herodes frater.	9.an.4.	
Herodes magnus	5.an.37.			

Ac sic omne iudæorum regnum omnino consumptum est.

¶Pontificum item Iudæorum Epilogus.

¶Necessariū iteȝ & p̄senti historiæ cōueniens esse credimusːcōnumerare oēs iudæoꝝ pōtificesː uidelicet quot fuerint ab Aaron primo usq̨ ad Finasiū qui post Mathiā pontificē belli t̄pe perdiscordiā pōtifex fuerat ordinatus.Et hi q̄dē oēs fuerunt.83.Nā a prima tabernaculi ꝯstructiōe quæ fuit in deserto usq̨ ad Salomonēːqui tēplū extruxitːhūerunt uiri nūero.13.quoꝝ nomina hæc sunt. Aaron primusːEleazarus scđsːPhineæs tertiusːAbisuæ q̄rtusːBocci q̄ntus.Ozi.6.Heli septimus.

Samuel.8.Achitob.9.Achimelech.x.Abiathar.xi.sadoch.12.& Achimaas.13.tp̄s ergo isti.13.habuere principatū a die:qua iudæi ægyptū reliq̄runt usq; ad ædificationē tēpli:qd Salomon prīo ↄstruxit sc̄dm Iosephū:fuit annoꝝ.612.Post hos.13.usq; ad aduentū Nabuchodonosor Babyloniorꝝ regis.alii.18.hāc ptātē tenuerūt.uidelicet a Saduch usq; ad Iosedech pōtificem:quē captiuū duxit in Babyloniā:hoꝝ quippe pōtificatus tp̄s q̄dringentoꝝ:& sexagitasex fuit annoꝝ & mēsiū sex:ac uiginti dieꝝ.Post captiuitatē uero usq; ad antiochū captatorē sison:& ex eius genere.15.pōtificatū tenuerūt.Hi tn̄ non ex domo aaron fuere:post hos Ioachim ex domo Aaron pōtifex factus:sedit ānis tribus.Quo mortuo septē annis ciuitas sine pōtifice fuit. Ionathas deinde iudæ machabei fr̄ ipso tpe pōtificatū suscipiens.4.annis illū tenuit.Quo per insidias mortuo:symon fr̄ pontificatū iniit:cui successit Hyrcanus eius filius seditq; annis.31.post quē Aristobolus eius filius:qui uno tm̄ sedit anno.post eū alexāder eius fr̄ ab Alexādra aristoboli uxore pōtifex cōstitutus sedit:& regnū tenuit ānis.27.Quo mortuo eius ēt Alexādra uxor ex mariti p̄cepto Hyrcano filio suo pōtificatus dignitatē dedit:& tenuit prīo ānis.9.Sed ipsa alexādra eius matre defuncta cōtra eū Aristobolus frater dimicās & uincens a pōtificatu illū remouit:ipseq; regnū & pōtificatū per tres annos & tres mēses obtinuit:quē Pōpeius captū cū filiis Romā transmisit:& Hyrcano rursus pontificatū restituit.Et p̄ter priores alios nouē.xl.annis tenuit:cōtra quē Pachorus parthoꝝ rex pugnans ipsū cœpit:& Antiochū aristoboli p̄dicti filiū pontificē & regē ↄstituit:qui quū tribus annis & totidē mēsibus regnasset:& sedisset:Herodes & Sosius eius frater eū obsederūt: captūq; Antiochū ad antoniū miserūt:a quo trucidatus fuit:Herodes uero suscepto regno:nequaquā pontifices ex gn̄e Matthiæ patris machabeoꝝ cōstituit:sed q̄busdā ignobilibus & p̄niciosis sacerdotibus pōtificatū tribuit:similia postea aristobolus eius filius:& romani fecerūt:q̄a nulli ex machabeoꝝ gn̄e hanc potestatē ↄcedere uoluerūt:fuerunt ergo uiri:qui hanc dignitatē habuerūt ab herode prīo usq; ad hoc tempus:quo Titus tēplū:& ciuitatē cōcremauit:cuncti simul.29.Tempus aūt eoꝝ sunt anni centū & septē.Et hæc de oībus iudæoꝝ pontificibus epilogando dicta sufficiant.

¶ Iudæa igit̄ regnū est:quæ olim chananea dicebat̄:in qua chananei:iebusei:& Euei:& amorrei q̄ttuor fuere reges:quos Iosue superauit:eāq; filiis israel diuisit:quæ q̄nq; pro ipso iudæoꝝ regno accipit̄:multas ↄtinet regiones:uidelicet Galileā:iudæam:quæ soli iudæ tribui ꝑ sorte obuenerat. Traconitidē:Lysaniā:Samariensem:& alias regiones ↄtinet:Iudeæ nāq; ꝓuinciæ tribui iudæ sic declaratæ:terminus est a meridie mare Salmaꝝ:quod mortuū dicitur:& inde per cades bernacæ usq; ad torrentē ægypti:qui influit in mare magnum.Eius aūt latitudo ex iordane flumine usq; ad Ioppen explicat̄:in cuius medio tanq̄ umbilicus hierosolymoꝝ ciuitas est:quæ præ cæteris urbib° tāq̄ caput in corpore eminet:huius ager mōtuosus est & cāpestris:& ad colēdū mollis & optimus est:arboribus q̄dē plenus:in quo campus hierico:haud lōge ab hierusalē est:palmentū & palmis abundans:& totus irriguus:ubi & balsami uiridariū erat:cuius arbor aromatica est:cuius corticē scindētes succū in uasis suscipiebant tenacis lactis persimilē:is capitis dolores & suffusiones oculorum incipientes & ebetudinē soluit.Quare p̄ciosissimus est eo p̄sertim quod ibidē solum nascat̄:& eo q̄dem maximus iudæis proueniebat prouentus.

¶ Samariensis aūt regio inter iudæā & Galileā sita erat:īcipiebat enī a uico quodā in planicie posito:cui nomen erat Genoniæ:& hæc etiam nihil natura a iudæa discrepabat.

¶ Galileæ uero duæ sunt:quaꝝ una supior:altera inferior appellat̄:easq;(ut Iosephus habet)phœnix & syria cingunt:discernunt ab occidēte ptolomais territorii sui finibus a meridie usq; ad iordanē:ab oriēte Ioppa & a Gadaris finibus terminat̄.Inferioris galileæ fines lōgissimi sunt:uidelicet ex Tyberiade usq; ad capulon,ꝓrogant̄:latitudine aūt patet ex uico salothi:qui in cāpo magno situs erat:usq; ad barsabē:longitudo eius a Talla uico iordani ꝓximo usq; ad Berothæ tēdebat̄:hæc multis alienigenis cinctæ erant:ubi & uiri pugnaces erāt:unde nec ab ullis unquā occupari potuerunt:erant quoq; optimæ ac fertiles regiones oīumq; arboꝝ genere cōsitæ:ibidēq; etiam ut testat̄ Hierony. celeberrimæ ciuitates erāt & ubiq; multitudo uicorum pp opulentiam ꝑp̄losa:in quoꝝ minimo q̄ndecim colonorum milia fuisse Iosephus dicit.

Vide hic ré īcredibilem.

¶ Traconitidis uero regio: & aliæ multæ herodis agrippæ p̄tes:a monte libano & fontibus iordanis incipiunt:& usq; ad Tyberiadis lacū latitudine pandunt.Et hæc de toto iudeæ regno:q̄bus terminis:q̄busue regionibus cinctū:sit dicta:sufficiant.Hæc ipsa ēt infra libro.12.dicemus.

¶ Apollinaris Rauēnatus ep̄s sanctissimus atq; clarissimus uir ab ap̄lo Petro ordinatus & Rauennas ep̄s missus:cū superioribus diebus Rauēnatis in Christo credentibus mira uirtutum signa cōtulisset:his tp̄ibus sæuis uerberꝝ flagellis sæpe conterit̄:& senile iam corpus ab impiis:horrendisq; cruciatibus laniat̄:sed ut diuus refert Ambrosius:ne fideles de suis uexatiōibus trepidarent:in uirtute dn̄i nostri Iesu xp̄i signa ap̄lica plurima perfecit.Nam puellam post tormenta confestim suscitauit mortuā:& multis cæcis conspicuū reddidit:& muto cuidam loquelā restituit:obsessamq; a dæmonio liberauit.Contagionē leprosi mundauit:atq; portentū simulachri una cū tēplo in terraꝫ deiecit:post quas uirtutes hoc anno apud eandē urbē inter ipsa uicissim sibi succedētia tormenta:g̃losum cōsumauit martyriū.x.scilicet calē.augu.quo quidē de eius natale celebratur. 80 5279

¶ Bartholomeus ap̄lus in numero quidē apostoloꝝ sextus.Qui & symbolo christianæ fidei Credo in sp̄um

do in spiritum sanctum adiecit:p hoc tempus(ut Theodorus abbas & doctor testatᷓ)postquā in Lycaonia atq; supiori idia christi Euangeliū p̄dicasset:in albanā maioris Armeniæ urbem ueniens confestim quoddā templum ipsis dæmonibus consecratū ingrediᷓ. Vbi constitutus effecit:ut dæmon nullū cultoribus suis præberet respōsum : ibi quoq; dn̄i nostri iesu Christi euāgeliū prædicās: Polemoniū ipsius urbis Regem:atq; Reginā cum duodecim ciuitatibus ad iesum Christū cōuertit.Et ut miraculo fidē suā esse certissimā cōmendaret.Dæmonē statim cathenatū cunctis ostendit deformē.Propter quod pōtifices tēpli indignati.ipm a quodā tyrāno Polemonii prædicti regis fratre:ueluti maleficiū & sibi infensissimum primo ædi : deinde excoriari atq; obtruncari fecere.Qui mortis discrimen uiriliter perferens:gloriosi certaminis ad cæleste gaudiū secū reportauit triūphū Cuius quidē uenerabile corpus a Christi fidelibus ibidē cū omni honore ac ueneratione tumulatū Tandē a paganis in mare una cū archa proiectum est:Quod(ut beatus testatᷓ Theodorus)primū ad insulā Lypparim delatū:postmodū exinde Beneuentū translatū ē: ubi pia fideliū deuotiōe plurimum p aliquod tēpus ibidē quieuit:tandē Romā translatum plurimū ueneratᷓ.Fuit hic nobilissimus ortus parentibus rege uidelicet indiæ natus: qui hierosolymam ueniens audita Christi diuinitate:atq; crebris eius miraculis eidem adhesit.

¶ Iudas qui & Tadeus Symōis Cananei & Iaco.minoris fr̄. Mariæ Cleophæ & Alpheo filius:& christi apostolus qui una cū Symone fratre in symbolo fidei Sanctoꝝ comunionē remissionē peccatoꝝ & carnis resurrectionē addidit:his tēporibus post quā in Mesopotamia & in inferiores partes ponti Christi euangeliū prædicasset:& efferas atq; indomitas gentes quasi beluarū naturas sancto dogmate mitigasset:& fidei dominicæ subiugasset.Ad abagarū regē in Edessa ciuitate uenit:q scilicet rex irremidiabili corporis morbo tenebatᷓ:quē cū ab infirmitate liberasset: martyriū cōpleuit.Cuius festiuitas.5.calen.nouembris celebratᷓ:Scripsit aūt Iudas hic epistolā breuē:quæ e septē canonicis ultima habetᷓ:in qua fratres de corruptoribus uiæ ueritatis ita iformat ut illicitū esse differat:semel de sub iugo seruitutis erutos denuo operam suam officiis nouare seruilibus.

¶ Andreas Symonis petri frater:& in passione socius:qui in symbolo fidei:& iesum xp̄m filium eius unicū dn̄m nr̄m addidit:adhuc Vespasiano imperante:cū scythis euangeliū prædicasset:apud patras achaiæ ciuitatē ab egea ꝓconsule cōpræhensus:in carcere trudiᷓ.deinde grauissime cediᷓ: & ad ultimū in cruce appēditur:ubi & biduo uiuens:ultimo nouēbris die martyriū cōsumauit.Maxilla uero ipsius Egeæ uxor:cōfestim ap̄li corpus rapiens optimo loco cū aromatibus sepeliuit:cuius sane corpus uigesimo cōstantii cæsaris anno cū ossibus beati Lucæ euangelistæ ex eadem ciuitate in constantinopolim translatum est:uerum eius caput postea pius papa eius nominis secundus e peloponnesi ab eiusdem loci principe Romam aduectum in beati petri templo maxima cū ueneratione collocauit.

¶ Thomas ap̄ls qui Didimus diciᷓ : p hæc quoq; tpa cum christi euangeliū parthis:Medis & persis hyrcanis:ac Bragmanis prædicasset:etiā in Indiā superiorē & inferiorē proficiscens multos conuertit:& migdoniā carisii cognati regis uxorē baptizans christo cōsecrauit.ibidē quoq; multas adhuc extantes ecclesias fundauit:indeq; ut Chrisostomus ait:ad regionē Magoꝝ qui ad christū uenerant adorandū deueniens eos baptizauit:& in adiutoriū fidei christianæ socios suscepit: tādē ab infidelibus laminis adustus:in fornacē proiectus:cū adhuc superuiueret lanceis perforatus martyrii coronam promeruit.Cuius corpus haud multo post ad Edessam ciuitatē translatū est. Eius uero diei festiuitas.12.calen.Ianuarias celebratur.

¶ Matthias apostolus natione Bethlamites:ex tribu Iuda progenitus:qui post ascensionem domini ab apostolis sorte in eorum numero fuit electus:sicut Lucas.2.capi.libri actuū apostolorum contestatus est.Quiq; & in symbolo uitā æternā adiecit:hac tēpestate dum apud iudæā euangeliū christi annunciaret:acerbissimum crucis martyrium sustinuit:eius autem natale.6.calen.martii celebratur:licet de tempore eius martyrii uariæ referantur sententiæ.

¶ Mattheus apostolus:ex publicanis actibus apostolus & euāgelista clarissimus factus:& ipē post domini ascensionē euangelio christi in Iudæa prædicato. cuꝫ ad gentes exteras transire statuisset: in ethiopiā primus euangeliū hebraice scripsit:quod quidē fratribus:& maxime Barnabæ condiscipulo:a quo recedebat:in sui memoriā reliquit:sic incipiendo:Liber generatiōis Iesu christi filii dauit:in cuius quidē principio christi incarnationē:in medioq; prædicationē:& in fine eius passionē ostendit .Quod quidē Barnabas apostolus ad prædicationis officiū per diuersas peragrans ciuitates secū deferebat.& super agros ponebat:qui oēs cōfestim sanitatis beneficiū consequebanᷓ.Hic nanq; nō solū:ut Chriso.ait sanctoꝝ:sed & peccatoꝝ euangelista extitit:q & sermone & uitæ correctione peccatoribus xp̄i euangeliū prædicauit:e Iudæa autem post in Ethiopiā transiens totam ferme regionē illam percurrit prædicando:atq; innumeros ethiopum populos christi iugo subdēs: ipsius christi fundauit ecclesias:in qua scilicet regione & trigintatres annos stetit. Quod beda testatur dicens.Qualis nanq; Mattheus sit factus:docet ipsa Ethiopum gens:quam de ultimis terræ finibus ad eccl'iæ sanctæ societatē prædicādo ꝯuertit:ablutāq; fonte baptismatis de fusca formosaꝫ r̄ddidit:qa nigredie uitioꝝ illā exuit:& ornatu uirtutū illā decorauit.Cū ār ephigeniā nobilē uirginē cū ducētis uirgib⁹ xp̄o ꝯsecrasset.a rege spiculatorē misso añ altare.xi.cal.octo.capite cesus ē.Quo

elephantiæ m orbo rex correptus:uitæ tedio & ipse semetipsum paulopost interfecit: Apostolus át per uisum populũ admonuit:ut ephigeniæ fratrẽ ab ipso baptizatũ regẽ cõstitueret. Qui in regno constitutus.70.annis imperans ecclesias ubiq; erexit plurimas & uniuersam ethiopiam christianis simã effecit:eandẽq; ecclesiam ab eo fundatã. Eunuchus: quẽ Philippus baptizauerat: eidẽ succedens mirũ immodũ erexit:qui post ipsum Mattheũ apostolũ non solum unius ecclesiæ: sed etiam totius ethiopiæ tanquã summus pontifex gubernacula suscepit: sacerdos aũt quidã Genuensis sancti Marci præpositus:uir sane egregius:tractatũ de huiusce gentis moribus cõscribens: quẽ Mappã mundi nominauit. De huius gentis moribus multa cõscribens. refert præsbyterũ Ianũ illi populo tãquam patriarchã præesse:eiq; cẽtũ & uigintiseptẽ Archiepiscopatus subesse:quoꝝ quilibet uiginti ep̃os habere uidet̃:hi Romano more fonte baptismatis. In noĩe patris & filii & spiritussancti renascendos baptizant: Eodẽq; ritu Eucharistiæ sacramentũ cõficiunt.hoc solũ excepto quod pater noster ante sacramenti eleuationẽ decantant. Et post beatã uirginẽ Mariã. Apostolos Petrũ & paulum:atq; beatũ Ioannẽ Baptistã præcipuo suscipiunt: & uenerant̃ honore. Alios quoq; apostolos: & præcipue hunc apostolũ Mattheũ eoꝝ præcipuũ doctorem magno uenerantur obsequio. Beatos insuper paulũ primũ Eremitã. Antoniũ abbatez. Macharium atq; alios duos eremitas summa deuotione prosequunt̃. Eoꝝ quippe imperatorẽ christianissimũ ferunt:cui & septuagintaquattuor Reges:ac infiniti propemodũ obtẽperant principes. duodecim dũtaxat Regulis exceptis:q Maumetheas obseruãt leges. q tñ iperatoris mãdatis in reliquis parẽt:hũc sane iperatorẽ tpe Clemẽtis qnti ãno.s.salutis nr̃æ.1306.ad hispaniaꝝ regem triginta legatos misisse:illiq; cõtra infideles auxiliũ protulisse prædictus Genuensis scribit:qui & Amonem ad prædictum Clementem pontificem quintũ cum reuerentia accedentes de multis edocti:cum multis muneribus & litteris apostolicis ad limina apostolorum Petri & Pauli uisenda Romã uenerunt:quibus inuisis cũ gaudio ad propria rediere:uerũ cũ Genuæ multis diebus nauigandi tẽpus expectantes:multa(ut fit)de eoꝝ tribubus:moribusq; ac regionibus:rogati scripto reliquerunt: quæ idẽ auctor reserauit.

Eunuchus apostoloꝝ discipulus

Sacerdos qdã genuensis de ethiopibus tractatũ facit

De Ioãne indorũ p̃sbytero hic dicit

Impatori indoꝝ subsunt. 74.reges

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Quirinus Asconius pedianus scriptor & historicus celebertimus:p hæc tpa:teste Euse. claruit: & multa conscripsit:qui cũ ad septuagesimum & tertiũ ætatis peruenisset ãnũ:luminibus captus.12.superuixit annis:in quibus cum summo omnium honore consenuit. Quo in tempore historicos libros luculenter exscripsit.

¶ Diascorides medicus græcus & militaris disciplinæ uir: his tpibus: teste Plinio in herbaria arte romæ admirabilis fuit: & herbarũ uirtutes:arborumq; lapidũ:aromatũ: & animaliũ in quinq; uoluminibus accuratissima doctrina conscripsit. Immo ut de seipso testatur. Quæcũq;(inquit)in his libris posui non ex opinione: aut fama cognoui:sed ex electione & experimento didici.

papa.3.

Cletus papa natione Ro.patre Emiliano hoc tpe Clemente adhortante pontificiũ munus suscipiens:sedit annis.xi.mense.uno & diebus.xi. Vir certe optimus: atq; sanctissimus qui nihil omnino prætermisit:quod ad augendã ecclesiam dei pertinet: quã cum optime pro tempore occurrenti constituisset:sub Domitiano Cæsare martyriũ percepit: & in uaticano apud beati Petri corpus.5.calẽ.maii sepultus fuit. Hic ex præcepto Petri.25.præsbyteros mense septembri in ordinẽ redegit: Et primus litteris apostolicis salutem & apostolicam benedictionem scripsit. Sunt tñ qui dicant hunc & prædecessorem non ut pontifices sedisse: sed ut sũmi põtificis coadiutores: &.2. Vespasiani ãno Lino successisse:cuius natale.6.cal.maii celebrat̃. 81

Titus

Titus primus Vespasiani filius:undecimus Ro. Impator p̃re defuncto.214.olympiade. iperare cœpit: & Suetonio teste.iperauit ãnis.2.mẽ.2.& die.20. Vir certe natura humanissimus:atq; beniuolus: & forma egregius: adeo ut in eo oẽs corporis & animi dotes explendescere uiderent̃. Quãobrem amor & humani generis deliciæ dictus est: qui & latinæ græcæq; linguæ peritissimus fuit: & orando fingendisq; poematibus promptissimus:sed neq; musicæ artis ignarus habitus est:quo nemo prædecessoꝝ principũ magnificẽtior: aut liberalior extitit:cũ nulli petenti quicq̃ unq̃ negarit. De qua re cũ ab amicis repræhenderet̃: respondisse fertur. Neminẽ tristẽ a principe discedere oportere: Tantæ etiã bonitatis fuisse dicit̃:ut cum quadã die in cœna recordatus fuisse:nil se die illo cuiq̃ præstitisse dixerit:o amici hodie diẽ pdidi:uerumtamẽ quædam sub eo infortunia & tristia Romæ & alibi acciderunt:uidelicet conflagratio uesuuii montis in cãpania:quæ innumeros exussit populos: & incendiũ Romæ p tres dies & noctes: & sæuissima pestilentia: Attamen amphiteatrũ & Thermas ac multa alia dedicauit & absoluit. Musonẽ in signem ph̃m ab exilio reuocauit: & familiaritate Quirini asconii prædicti plurimũ usus est: Hic itaq;(ut præmissum est)capta Iudæa: & euersis Hierosolymis: innumerabiliq; hoĩum multitudine interfecta: Romã reuersus:una cũ patre triũphauit: uno & eodẽ curru uecti: Domitiano eius fratre æquo albo subsequẽte. In quo quidẽ triũpho(Iosephus qui præsens aderat scribit)ĩnumera iudæorum spolia: & tabulæ ueteris legis e tẽplo cum reliquis thesauris ablatæ fuere. Cuius triumphi monumenta adhuc Romæ in uia noua apparent insculpta. Periit tandem hic talis ac tantus princeps uentris profluuio in eadẽ uilla: qua & pater ætatis suæ anno.42. eoq; loci cum ingenti hominum luctu sepultus. Qui & ex senatus ꝯsulto:atq; decreto: ꝑpter ingẽtes eius uirtutes in deos relatus est.

Amphiteatrum & thermas ædificat

triũphũ hic scribit

hic inter deos relatus ẽ

¶ Vesuuius

Vesuuius Campaniæ mons: ab omni alio monte solutus: & a Neapoli urbe.4.passuū milibus distans: oliuetis: uinetis: aliisq; fructiferis arboribus refertissimus: hoc anno secūdū Euse.in uertice ruptus: tm̄ incēdiū ex se eiecit: ut ipsius mōtis arbores: uiciasq; regiōes: atq; urbes: cū innumerabili hoium multitudine exussent: itaq; ut cū Pli.secūds historicus postea Traiani tpe ex Messanēsi classe (cui præerat) ad hoc uisendū spectaculū ,ppius accessisset: ab eodē incendio absorptus fuerit. Nā tā tam cinerum & pumicearum copiā eructasse dicitur: ut capi usq; ad arborū cacumina intumuerūt. De quo Martialis iam tunc superstes libro quarto inquit. Martialis poeta

Hic est pampineis uiridis uesuuius umbris. Hic ueneris sedes lacedæone gratior illi.
Præstterat hic madidos nobilis una lacus. Hic locus herculeo nomine clarus erat
Hæc iuga q̄ uitæ colles plus bacchus amauit. Cūcta iacēt flāmis: & tristi mersa fauilla.
Hoc nuper satyri monte dedere choros. Nec superi uellent hoc licuisse sibi.

In his aut aduersis Titus Imperator non modo principis solicitudinem: sed & parentis etiam affli ctus præstitit affectum: nunc perscripta consolando: nunc q̄tum facultas suppetebat subueniendo: unde & ad eandem prouinciam restaurandam curatores misit: qui bona oppressorum in eodē lo co: quorum hæredes non extabant restitutioni ciuitatum afflictarum attribuerent.

5281 82 DOmitianus Titi prædicti frater & Vespasiani similiter filius.12.Ro.Impator hoc anno: qui est quartus annus.214.olympiadis post fratrē imperare cœpit: & imperauit annis. 15.& mensibus.5.uir per oīa pessimus: qui teste Orosio li.7.c.11.magis Neroni & Caligulæ similis: q̄ patri Vespasiano: aut Tito fratri. Moderatior tm̄ primis ānis habitus est: sed mox per oēs scelerum gradus paulatim puenit.s.libidinis: crudelitatis: iracundiæ: desidiæ: quibus criminibus tm̄ odii suoꝝ in se cōcitauit: ut patris fratrisq; nomen pene aboluerit. In tantā etiā superbiā prolapsus est: ut dn̄m se ac deū uocari: & scribi: ac coli iussent: hanc ob rē multos ex nobilioribus interfecit: plærosq; in exiliū misit: quin & in eisdē locis trucidari fecit. Libidinis quoq; (licet uxorem haberet formossimā) intemperatissimus fuit: & in ea quodcunq; crimen excogitari pōt: hoc ipse pfecit: multa tm̄ ædificia & quidē amplissima: ut suetonius refert incendio absumpta: Romæ extruxit: in quibus panthēon tēplū quod nunc sancta Maria rotunda dicitur: sine aliqua lignorum admixtione fabricauit. Capitoliū quoq; forū trāsitoriū & porticus multas ac Vespasiani Mineruæq; tēplū: & alia multa cōstruxit: sed omnia sub titulo tm̄ suo: ac sine ulla pristini auctoris memoria. Bellū etiā per legatos contra germanos & Dacos fœlicissime gessit: quibus uictis triūphauit. Multas quippe leges utiles ad cōmunē reꝝ usum condidit: in quibus sportulas publicas sustulit: & castrari mares uetuit: ac histrionibus Scenam interdixit: uites quoq; in urbibus plantari ,phibuit. Duo menses sēptēber: scilicet: & october aliter nominari uocari iussit. Deniq; secūdā post Neronē in xp̄ianos exercuit psecutionē. Eos quoq; qui de genere Dauid fuerant: ubiq; exquiri & interfici præcepit: ut nullus iudæoꝝ regni reliquus superesset: quos tm̄ pater eius Vespasianus: hierosolyma capta cōquisitos uelut ex regia stirpe progenitos in pcio habuit. Demū superueniente diuina ultione a suis in ,ppiro palacio: anno ætatis suæ.35.interficit̄: & per uespiliones eius cadauer delatum sepellit̄. Fuit aut hic Domitianus statura procera: uultu decoro: grādis oculis: ac in reliquis corporis mēbris pulcher & decens. Liberalia quoq; nunq̄ neglexit: unde & ius diligenter & optime dixit. Et propterea bibliothecas incendio conflagratas summo studio reparare studuit. Milites autem eius mortem grauiter ferentes: eum diuum propterea appellauere. Domitianus Pantheon tēplū Prohibitio castrandi mares Eius formā corporis describit.

5284 85 Menander Necromanticus natione Samarites simonis magi discipulus: hoc anno xp̄m negās seipsum mūdi saluatorē destinatū temere affirmare ausus est: Siq̄dē cū esset heresiarcha pessimus: īcredibilia cōposuit figmēta: multosq; ut scribit Eus. decepit: cū qb⁹ & tādē uno scelere piter iterit. Hereticus malus heresiarcha

Cherinthus similiter heresiarcha uir lubricus: p hæc tēpora suas hereses disseminare orsus est: & multos ad se traxit sectatores: qui Cherinthiani uocabant̄. Dicebat enim legalia tm̄ præcepta esse seruanda: ut habet̄ in canone.24.q.iii.c.Quidā: Ab eo nāq; Cherinthiana heresis dicta est.

Hebion quoq; heresiarcha: a quo hebionitæ heretici cognomen sumpsere: his temporibus comparauit: qui asserebāt: atque prædicabant Christum purum fuisse hominem: & apostolum Paulum legis apostatam esse. Heresiarcha

5289 90 Thimoteus Pauli apostoli discipulus. Ephesi ep̄s ab eodem magistro ordinatus hoc anno post multos pro xp̄o agones platos ibidē martyrio coronat̄: sunt tm̄ qui dicant eū sub Nerone passum: cui dum torqueret̄ duo angeli apparuere: dicētes: erige caput in cœlū: & uide: q uidit cœlos aptos: & iesum coronā gēmatā tenētē: atq; dicētē sibi. Hāc de manu mea accipies. Quod ut qdā noīe appollinaris uidit: se baptizari fecit: qua,ppter pses ambos iussit in cōfessione dn̄i pseuerātes decolari. Ad hunc paulus e laodicia duas scripsit epistolas: unam de exhortatiōe martyrii & omnis regulæ ueritatis: aliām uero de ordinatione episcopatus & diaconi & omnis ecclesiasticæ disciplinæ: eius autem natale.xi.calendas februarii celebratur.

Titus similiter pauli apostoli discipulus. Cretensium episcopus: ab eodem paulo ordinatus: hoc ipso anno postq̄ prædicationis officium multis annis fidelissime exercuisset: beatum finem adeptus est: atq; ibidem ubi fuerat minister constitutus sepultus est: huic etiam diuus Pau. ex Nicopoli epistolam scripsit dignissimam: in qua eum commonefacit: & instruit de constitutione

præſ byteri:& de ſpirituali conuerſatione & hereticis uitandis qui traditionibus iudaicis credebant: eius feſtum.2.nonas ianuarii celebratur.

℄Creſentius pauli ap̄ſi diſcipulus qui ſupioribus diebus p galliam tranſitum faciēs multos uerbo prædicationis ad fidem chriſti conuerterat:hiſdem etiam diebus.5.calen.iulii in pace quieuit:quo etiam die eius natalitius dies celebratur.

℄Iulianus cenomanēſis ep̄s:quē nōnulli Symonē leproſum a dn̄o liberatū fuiſſe affirmāt: quiqꝫ & dn̄m hoſpitio ſuſcepat:p hoc tēpus migrauit ad dn̄m:hūc enī ap̄ſi poſt dn̄i aſcēſionē ibidē ordinauerant epiſcopum.ubi inter cætera eius miracula tres mortuos a mortuis reſuſcitaſſe fertur: & habito ſancto eius natale.5.calen.februarii agitur.

℄Iulianum itē alium qui utrūqꝫ parentem neſcius confoderat:his quoqꝫ tp̄ibus poſt longas & inceſſabiles lachrimas:atqꝫ arduam pœnitentiā.6.calen.iulii in dn̄o quieuiſſe dicūt:quo etiā die eius memoria recolitur.

℄Perſecutio chriſtianorum ſecunda.

℄Domitianus itaqꝫ.12.īperii ſui āno ſecūdā poſt Neronē in xp̄inaos exercere cœpit pſecutionē: in q̄ & Ioānes ap̄ſ & euāgeliſta ī pathmō īſulā relegatus fuit:ubi & apocalipſim uidit:quā manu ſua cōſcripſit:paſſiqꝫ ſunt īter cæteros cletus & Anacletus papæ: & alii quoqꝫ infraſcripti uidelicet.

℄Domicilla uirgo ſanctiſſima flaui Clemētis ex ſorore nepotis:quā idē ſc̄tūs Clemēs ſacro uelamine ꝯſecrauerat ſub hac pſecutiōe pp nomē xp̄i cū aliis pſ̄imis in pōtiā īſulā deportata:ibidē lōgum duxit exilium:ubi cum multos doctrina & miraculis ad fidem xp̄i cōuertiſſet:in cubiculo domus ſuæ cum euphroſina & theodora:atqꝫ aliis uirginibus:a quodam tyranno exuſta eſt:Nonis.ſ. maii:in quo die eius feſtum celebratur.

℄Nicomedes itē romanus præſbyter:ſub hac domitiana pſecutiōe Romæ in uia numētana paſſus eſt:qui cū diceret cōpellentibus ſe ſacrificare.Ego nō ſacrifico:niſi deo oīpotēti q regnat in cœlis:plumbatis tamdiu ceditur:donec exhalaret ſpiritum:& deinde inter celebres ſanctos relatus.12. calen.octo.eius natalitius dies celebratur.

℄Hermacoras aquilegiēſis archiep̄s:& totius uenetiæ ꝓuinciæ ꝓthopræſul:diui marci diſcipulus a btō Petro apoſtolo ibidē ordinatus:tēpeſtate hac:cū inter multa ſanitatū miracula & p̄dicatiōis inſtantiā:pp̄lorūqꝫ cōuerſionē multa pœnarū genera exptus fuiſſet:ad ultimū cū Fortunato archidiacono ſuo quarto idus Iulii capitali ſn̄ia ppetuā ſibi gloriā cōparauit.Sunt tn̄ qui dicāt eū cū regionē noſtrā deo lucratus fuiſſet:ſub nerone ſecuri pcuſſum:martyrium cōpleuiſſe.Hic Syrum papienſem ep̄m habuit diſcipulū:uirum utiqꝫ ſanctiſſimum:qui mira ſanctitatis edidit opera.

℄Dionyſium quoqꝫ ariopagitā ph̄m & aſtrologū clariſſimū pariſiēſem ep̄m:in hac pſecutiōe cū Eleutero archipræſbytero & ruſtico diacono pariſii paſſum fuiſſe tradūt: qui cū a Clemēte Romano pon.ex præcepto beati petri ad gallias prædicatiōis gr̄a directus fuiſſet:ibiqꝫ uſqꝫ in præſens tēpus cōmiſſum ſibi opus ardēter exegiſſet:a præfecto pariſioꝶ urbis noīe feſcennino una cū ſociis nonagēnarius gladio pcuſſus: martyriū cōpleuit:hic ē ille Dionyſius ariopagita ph̄s & aſtronomꝰ: qui Athenis cū cæteris aſtronomis in dn̄i nr̄i ieſu xpi paſſiōe dixit: Aut deus patit̄:aut ordo naturæ deſtruet̄:quē poſtea paulus ap̄s baptizatū diligēter inſtruxit:& atheniēſiū ep̄m ordinauit:ubi deinde prædicatiōi inſiſtēs ciuitatē ip̄am:& maximā regiōis ptē xp̄ianæ fidei ſubiugauit:hic cū cæteris ap̄ſis:ut in li.de diuinis noibꝰ ipſemet teſtat̄:Dormitiōi dei genitricis īterfuit:poſtea uero cū audiſſet ap̄ſos petrū & paulū a nerone Romæ detētos:ep̄m ſibi ſubſtituēs:Romā ad eos uiſendos uenit:poſt quoꝶ fœlicē exitū a Clemēte ep̄o:ut p̄miſſuꝫ eſt:in gallias cū ſociis directus eſt : ubi &.7. idus octobris martyrio coronatus ē.Et cū doctiſſimꝰ habet̄:ſcripſit ea quæ ſubiecta ſunt:uidelicet.

De eccleſiaſtica gerarchia.	li.i.	cuius principium eſt: Qua quidem
De cæleſti gerarchia.	li.i.	principium:Omne datum
De diuinis nominibus.	li.2.	principium:Nunc e cœlo
De myſtica theologia.	li.i.	prīcipiū . Trinitas ſup.Extant & eiuſdē epiſtolæ.12.

Quaꝶ prima:ſecūda:& tertia:& quarta Gaio ſcribit̄.Quinta Dorotheo.Sexta ſoſipatri:Septima Policarpo ep̄o:octaua Demophilo:quæ incipit:hebræoꝶ hiſtoriæ.Nona eidem:Decima Ioanni euangeliſtæ incipiens.Saluto te ſanctā animā:undecima & duodecima Appoliphino de eclypſi in paſſione domini quæ incipit.Nunc mihi ad te ſermo eſt.

5362 163 Marcus Antonius q̄ uerus cognomēto phūs:Gallus natiōe: ut Helius spartanus historicus testať.17.Ro.īperator post antoniū pium eius fratrē īperauit ānis.19.& mēse uno. Olympiade aūt.234.& una cū Lucio eo modo aurelio eius patre īperare cœpit.Hi primum imperiū æquo iure administrarunt:quū usq̧ ad hoc tēpus singuli singulariter augusti fuerint:qui cōtra parthos bellū sumptū:simul admirabili uirtute & fœlicitate gessere: & Vologesum eoꝝ regē:qui nō modo armeniā:sed Cappadociā:syriāq̧ uastauerat:represserūt:sed & multis hoīum milibus in deditionē acceptis:ambo de parthica uictoria magnifice triūpharunt:Verum nō ita multo post Cōmodo e medio sublato Antonius solus imperiū tenuit:quē certe ob eius præstantissimā uirtutē laudare plurimū licet.Quippe qui ad nullū rei euentū nunq̄ se extulit.Tātæ.n. fuit soliditatis ui eiusdem uultus:quāuis fortuna aduersa semper fuerit habitus:litterarumq̧ semper studiosus:& quammaxime philosophiæ.Nec propterea ipsa philosophia illum a rebus īperii & bellicis retardauit:quia teste Eusebio.Germ anos:Marcomanos:Seq̄nos. Sarmatasq̧ ingenti fœlicitate una cū filio eius eo modo antoniū supauit: & de eis triūphauit.Iturus aūt ad hoc bellū quū nō haberet:unde stipendia militibus suis daret:exhausto.f.ærario:oēꝫ īperatoriā suppellectilē: oēmq̧ uxoris ornatū uendidit:& precia mœrētibus dedit.Verū quū postea supato hoste ī patria rediisset: emptoribus ꝑcia restituit.Nemini tñ molestus fuit:q̄ empta reddere noluisset:sed ī oībus de rep.liberalis extitit:& in tributa q̄busdā ꝓuinciis remisit.Fiscaliū quoq̧ tituloꝝ monumēta in foro cōgesta cōcremari iussit.Leges ēt sæuiores nouis cōstōnibus tēperauit:pp quod ita factū est: ut ab oibus Imperium per hoc tps p duos administrari ceptū ē Optia hois liberalitas

ita diligeret: amareturq; ut sacrilegi nomē incurreret: q imaginē eius domi nō haberet. Postremo in panonia constitutus: repentino morbo interiit: & ab oībus acclamantibus inter deos relatus est.

Fœlicitas Roma. foe mīa matrōa siqdē sanctissima: p hoc tps: una cū septē filiis. s. ianuario: fœlice: philippo: syllano: alexādro: uitale atq; marciale Ro. martyriū suscepit. Et primo qdē ianuarius primogenit⁹ post uirgaꝝ uerbera plūbatis occisus est. Fœlix uero & philipp⁹ fustib⁹ macerati. Syllanus deinde ꝑcipitio itereptus. Alexāder deniq; & uitalis atq; martialis capitali sñia sunt puniti: nouissime aūt & mr̄ ipsa Fœlicitas ꝑter matrū cōsuetudinē: & ipsa gladio necata ē. De cuius uirtute ꝓstantissima: diuus pr̄ August. sermonē edidit dignissimū dicens. Magnū spectaculum ante oculos fidei nostræ positum est. Eius autem natalitius dies celebratur sexto idus iulii. 164 5363

Alii quoq; multi tēpestate hac diuersis ī locis martyrio sunt coronati: utpote polycarpus episcopus cum. 12. de quo dictū est: sed & sancti Faustinus & uictor milites cum uxoribus apud mediolanum Valerianus uero & marcellus Gaius & nouatus cū uiginti aliis martyrii palmam adepti sunt.

Sother Papa. 13

SOther papa natiōe cāpanus: ex fundano oppido p̄re cōcordio natus: post Anicetū pontificē: sedit ānis. 9. mē. 3. & die. 21. qui multis in piculis licet cōstitutus fuerit: animū tn̄ ad res diuinas quoad potuit semp cōuertit. Et multa eā obrē Gratiano testāte: cōstituit: uidelicet: ne mōacha aliq ullus attractaret pallas: seu calices: patenas: corpalia: & his similia cōtingere præsumeret. Neue thus ante altare poneret dū sacrificia fierēt: ut habeť ī cañ. 23. di. c. Sacratis. Statuit ita ne ullus sacerdos missarū solēnia: nisi duobus saltē præsentibus: & ipso tertio præsente celebrare tētaret: de cōse. di. 1. c. Hoc quoq;. Mādauit insup unicuiq; fideli: ut in dñi nr̄i cœna eucharistiæ sacramētū recipet: de cōse. di. 2. c. a qbus eni in cœna. Instituitq; præterea: ne q̄ haberet uxor legitima: nisi quā sacerdos ex instituto bn̄dixisset: & quā parētes solēni pōpa xp̄iano more marito collocassent: quā et paranymphæ de more custodiuissent: præcauētes multa picula: quæ in nouas nuptias euenire solēt. Deniq; cū qnquies ordinatiōes in decēbrio mēse celebrasset: in qbus præsbyteros octo: diacones nouē: & episcopos per diuersa loca undecim creauit. x. calē. maii martyrio coronatur: & uia apia in Calixti cimiterio sepelitur: & nunc uacauit sedes dies. xxi. 169 5368

Nemo nachæ sacra cō tingant

Cathaphrigarum heresis exordium.

Montanus heresiarcha pessimus: natiōe phrygius: p hoc tēpus in phrygia cōparēs: paclitū se nominauit: & multos seduxit: & eādē regionē cū uicinis regionibus multis: ac multis erroribus infecit. Ibiq; & priscā ac maximillā clarissimas mulieres adeo seduxit: ut relictis uiris suis secū publice incederent: quæ etiā ab eodē adeo dementatæ sunt: ut affirmare præsumpserint illius inspiratiōe euasisse ꝓphetissās. Ex eo nāq; Cathaphrigæ heretici ꝓuenere: qui donū spiritussancti nō ī apostolis: sed ī se tm̄ traditū fuisse affirmabāt: ut habeť in canone uigesimaquarta. q. 3. c. Quidam. 170 5369

Heretici pessimi tres

Apelles alius hereticus: his tpibus in græcia fuit. q dicebat: q deū quē colebat ignorabat. Eius aūt hæc erat opinio atq; ptinacia: quod xp̄m non deū in ueritate: sed hoīem in fantasia hoībus apparuisse affirmabat. Hunc Theodocion uir eruditissimus hereticissimum appellat: & suis scriptis ꝓ commode irridere conatur.

Tacianus alius quoq; hereticus: p hoc tēpus in græcia fuit: hic doctissimus fuit xp̄ianus: & quam diu ab ecclesiæ latere nō discessit: nominatissimus extitit: & multa cōscripsit. E qbus: ut testať Hieronymus cōtra gentes liber fuit: ab isto nāq; eueraticæ hereses cognominatæ sunt. Quoꝝ præcipuus quidā noīe seuerus fuit qui postea heresim augens: eius sequaces seueriani heretici sunt nuncupati: hi oēm coitū spurcum putabant: & alia multa consimilia delirando affirmabant.

Viri disciplinis excellentes.

Dionysius Corinthioꝝ ep̄s tēpestate hac: Eusebio teste floruit. Cuius tanta eloquētiæ industria fuit: ut non solū suæ ciuitatis populi: uerū etiā & aliaꝝ urbiū ac ꝓuinciaꝝ ep̄os suos erudierit epl̄is. Ex quibus unam ad lacedæmonas: aliam ad athenienses: tertiam ad nicomedienses. Quartā uero ad Cretenses: ac quintā ad ecclesias ponticas: & sextā ad Romanos scripsit perutiles. 175 5374

Pinetus cretensis ep̄s: uir doctissimus atq; eruditissimus: his tpibus existēs prædicto Dionysio elegantissimam scripsit epistolā: in qua docet non semper lacte populos esse nutriendos: sed solido esci debere cibo: ut ad spiritualem ꝓueniat senectutem.

Philippus alter cretensis episcopus: de quo idem dionysius prædictus meminit in epistola. s. quā ad eandem scribit ecclesiam: per hoc tempus in precio fuit. Et inter reliqua aduersus Martionem hereticum præclarum edidit librum.

Musianus non ignobilis doctor: & ipse p hoc tp̄s librū contra quosdā ab ecclesia catholica ad eucratiatarum heresim declinantes scripsit: quoꝝ opinio cum seuerianis conueniebat. Hic etiam omnem coitum putabant spurcum: & cibos quo deus humano proposuit generi damnabant.

Modestus etiam eruditissimus doctor: per hoc tempus in precio existens librum aduersus Martionem hereticum scripsit.

Melchiades alius quidam doctissimus doctor: hoc ipso tempore (ut Hiero. scribit) contra Montanum: priscamq; ac maximillam uolumen edidit præcipuum: atq; aliud contra gentes: iudæosq; scripsit. Nec non & apologeticum quibusdam dedit principibus.

Opianus Cilex poeta: hoc quoq; tpe Elentichā redargutionis plenā miro splēdore conscripsit.

Frontonius

¶ Frontonius dignissimus orator: de quo diuus scribit Hiero. p hæc tpa floruit: & multa cōposuit hic Marcum Antonium uerum nunc Imperatorem in latinis litteris habuit auditorem.

5377 178 Eleutherius papa natione græcus: patria nicopolitanus: patre Abūdio post Sotherē pon ti. sedit. annis. 21. mē. 6. die. 5. Hic quū pōtificatū inisset: pax ecclesiis data est: & Gratta no testāte statuit: ne qs xpianus ob aliquā supstitionē: ullū sibi respueret genus: quo hu mana cōsuetudo uesceref: hoc qppe Seueriani dānabant heretici. Mandauitq; præterea nullū a suo gradu debere deiici: nisi accusatus & criminis reus cōuinceref: sicut in cā. 2. q. i. c. Nil cōtra: & exēplo saluatoris: q Iudæ pditoris errorē: licet rei nōdū tñ cōuicti: ita æquo tulit aīo: ut qcqd interim egisset p dignitate apl̄atus ratū firmūq; habere uoluit: prohibuit ēt: ne absente eo quē accusator reū facit: ulla in cā cernereť. 3. q. 8. ca. Caueāt iudices. Statuit itē: ne qua res sentētieť anteq̄ certis demōstreť iudiciis. 3. q. 5. c. Iudicātē oportet. Hic ī pricipio sui pōtificatus a Lucio Britānico Rege epl̄am accepit: qua rogabať: ut se suosq; oēs baptizare dignareť: cui Fugatiū & Damianū uiros optimos misit: q regē ipm & ppl̄m oēm baptizarēt: quo baptizato data est q̄si ubiq; pax ecclesiis: & nomē xpi mirū imodū excrescere cœpit: & q̄maxime Romæ: ubi multi nobiles cū cōiugibus & liberis baptizati sunt. Tandē ordinatiōibus ter in meñ. decēb. habitis: ubi p̄sbyteros & diaconos atq; epos p diuersa loca creauit. mltos sine martyrio dies obiuit. Cuius corpus apud sanctū petrū in uaticano. 7. calē. Iunii sepeliť: quo ēt die ei9 festa celebranť: & tūc sedes uacauit dies. 5. Eleutherius papa. 14.

¶ Anglia Insula christi fidem recipit.

5379 180 ¶ Lucius anglo℞ rex Colli regis Susti filius: hoc āno apud anglos seu britōes regnū accepit: sed q̄ tū regnauerit nō habeť. Qui regno suscepto mox a dño uocať: & Eleutherio isti pōtifici maximo litteras supplices dedit: ut illū intra xpiano℞ nume℞ admittere dignareť. Cuius p̄cibus motus pōtifex: cōfestim Fugatiū & damianū religiosissimos uiros eo misit. q regē ipm una cū uxore ac toto fere ppl̄o baptizarūt. Erāt tūc in anglia idolo℞ pōtifi. 25. quos Flamineos uocabāt. Inter quos tres archi flamines habebanť. Quo℞ i loco tres archiepi fuerūt cōstituti. Prothoflaminū uero loco primitiua ecclesia patriarchas cōstituit. Verū Lucius hic baptismo suscepto: mox imobilia cuncta pridem gentiliū tēplis collocata Christi ecclesiis ampliata cōtulit. Quo postea sine liberis decedente. Seuerus Romano℞ legatus loco sui in regnū successit: qui & uallū in regno augusti more cōfecit. Post quem Bassianus eius filius ex matre Britānica susceptū regnum accepit. Quid autem postea gestum sit non habemus.

5381 182 Comodus. 18. Ro. īperator: post. M. An. Ve℞ patrē suū: āno. 2. 229. olympiadis īpare cœpit: & ipauit ānis. 13. Vir qdē īpius: & Nerōi p oīa simillimus: quē sola p̄næ uirtutis gr̄a tolerari fecerat: q qdē Comodus oībus fuit incōmodus: & nisi cū p̄re cōmune habuit: sed in oīa dedecōra luxuriæ obscœnitatis uitia se ingnauit: ob cuius flagitiosā3 & pestiferā uitā: ut Helius spartanus histo. scribit: urbs ipsa Romana pœnā tulit: na3 capitoliū fulmis ictu una cum egregia illa Biolioteca maio℞ cura fabrefacta: & cæteris circūpositis ædib9 dei iudicio cōcrematū suo tpe fuit: Quo qdē incēdio multa urbis pars solo æquata ē. Tātæ nāq; temeritatis fuit: ut colloso capite sublato: suæ imaginis caput loco iussit apponi. Et. 7. meñ. septēb. a se appellari uoluerit: q̄ oīa post eius mortē abrogata sunt: sed ipse ēt mortuus: ut hūani generis hostis ab hoībus adiudicatus est. Adeo. n. eius uita flagitiis contaminata odio cunctis erat: ut in domo uestali strangulatus fuerit. Comodus

¶ Viri disciplinis excellentes.

5384 185 ¶ Apollonius senator Ro. uir eruditissimus p hoc tēpus floruit: & insigne uolumen Comodo obtulit: qd qdē piucūde in senatu legere fecit: sed postea a seruo pditus: q xpianus esset ex senatus cōsilio. 14. cal. maii pro xpi cōfessione capite truncatus: xpi martyr efficiť: quo qdē die eius ānua celebrať dies: post cuius mortem multæ inualuere hereses: & q̄ maxime Martonistarum: quorum alii unum principium fatebantur: alii. 2. alii. 3. & tres naturas in deo esse abrogabant.

¶ Eusebius pontius uincentius ac pegregius uiri nobilissimi romāi p hoc tēpus. Comodo augusto pro fide xpi necātur: hi nāq; i. eculeo leuati & neruis acerrīe distēti: deinde fustibus crudelissime cesi: sed cū iudæi laude adhuc pmanerēt fidelissimi usq; ad emissionem spiritus mactati fuerunt: quorum natale celebrať. 8. calen. octobris.

¶ Serapion antiochenæ ecclīæ eps: p hoc tps: teste Hiero. doctrina & eloquētia īsigni p̄mū fuit: & utilē ualde epl̄a3 ad quosdā de heresi mōtani īfectos scripsit atq; alias mltas breues edidit epl̄as.

¶ Theophilus Cæsareæ palestinæ eps: q̄ olim Turris Strationis dicebať: tēpestate hac secundum Hieronymū claruit: & utilē ualde epistolam: seu libellum de pascha edidit.

5388 189 ¶ Bachylū quoq; corinthio℞ episcopū ui℞ scīa & disciplina clarissimū his annumerādū dicimus pro eo q suo & oīum achaiæ episcopo℞ nomine elegantem de pasca edidit librum.

¶ Iuliū pollucē grāmaticū & Rhetorē ornatissimū p hæc tēpora floruisse constat: pro eo q librū de rerum uocabulis copiosissimum ad Comodum imperatorem scripserit.

¶ Theodotiō p̄ria Ephesinus uir doctissimus & multa℞ lr̄a℞ sciētissimus tertius diuina℞ scripturarum interpres cum superioribus floruit: qui præter interpretationem & translationem etiam alia multa de religionis christianæ laudibus reliquit monumenta: Hic Taciāi uiri eruditissimi prædict. anteq̄ in heresim incideret: discipulus fuit.

Victor papa.15.

VIctor papa natiōe apher.patre Fœlice:post Eleutheriū pōtificē sedit ānis.x.mē.3.& die 193 5391
bus decē:q xpianæ.reip.curā optime gerēs:Gratiāo testāte:cōstituit:ut xpiani aliq̄ iniu
ria īfensi:q oīno recōciliari recusarēt:ab oīum cōione submouerenť : ut habeť in cañ.
91.di.ca.Perlatū:Statuit itē ut eps q a ꝓprio grauareť metropolitano:ad romanā sedē
posset appellare.2.q.6.c.siqs putauent.Cōstituit etiā ex Eleutherii ꝑdecessoris sui pōtificis sniā:ut
sanctū dñi pascha dñico die celebraꝛ:uidelicet.14.luna.mē.martii usq̧ ad.21.eiusdē meñ.Nā usq̧
in hodiernū tps ex ueteꝶ cōsuetudīe pascha semp cū iudæis.14.lūa celebraꝛ:cuius qdē decretū po
stea i cōcilio Niceno ꝯfirmatū fuit:ut oīo post.14.luna eiusdē mēsis celebrateť:ne iudæos imita
ti uiderenť.Fuere tñ usq̧ ad cōciliū Nicenū multi sūmi uiri huic opioni renuētes. Decreuit quoq̧
uictor hic pōtifex:ut in q̄uis aq̄ baptismū petētes baptizarenť:si necessitas īstaret. Quāobrē ꝯciliū
in palestina habitū fuisse dñt:R es tñ ītegra in Nicenū cōciliū trāslata fuit:ut de cōse.di.4.c.ī baptis
mate:Huic quū doctissimus esset pōtifex q̄dā de regiōib⁹cōposuit uolumīa:qbus cōpositis & dua
bus ordinatiōibus in decē meñ.celebratis martyrio coronaꝛ.Et apud sanctū petrū in uaticano se
pelíť:cuius festum.5.calen.augusti celebratur:& tunc sedes uacauit dies.xii. 194 5363

Helius

HElius ptinax.19.Ro.impator.243.Olympiade post Comodū impiū suscip iēs īperauit
meñ.6.hic cū īpare cœpisset.70.agebat ānū:& quū urbis pfecturā agerer:ex totius sena
tus cō.īperiū suscipe cōpulsus est.R ogatusq̧:ut uxorē Augustā faceret:& filiū Cæsarem
appellaret.Cōtradicēs rñdit.Sufficere senatui deberet:ꝙ ipse iuitus īperaret.at qm̄ īpe
ratore nihil turpius est auaritia:quū illiberalis sordidusq̧ habereť sexto īperii sui mēse a quodā Iu
liano iurispito in palatio nemīe cōtradicēte occisus est. Quo mortuo Iulianus ipse interēptor īpe
riū occupauit:&.7.meñ īperauit:& postea a Seuero ciuili bello apud pontē Miluiū a Seuero quo
dam superatus interfectus est:Hic est ille Iulianus qui ppetuū edictum composuit.

Seuerus

Pius hic fuit terma se uerianæ uallum. 132.milliū passuum

SEuerus aūt.21.Ro.īperator hoc āno Iuliano tyrāno prædicto īterfecto:eadē Olympia 195 5394
de īperare cœpit:& īpauit ānis.18.Hic:ut helius spartanus histo.refert:ex Lepti oppido:
pře Ro.eqte onginē duxit.Cui⁹ př Aphricanus fuit.S ed anteq̄ ciuitate donareť:græce
ac latine eruditissimus erat:ĩnito deinde īpio:ut uir optimus rei frumētariæ:q̄ minimā
repit ita cōsuluit:ut excedēs uita.7.ānoꝶ annonā reliq̄rit:& tm̄ olei : ut p qnquenniū nō urbis tm̄
usibus:sed totius italiæ q̄ oleo eget:sufficeret.Multisq̧ bellis lacessitus fortissime rēpu.licet laborio
sissime gubernauit:ad bellicā gloriā:laudē quoq̧ lraꝶ addidit:& q̄ maxime phiæ:in qua studiosis
simus erat:parthos & Adiabenos cū eo cōtendere præsumētes fœlicissime supauit. Arabes ēt inte
riores ita cecidit:ut eoꝶ regionē ꝓuinciā romanā faceret: Ob quā rē pthicus arabicus adiebenicus
appellatus est.Vrbē præterea publicis exornauit ædificiis:ubi & Thermas seuerianas & Septicoṅiū
extruxit.Quintā tñ in xpianos suscitauit psecutionē.Interfecto āt apud Lugdunū Ciuitatē Clodio
Albino:qui se in Gallia cæsarē fecerat:in Britannos:teste Beda:bellū trāstulit:ubi & uallū.132.passu
um milliū cōtinens a mari usq̧ ad mare deduxit:ut receptas ꝓuincias a barbarica incursione secu
riores facerent : eādem ibidem in eburaci oppido uita decessit:ubi in honorē ptinacis prædecesso
ris sui se pertinacem uocari fecit.

Zepherinus. Papa .16.

Calices fiant de argento ut cōio fiat in pascha

ZEpherinus papa natiōe romanus pře abūdio:post Victorē pōtificē sedit ānis.9.& san 202 5401
ctissimus fuit uir:eo ꝙ dinæ rei magis q̄ hūanæ semp intētus fuerit.Vñ & cōstituit:Gra
tiano teste:ut astantibus clericis:& laicis fidelibus:& leuita & sacerdos ab epo ordina
reť:sicut habeť in cañ.75.di.c.Ordinatiōes præsbyteroꝶ.Statuit itē ut cōsecratio diui
ni sanguinis in uitreo uase.nō aūt in ligno:ut antea fiebat cōsecrareť:de cōse.di.c. Vasa.Hāc tñ in
stitutionē subsequētes pōtifices īmutauerūt:qa & in remēsi & Tyburēsi cōcilio statutū fuit calices
fieri ex auro aut argēto:uel stagno saltē.Cēsuit quoq̧ ut oēs xpi fideles ānos pubertatis attingentes
singulis ānis in solēni die paschæ publice cōicarēt:de cōse.di.2.c.Relatū.qd qdē īstitutū Inno.3.po
stea nō ad cōionē tm̄:uerū ēt ad cōefessionē delictoꝶ traduxit:ut extra de pe.& Re.Oīs utriusq̧ se
xus.Mādauit insup ne qs eps uel a patriarcha:uel a primate:seu a metropolitano suo in iudiciū uo
catus sine apſica auctoritate dānareť.Voluitq̧ præterea:ut oēs præsbyteri adessent epo celebranti.
Celebratis deniq̧.4.in decēbrio mēse ordinatiōibus:u bi præsbyteros.13.dyaconos.7.& epos p di
uersa loca.13.creauit:martyrio coronatꝰ est:& uia apia ī Calixti cimiterio sepeliť.Cui⁹ ēt natalitiū.
7.calē.septēb.celebramus.Et tūc sedes uacauit dies.6.

¶Viri doctrinis excellentes.

¶Symachus doctor natiōe Samaritanus iudæoꝶ ꝓselitus.4.diuinarū scripturaꝶ īterpres huius 204 5403
pontificis temporibus floruit:& post Theodotionem ipse diuinas scripturas ex hebræo in græcum
transtulit eloquium.

¶Rhodion genere Asianus Tatiani heretici quondam discipulus:hac tempestate in diuinis scri 206 5405
pturis habetur insignis.eo ꝙ multa composuerit opuscula : quorum præcipuum quod aduersum
Martionem hereticum edidit opusculum:in quo:ut diuus scribit Hieronymus ostendit quomodo
Martione in heresi sua etiam inter se quoq̧ discrepent.

¶Clementē psbyteꝶ alexandrinū uirum egregiū:atq̧ eruditissimū:cuȝ his floruisse diuus Hiero. 207 5406
scribit:

scribit:& eruditissima uolumina scripsisse tradidit:iter quæ stromatū.i.uarietati lib.sūt.8.aduersus gentes.i.pedagogi lib.3.De pascha lib.i.De ieiunio lib.i.De disputatiõe li.i.De obtrectatiõe lib.i. De canonibus ecclesiasticis li.i.Aduersus eos qui iudæoꝝ sequebant errores li.i.& alius qui inscribitur:quisnā diues ille sit qui saluet:extant & epistolæ complurimæ.

¶ Heraclitus etiam quidam insignis doctor natione græcus:teste Hiero.per hoc tempus in apostolum Paulum cōmentarios edidit plurimos.

¶ Maximus quoq; alius doctor uir doctissimus:per hocipsum tps qõnē famosissimā insigni uolumine uentilauit:unde.s.malū:& q omnis materia adeo sit facta:& alia multa.

¶ Fuere & alii cōplurimi uiri doctissimi hac tēpestate:quoꝝ de nūero candidus quidā fuit:qui in examerou composuit.Et Syxtus alius īsignis doctor:qui de resurrectione mortuoꝝ libꝝ composuit.Necnon & arabianus qui & ipse nōnulla opuscula ad xpianū dogma ptinentia descripsit.

5407 208 ¶ Gallus quidā nomine insignis doctor sub huius pontificis tpe diuo referente Hierony.disputationem suam ualde utilem aduersus proculum montani heretici sectatorē habuit:in quo quidem uolumine:ut idem diuus refert Hierony.13.tantum pauli enumerat epſas.Quartā uero decimaꝫ quæ ad hebræos fertur:ipsius pauli non esse dicit. Epſam ad hebræos dicit nō eē pauli

¶ Tertulianū aphricanū pria carthaginēsem centurionis cuiusdā pconsularis filiū:uiꝝ qdé ingenio & doctrina clarissimū hisdem tpibus floruisse:& multa cōscripsisse uolumina:diuus Hiero.tradidit:hic nāq; quū ad mediā usq; ætatem aphricanæ ecclesiæ pſbyter noīatissimus stetisset:clericorum Ro.urbis inuidia adeo ptumeliis & iniuriis attritus fuit:ut ad montani heretici doctrinaꝫ labi cōpulsus sit.Quāobrem & multa uolumina contra Orthodoxam & catholicā fidē cōponere cœpit:& quāmaxīe:De pudicicia:De psecutiōe:De ieiuniis:& de extasi lib.6.ac aliū aduersus Apollonium edidit librū.Vixitq; usq; ad decrepitā ætatē:& alios multos edidit libros. Hic dimisit xpianaꝫ lacessitus iniuriis

5409 210 ¶ Persecutio xpianorum quinta:hoc anno Seueri iussu ita incipitur:pro qua etiam diuina ultio in romanos non defuit:Quia mox ciuilia bella mirum īmodū eos attriuere.In qua quidem persecutione hi præcipui passi inueniuntur:uidelicet.

¶ Hyreneus lugdunensis epſ:uir doctissimus:iam grandæuus apud eandē urbē pro christi nomine martyr efficitur.Floruerat enim quāmaxīe sub Comodo principe & Polycarpi martyris:ut diuus scribit Hiero.discipulus fuit:a quo quū eruditissim⁹ euasisset:qnq; libros aduersus hereseos scripsit.Et cōtra gentes aliud breue uolumē:atq; aliud de disciplina christi:deq; pdicatione apostolorum librū unū.Et aliud uolumen:seu opus diuersoꝝ tractatuū:uidelicet de scisura librū unum:& alia multa.Atq; de monarchia uolumen egregiū.Et ad Victorē papam:de quæstione pascæ epſas multas.Demū uero sæuiente hac persecutione cū omni ferme ciuitatis suæ ppſo.4.calē.Iulii martyrio coronatus est:quo die eius festum celebramus.

¶ Leonidem etiā alexandrinū magni Origenis patrem:uirū quidem optimū sub hac persecutiōe passum fuisse Euse.Cæsariensis scribit:cuius qdē martyriū idē Origenes puerulus annoꝝ octo sub sequi decreuerat:nisi diuina dispensatione ad multoꝝ utilitatē reseruatus:per maternā sollicitudinem īpeditus fuisset:nam ipsa pueri mater:quū in castrinū in publicū prodire:& xpm confiteri decreuisset nocte latēter uestimenta ipsius surripuit:& sic pueꝝ a tyrānoꝝ cede reseruauit.Quo uiso puer cōfestim ad patrem epistolā scribit:qua significat mr̄nis artibus a tanto bono fuisse impeditū ipsumq; patrem hortatur:& rogat uirili aīo prosequi qd incœpit. Ac siquidē Leonides apud Alexandriam urbem suam martyrii palmam constantissime in calendis martii adeptus est:quo quidem die eius natale celebratur.

¶ Perpetua quoq; & Fœlicitas:matronæ qdē scissimæ:& ipsæ in mauritania Tiburbitanoꝝ ciuitate cū reuocato saturnino:& secūdolo nonis martii passæ sunt:nā quū secūdolus in carcere quieuisset:ipsæ scissimæ mulieres cū reliqs bestiis traditæ:& dilaceratæ marty.consumauere.

5412 213 Cassianus pdci Seueri filius:cui Antonio caracalle cognomē fuit primus &.20.Ro.imperator:āno.2.247.Olympia.post prēm īpiū suscipiens:īpauit annis.7.Vir certe pessimus ac facinorosus nec patri ulla in uirtute persimilis:imo illo asperior & oīum antecessorum luxuria & libidine intemperatior:qui nullū facioris genus ptermisit:qppe & frēm suū getā occidit:ac Nouercā suā uxorē duxit:& mīta dedecora pegit:sꝫ nec egregiū aliqd pter Thermas antonianas:qs ip̄e īchoauit de se reliqt.Eas postea Alexā.successor pfecit:muniuit ēt in urbe uiā nouā.7.aūt īperii sui āno duꝫ pliū in parthos mouisset īter Edissam & Cānas ciuitates plio cū eis cōmisso anno ætatis suæ qrto &.40.īterfectus est.Lelius tñ Lāpri.histori.nō in plio:sed cū ex prælio recessisset ad reqsita uentris:insidiis a Macrino pfecto eū occisum fuisse dicit. Cassianus.

5415 216 ¶ Editio qnta in ueteri & nouo testamēto.4.īperii huius Caracalle:āno apud hiercontū ciuitatē ī quodā dolio īuēta fuit:cuius auctor pœnit⁹ ignorat:& iō uulgata editio nūcupata fuit:de ipsa psalteriū tm̄ nr̄m usuale emersisse dicimus:ī cæteris āt dīnæ scripturæ lib.trāslatiōeꝫ diuū seqmur Hieronymum.

Macrinus scds &.20.Ro.imperator:cum Caracallam prædictum interfecisset.249.Olympiade imperare cœpit:& imperauit anno uno.Vir certe origine & flagitiis inquinatissimus:de quo nil uirtute dignum habere potuimus.Et propterea ab Heliogoballo apud antiochiam interfectus fuit. Macrinus

Calixtus papa.17.

Alixtus papa natione Ro.patre Demetrio ex regione Rauēnatuꝫ:post zepherinū pō tificem sedit annis.5.mēsi.duobus:& diebus decem.Vir siquidem diuinus atq; prudē tissimus:qui licet in multa rerum perturbatione pontificatū incepisset:nequaquam tñ a bono pontificis instituto discedere uoluit:sed Gratiano referente:cōstituit ne quis de 219 5418
cætero in epm cōsecraretur:nisi canonice electus fuisset:sicut habeť in cañ.61.di.c.Nullus in episcopum:Vtq; clerici qui ad sacros ordines essent promouendi ab uxoribus abstinerēt.71.di.c.præsbyteris.Cōstituit itē quater in anno Ieiuniū.i.uernale:æstiuale:autūnale:& hyemale.76.di.c.Ieiunium quod ter in anno.Item ut sacerdotes incestuosi nullā accusandi alios haberent facultatē.3.q.4.c.Consanguineoꝝ.Censuit item:ut accusator absente reo nullo in iudicio audireť.3.q.9.c.Nullus alterius.Mandauit quoq; ut layci:qui temere dispensationes reꝝ ecclesiasticaruꝫ usurpare seu occupare præsumerēt:ueluti sacrilegi rei punirenť.16.q.7.c.Siquis.Ferunt hunc templū beatæ Mariæ uirginis in regione transtyberina ædificasse.Cemiteriūq; suo nomine in uia apia condidit:ubi & iamp̄ridē multa sanctoꝝ martyrū tumulata fuerant corpora:quod usq; in præsentē diē Calixti cemiteriū appellatur.Veꝝ cum Palmachiū uirum consularem:& Simpliciū senatorem:atq; Fœlicem nobilē uirum cū eoꝝ domibus baptizasset:& ad martyrii palmaꝫ incitasset:atq; multos præsbyteros:diaconosq;:ac epos ordinasset.2.idus octob.ab Alexā.impatore martyrio coronatus est.Cuius corpus post.17.diem ab Asterio eius præsbytero in Cemiterio Calepodii sepultum fuit.Eius autem natale scdo idus octob.celebrari iussum est.

Institutor q̄ttuor tēporum ieiunii.

Cemitēriū calixti.

Marcus.

Arcus Aurelius Antonius cognomento Heliogoballus:tertius & uigesimus Ro.imperator:anno primo ducentesimæ quadragesimæ nonæ Olympiadis.Macrino impatore p̄dicto interfecto:Imperiū suscipiens:imperauit annis quattuor.Hic Caracele ex 220 5419
Semiramide concubina formosissima fœmina filius fuit:& apud phœnicem eo tpe natus:quo Seuerus cū parthis bellū gessit:qui cū adolescentulus esset:solis sacerdos factus heliogōballus cognominatus est.Helios enim phœnicū lingua:latine dicitur sacerdos.Deīde cū strenuus esset iuuenis apud anthiochiā matris artificio ad imperii maiestatē assumptus est.Qui iam cū parthis pace firmata etiam cū ipsa ꝓpria matre libidiose uiuere cœpit.Quāobrē ad urbem postea ueniens a senatu impetrauit:ut & ea in senatorio locaretur ordine:quæ eo in ordine prima fuit fœmina.Huius q̄ppe Heliogoballi spurcā uitā Helius Lampridius histo.optime describit.Qui īter cætera uitæ suæ dedecora:asserit ipsum ēt in uestales uirgines incestū cōmisisse:aliasq; multas ꝓbrosas fœminas semp domi habuisse.Cuius rei cā urbis dignitates atq; honores malis & flagitiosis uiris ut plurimū cōmittebanť.Et cū eā obrem a sabino cōsulari uiro clarissimo repræhēdereť:e medio eum auferri & interfici p̄cepit.Quapp cū ita imperii dignitatē suis flagitiis indies magis:ac magis dem igraret:militari tumultu tandem cū matre interfectus est.

pria fœmina q̄ ītrauit ī senatuꝫ

Alexan.

Lexander.4.& uigesimus Ro.impator.250.Olympiade post heliogoballū prædictū monstrū impare cœpit:& impauit annis.13.uir certe (ut helius lampridius histo.scri.) unicū oīum uirtutū exēplar:qui iustitiā ita coluit:ut nemo unq̄ de illata ab eo iniuria 224 5423
conquestus sit:procul.n.a se oēm pōpā & ambitionē semp abiecit:nec unq̄ toga picta (nisi semel tm̄ esset cōsul)usus est:tantæ ēt prudentiæ fuit:ut a nemine unq̄ decipi potuerit:uiroꝝ insup illustriū & doctoꝝ amator:adeo fuit:ut eoꝝ statuas ubiq; cōquiri fecit:& in foro locari mandauit:unde sua prudētia suaq; uirtute īnumerabiles p̄decessoꝝ suoꝝ sordes lauit:& dignitatē īperii Ro.restituit:hic xp̄m dñm nr̄m:ut prophetā sanctissimū excolens inter deos referri uoluit:cuius imaginē una cū Abrahæ orpheiq; imagine in domo sua semp hēre uoluit.Sicq; tempu.auxilio Vulpiani & pauli patauini:atq; Iulii frontini iurecōsultoꝝ uiroꝝ doctissimoꝝ collapsam reparauit.Tantis itaq; uirtutibus hic impator insignitus oīum ꝯsensu augustus creatus:confestim contra parthos bellū suscepit:& Xersem eoꝝ regē strenuissime uicit:disciplinæ nāq; militaris adeo emēdator Sæuerus fuit:ut quasdā ēt legiones integras exauctorauerit:pp quod & apud Maguntiam germanoꝝ ciuitatē instigatione Maximini Thracis militari tumultu īterfectus fuit.Natus est aūt hic ex assyriis parentibus:& ex Māmea matre xp̄iana Romæ generatus.

¶ Semiamira heliogoballi p̄dicti īpatoris mr̄:hoc āno:heliogoballo ꝓ suis meritis a suis:ut p̄ferť occiso:& ipsa siť q̄si cesa in cloaca ꝓiicíť:& ī de paulopost una cū cadauere filii ī Tyberim deiicíť:hæc.n.natiōe græca:& ex Messana cītate originē duxerat:q̄ q̄dē cū p̄scherrīa admodū eēt:aliquādiu īhōesta fuit mulier:sꝫ post hæc filii claritate:& senatus p̄cipatu ꝯspicua fcā est.Nā eius ope & astutia egit:ut post mortē Macrini īpatoris:& eius filii Dyadumeni ab exercitu apđ Bithiniā eligeref in p̄cipē:q p̄cipatu adepto.Romā una cū mr̄e uenit:& a senatu cū īgēti gaudio exceptus ē:& ipsa semiamira ex repētina filii ꝓuectiōe usq; ad astra delata est:& Augusta ab oībus nūcupata.Filius āt Heliogoballus:& si scelestus eēt cognoscēs mr̄is bñficiū:tm̄ illā q̄si loco retributiōis honoribus ꝓtulit:ut in senatu nil fere nisi ea disponēte pagere uoluerit:uoluitq; illā in senatu cū reliq̄s senatoribus semp quoad uixit interesse:ut sniam suā more cæteroꝝ de agendi diceret:q̄d mulieri alteri unquā contigisse legimus.Tantæ enim hæc meretrix apud ignauū filiū fuit dignationis & honoris:ut in Quirinali colle pallaciū cōstruxit:q̄d senaculū appellauit:in quo q̄dē conuentū mulierum ordinauit:q̄bus & auctoritatē præstitit:ut senatorio more de moribus circa statum tractarent:

&leges

&leges super his instituerent:& huic senatui matrem Semiamirã principissam fecit:a qua senatus consulta plurima ridicula manarunt.Statutũ qppe in senatu fuit:quo uestitu:qbusue ornamentis unicuiq; uti licitũ esset.Cui ẽt cedere cuiq; assurgere deberet & alia multa sancitũ est:& cum eo in collegio semiamira potius meretricio q̄ matronali ritu sese haberet:uacarent ẽt filii libidinibus atq; obscænitatibus:eo deniq; itũ est:ut post mortẽ filii:& ipsa ut p̄dictũ est:secessit:qd & qlibet misere uiuens cogitare nõ pigeat:nam nil uiolentum durabile unquã fuit.

5414 225 VRbanus papa natione Ro.patre Pontiano post Calixtũ pontificẽ sedit annis.8.& mẽsi.2.& diebus.12.Vir siquidẽ doctrina & sanctitate uitæ eminentissimus:cuius rei gratia multos gentiles ad fidem xp̄i traxit:inter quos fuere Valerianus Ceciliæ uirg.sponsus & Tyburtius eius frater.Hic multa Gratiano teste cõstituit:& quãmaxime mandauit:ne quis de cætero in ep̄m eligeretur:nisi prius aut sacerdos:aut diaconus consecratus fuisset:ut hẽtur in cañ.60.dis.c.Nullus in ep̄atu:constituitq; ac cõcessit:ut futuri clerici primam tonsurã de manu abbatis possent accipere.68.dist.c.Quoꝝ uices:Ieiunia ẽt quattuor tempoꝝ declarauit:a prædecessore suo instituta:quia hoĩum imperitia confundebant̃.79.di.c.Statuimus.Voluitq; ac iussit de cætero oĩa altaris uasa:aut argentea aut aurea:seu stagnea fieri:ut de cõse.di.1.c.Vasa quibus.Eiusdem quoq; institutũ fuit:ut ecclesiastica prædia atq; fundi a fidelibus oblati reciperentur:partirenturq; uiritim clericis oĩbus:nihilq; cuiuspiã priuatũ esse:sed omnia cõe bonũ distribuerũt.Deniq; cũ hæc:aliaq; multa ꝯstituisset:postq̄ qnq̄es in Decembrio mẽse ordinationes celebrasset:ubi multos & diaconos:& p̄sbyteros:archiep̄os per diuersa loca creauit:post Valeriani & Tybur.atq; Ceci.uirginis martyriũ:& ipse.9.cal.Iunii pro xp̄o martyriũ sumpsit:cuius corpus in cimiterio p̄textati uia tyburtina sepultũ dicitur:post cuius mortem cessauit ep̄atus dies.30.cuius festũ.9.calẽ.Iulii celebrat̃. Vrbano papa.18

❡Martyres pro Christo his diebus passi.

5427 228 ❡Agrippitus illustris adolescentulus:per hoc tp̄s apud p̄nestinã sabinoꝝ urbẽ qndenis iussu alexandri imꝑatoris martyrio coronat̃:ipse enim cũ.15.esset annoꝝ:& amore xp̄i martyrio flagraret ab imꝑatore cõpræhendit̃:& prĩo neruis crudis ceditur:deinde urbis p̄sidi:ut sacrificare cõpelleretur:tradit̃:qui quũ durissimo & squalido carceri statim recludit̃:ubi per.4.dies eidem cibum oẽm negauit:inde eidẽ præsidi exhibitus prunas ardentes sup caput eius apponi iussit:& quũ grãs deo ageret flagellis iteꝝ ceditur:& nudus capite deorsum uerso suspẽdit̃:& bulĩẽti aqua corpus eius ꝑfundit̃:& quũ adhuc martyris xp̄i maxillas fregissent:p̄ses ex tribunali corruens tristem emisit animam.Quo audito imꝑator eũ leonibus obiici p̄cepit:sed feræ mansuetæ factæ pedibus martyris se inclinauerũt.Vidẽtes sceleris ministri:tulerũt sanctũ martyrẽ:& inter duas colũnas gladio ꝑcusserunt:sub die.15.cal.septẽb.corpus uero eius a xp̄ianis nocte sublatũ ibidẽ miliario ab urbe positũ est:in sarcophogo nouo diuinitus inuento.

❡Calepodius aũt p̄sbyter sanctissimus:& ipse ab Alexandro prædicto imꝑatore per hoc tp̄s Romæ interfici pro xp̄o iubetur.Eius corpus per ciuitatem ignominiose pertrahi:& in tyberim iactari p̄cepit:cuius natale.6.idus maii celebratur.

❡Palmachius Ro.cõsul cũ uxore & filiis:ac aliis ꝓmiscui sexus nũero.42.Sifrq; cũ Simplicio senatore Ro.uno eodẽ die iussu alexandri decollatus est.Quoꝝ quidẽ capita ad terrorẽ xp̄ianorũ per diuersas urbis portas suspendi iussa sunt.

❡Martina Ro.uirgo & qdem sanctissima:per hoc tempus cũ eximiæ xp̄ianæ ueritatis & uirtutis esset mulier:ab Alexan.principe compræhẽsa:cũ xp̄m negare oĩno recusaret diuersis:tormentoꝝ generibus eius iussu cruciatur:& cum adhuc in fidẽ ĩmobilis permaneret:gladio cesa:martyrii palmam primo die Ianuarii promeruit.

❡Tyburtius quoq; & Valerianus p̄clarissimi ciues Ro.& ipsi in hoc tumultu ab Almachio urbis p̄fecto cõpræhensi pro xp̄o martyriũ cõstanti aĩo passi sunt:eos enim primũ fustibus durissime cedi fecit:& tandẽ gladio interfici p̄cepit.Maximus aũt uir illustris cũ eis tãdiu plũbatis cesus est:donec spiritũ exhalaret.Celebratur autem eoꝝ festiuitas.18.cal.Maii.

5429 230 ❡Cecilia uirgo Ro.corporeo decore:moribus:magnanimitate:ac sanctitate:& laudabili pudicitia:ac castitate splendida:hoc anno post multos agones martyrium pro christo cõstantissime pertulit:hanc enim cum parentes unicam haberent filiam:cum regiis fere diuitiis Valeriano cuidam patricio nobilissimo iuueni:sed infideli matrimonio copularũt:quem quidem una cum fratre suo Tyburtino ad credendum in Christo perdocuisset: ad martyrium tandem tollerandum induxit:quod cum Almachius urbis præfectus didicisset:eam uinctam ad se adduci fecit:& idolis immolare præcepit:sed cum nollet:& diceret se christianam esse:post multos conflictus iussit eam in balneo calidissimo & bulienti per diem:& noctem concremari:& cum nullam lesionem persensisset iussit ibidem eo in balneo decollari:quam spiculator tribus ictibus percutiens nequaquam caput amputare potuit:sed per triduum superuiuens omnia quæ habebat pauperibus xp̄ianis tradidit:& quos ad fidem xp̄i conuerterat.Vrbano papæ cõmendauit dicens.Triduanas a dño mihi postulaui ĩducias:ut hanc domũ meam ecclesiam consecrares:quibus dictis spiritũ emisit.Corpus autẽ eius sanctus Vrba.inter ep̄os sepeliuit:& domum suam in ecclesiam cõseruit:passa est beatissima uirgo.x.calẽ.decemb.quo die festum celebrat̃.

Quiritius pterea Ro.patricius & ipse una cū Iulia eius matre hac tempestate apud Ro.colitur aliis inumerabilibus secū iunctis martyrium idibus iulii cōpleuerunt: & eo die eorum natale celebratur.

Viri disciplinis excellentes.

Vulpianus iureconsultus uir præstantissimus. Alexandriq; prædicti principis assessor: his tēporibus teste Euseb. propter eximiam eius scientiā atq; doctrinā apud eundem imperatorē maxio in precio habitus est. Et præ cæteris doctoribus uocabula & leges antiquas explanauit: atq; alia multa monumenta scripta post se reliquit. 230 5433

Paulus patauinus fuit in phia & iure ciuili celebratissimus: per hæc tpa floruit: & ad componendam rempu. Romanā superiorū imperatorū uitio & sordibus labefactā: alexandro pdicto impatori plurimū auxilio fuit: & nōnulla ea in facultate cōposuit: quæ adhuc extare uidentur.

Iulium quoq; Frontinum & in omni doctrina scientissimum cum superioribus floruisse: & alexandro auxilio fuisse constat. Nam & ipse multa composuit: & Alexandro ipsi ad res similiter componendas adiumento fuit.

Beryllus quidam arabiæ episcopus uir doctissimus cum eodem (teste Hierony.) floruit. Qui licet postea in heresim quæ Christum ante incarnationem fuisse negat delapsus fuerit: Origenis tamen ope ad ueritatem reductus nonnulla postmodum conscripsit: & quāmaxime epistolas multas: in quibus Origeni ipsi gratias plurimas agit. Extat & eius dialogus & Origenis in quo ab origine reprœhendi de heresi querit.

Triphonem etiam Orige. auditorē & discipulū hisdem tpibus floruisse & librū de uacca Ruffo in deutero. & alia multa cōposuisse diuus Hierony. scribit: Et cū in omni doctrīa eruditissimus eēt uia ad eum Orige. multas dedit epistolas.

Ambrosius quidam græcus diaconus per hoc ipsum tps (teste Hiero.) pfessiōis gloria plurimū insignis fuit: hic primo Martionites eius ab Orige. correptus xpi seruus euasit ictus. Et ppea Orige. ipsa mlta postea eidē dictauit uolumīa: sed & ipse ut erat īgenii elegātissimi uir pluima pposuit.

Minutius fœlix insignis tamē romanus causidicus: & ipse per hoc tps (ut testatur Hiero.) Dyalogum scripsit. In quo xpianum & Ethnicū disputantes inducit: qui octauus iscribif: scripsitq; & cōtra mathematicos librū unum. De quo Lactantius in libris suis meminit.

Origenes ille magnus natiōe alexādrinus Leonidis martyr. filius: & ecclesiæ alexādrinæ psbyter: phōrū atq; theologorū oīum sui tpis princeps: hisdem tpibus (ut tradit Euse. lib. 5. ecclesiasticæ histo.) Alexādriæ floruit: hic cū ab ipsis cunabulis xpianissimus esset: & eminentissimi ingenii adolescens euasisset post pris obitū Christi fideles a tyrānis per tormēta oppressos pro posse fouit: & ad mortē perductos intrepide animauit: indeq; hebionicorū heresim expugnauit: qui xpm ex Ioseph: & Maria natū hoīem purū esse dicebant: ac iudaico ritu seruandū prædicabant: sed & mltos pclarissimos (ut superius monstratū est) heresibus ifectos ad fidei ueritatē sua doctrina traduxit: atq; deo in uigiliis ieiuniisq; ac crebris orationibus seruiens cōsilio euāgelico: unā tantū tunicam induere uoluit: & de crastino oīno unquā cogitauit: per multos ēt annos (ut Euse. refert) Calciamentis uinoq;: nisi ab stomachi releuāda incōmoda abstinuit. Super lectū pterea plumis stratū nunq̄ dormiuit: & a carnibus se oīo abstinuit. Et in tantū castitatis amor fuit: ut cœlo fidei: licet non secūdum sciam se castrauerit: ob cuius doctrinā atq; eloquentiā & sanctissimā uitā: Māmea alexandri impatoris mater xpianissima eū audiēdi desiderio capta ex Alexādria anthiochiam asciuit: & eius mellifluā doctrinā audire uoluit: habebat hic pter alios scriptores. 7. iuuenes septēq; puellas q oēs insimul ex eius ore diuersas scribebant materias: unde & Porphy. ipsum laudans dicit oīa Platōis secreta eū fuisse cōsecutum. Mille nāq; tractatus in ecclesia dei (ut diuus scri. Hiero.) locutus est: in qbus: ut diuo Aug. & Hiero. ipsi placet multū errauit. Ex qbus qdē erroribus origeniana heresis pcessit: dixit. n. xpm qnq; ex maxīa misericordia sua nō solū hoīes sed & apostatas āgelos redēpturū fore scdm illud psalmistæ. Nō ippetuū irascef: neq; in æternū cōminabif. Verūtñ ipse Orige. ut qdam aiūt in qdā epla: quā ad Fabianū papā scribit: pniam de maleplatis agere uidef. Et cās sui erroris in Ambrosiū quēdā emulū suū refundit: qui scripta sua secrete edita & minime correcta in publicū ptulit. Hoc mihi inqt pstiterūt amici mei. Si tacuero reus censear: & si rñdero inimicus iudicabor. Dura utraq; pditio: sed e duobus eligā qd melius est: hæc ille in epla sua. Et ppea multi clarissimi doctores mirifice laudarūt: & quāmaxime Euse. nr & Ruffinus aqleiensis: ac alii multi. Ex libris aūt suis quos ecclesia recipit: ut in cañ. dis. 17. hētur. Hi cōmētarii sunt sup Genesim. Omel. 17. sup Exodū. 13. sup leuiticū. 18. sup nūeri. 28. sup Iosue. 26. sup iudicuȝ. 6. De alchana tractatus unus sup Iob. lib. 3. sup cantica canticorū li. 3. sup eandē Omelias duas: sup Isaiā scripsit Omelias. 9. sup Hieremiā. 14. super Ezechielē. 14. Item sup Mattheū omelias. 26. super Lucā li. 38. sup Ioānem tractatum unum. In eplas Pauli lib. x. sup psalmos omelias. 5. Et de martyribus li. unū edidit. Deniq; anno salutis nostræ. 256. & ætatis suæ. 70. deficiens apud Tyrum sepelitur. 231 5430

Vid ma gnā abstinētiaȝ hois & pniam: ac castitatē.

Excusat se de impositis

Libros ipsius ħ commemorat

Pontianus papa natione Romanus: patre Calphutno post Vrba. ponti. sedit annis. 5. mēsi. 2. & die. 2. Vir qdem optimus atq; sanctissimus: qui instigantibus quibusdā idolorum ministris ex mandato principis captus: & in sardiniam insulā cū philippo eius præsbytero deportatus est: ubi per aliquod tēpus multas calamitates & tormenta pro fide Christi 235 5434

Pōtian⁹ papa. 19

Christi perferens tandẽ occubuit:cuius corpus postea Fabianus põtifex ex magna ueneratione & ppli supplicatiõe romã reportari fecit:& in Calixti cemiterio uia apia sepeliri.iij.cal.deceb.quo die eius festũ celebrari iussum est.Eoq; defuncto sedes uacauit dies decem.

5436 237 ❡ Cyriacũq; papam Pontiano huic successisse:unoq; anno & tribus mensibus sedisse multi ferũt: sed quia cõtra patrum uoluntatẽ papatui cessit atq; cum.xi.uirginũ milibus:quas pene oĩs baptiza uerat Agrippinã urbem cõcessit:in pontificũ cathalago positus non est:cũ tamen & ipsa uirgo existens cum uirginibus illis martyrio coronatus sit.

MAximinus augustus natione Thrax.25.Ro.impator anno.2.ducentesimæ &.53.olympiadis:post Alexandrũ prædictũ Cæsarem imperiũ suscipiẽs imperauit annis.3.hic ex utroq; parente barbaro apud barbaros natus etiam ibidẽ usq; ad pubertatis tẽpora enutritus est:quem postea quã bellum in germania pspere gessisset:mortuo alexandro:milites sine ulla senatus auctoritate principẽ delegerunt:qui adeo magnus:& pcero corpore fuisse dicitur:ut octo pedes excederet longitudinis tanq; pedũ magnitudinẽ habuit:ut postea in puerbium cesserit:cũ de longis ineptisq; pedibus hoĩum eloquimur.Maximini caligam seu calciamentũ requirit.Eamq; ob magnitudinẽ ferunt eum uini amphorã una cœna bibisse:hic sextam psecutionem post Neronẽ exercere cœpit:& quãmaxime in Origenẽ & mameam Alexãdri principis matrem xpianissimam:quoꝝ mortem sũmopere cupiebat.Verum eodem anno quo & christianos persequi cœpit a pupieno quodam noĩe Aquileiæ quam obsidebat:una cum filio etiam nomine Maximino interfectus est.Ferunt in ipsa Aquileiain obsidione fœminas aqleienses tantæ fuisse magnanimitatis:ut cũ nerui & funes iacendas sagittas uiris suis deessent:sibi ipsi capillos capitis pcidisse:& ex ipsis funes arcuũ fecisse.Vñ postea in eaꝝ gl'ia tẽplũ ueneri caluæ senatus dedicauit.

Maximinus Gygantea pceritatis fuit hic & maximis pedibus Magnanimitatẽ fœminarũ hic recitat: uidelicet aqlegiẽsium

5438 239 ANtherus papa natione græcus patre Romulo post pontianum & Cyriacum põtifices sedit annis.3.mense uno & diebus.21.uir optimus(qui Gratiano attestante)statuit episcopum necessitate exigente:& utilitatis causa interposita tñ sũmi pontificis auctoritate ad alium epatum transferri posse:ut habetur in canone.7.q.1.c.Mutatiões episcoporum.Primusq; instituit & mandauit:ut martyrũ res gestæ diligenter exquisitæ a notariis conscriberentur:ut rescriptæ agnoscerenť:quibus gestis:cum unum tantũ creasset episcopum:martyrii palmã & ipse adeptꝰ ẽ:&.3.nonas Ianuarii in cemiterio Calixti uia apia sepelitur:quo qdẽ die eius festum agitur quo mortuo sedes uacauit dies.13.

Antherus papa.20.

❡ Viri disciplinis excellentes.

❡ Porphyrius atheniensis phũs:& quidẽ excellentissimus per hæc tpa maximo in pcio fuit.Qui & si Origenis psbyteri præcipuus amator & laudator fuisset:xpiani tñ nominis acerrimus persecutor fuit.Et ppea multas obtrectationes & blactrationes contra Orthodoxam fidẽ ingessit:quas quidem diuus pater Augu.refellit.Attamen ut idẽ pater Augu.4.de ciui.dei testatur in suis scriptis:posuit deũ patrem & filium ab eo genitum:& spiritum sanctũ ab eo procedentẽ:in quo trinitatẽ pfectam:& eius mysteriũ sensisse uideť:hunc eundẽ non his tpibus:sed multo antiquiorẽ fuisse Augustinus refert:hic inter cætera ysagogas.i.introductiones ad Aristotelis Cathegoras.i.prædicamẽta adiecit:& conscripsit:ac alia multa edidit.

❡ Iulium quoq; aphricanũ iter scriptores sui temporis nobilissimũ:hisdem tpibus fuisse & floruisse diuus Hierony.refert:qui inter cætera de tri.uolumen pergrãde conscripsit.Itẽ de pasca.deq; sabbato:de circunci.de Attalo:& de tpibus lib.5.& ad magnum Orige.epistolam in qua ostendit Susanæ fabulam apud Hebre.non haberi:hic igitur cũ lraꝝ amator & cultor existeret.& diuitiis floreret:apud cæsaream palestinæ urbem bibliothecam insignem sibi cõdidit:& cum honorabilis haberetur dicente Hierony.legatiõem ad.M.Au.An.Cæsa.pro ĩstauratiõe Emaus suscepit qd reædificans nicopolim uocauit.

5439 240 GOrdianus.29.Ro.imperator anno primo.254.Olympiadis post prædictũ Maximinũ tyrãnum adhuc puer imperare cœpit:& imperauit annis.6.nã cum idẽ Maximi.præter senatus auctoritatẽ imperiũ usurpasset:senatus ad deturbandũ eũ.3.declarauit ipẽratores:e quibus pupienus & albinus post scdm principatus annum a militibus interfecti sunt.Tertius uero Gordia.hic adolescens augustus declaratus.6.omnino annis imperium tenuit:qui imperio potitus:ut erat præstantissimi animi uir:confestim parthis bellum intulit:qui iaz ob Ro.dissensiones nitebanť erũpere:quos facile ui & clade superauit:deniq; dum ad triumphuz Ro.rediret:non longe a Ro.finibus philippi dolo occisus est:qui & post eum imperauit.Huius autem principis hæc pcipua fuit laus:quod cũ eruditus uir esset.Bybliothecã maximã extruxit:in qua ad sexaginta duo librorum millia collocauit.

Gordianus. Vidẽ maximã bibliothecam.

5440 241 FAbianus papa natione Roma.ex patre Fabiano natus post antherum pontificem:sedit annis.13.mensi.xi.& diebus.xi.Hic mortuo anthero pontifice dum in uia de futuro pontifice deligendo colloquereť:confestim diuinitus quædam colũba supra caput eius:ut Martinus tradit:astitit dicens:Romæ eps coronaberis.Et diuinitus sic electus statim.7.diaconibus regiones diuisit qui martyꝝ res gestas sũma diligẽtia inuestigarent:& scripto mãdarẽt.Inde quoq; in cemiteriis pro eoꝝ martyꝝ dignitate ædificauit.Cõstituitq; Gratiano te-

Fabianꝰ papa.21.

ſtante:ut nullo appellanti ſe referretur pœna:ut habetur in cañ.2.q.6.c.appellantem.Voluit item quod quilibet poſt datam contra eum ſententiam poſt ſe appellare:ut.2.q.6.c.Licet ſtatuit.item ſi quis Sacerdoti alicui ullam iniuriam inferret:in excõmunicationis ſententiam incideret.3.q.i.ca. Deus:Mandauitq;:ut ubi crimen admitteret:ibi quoq; & rei mulctarent.3.q.6.c.Vbi ſemper.Et ut accuſatus non niſi in foro ſuo iudicaret:ut hẽtur.3.q.6.ca.ſiquis.Vetuit etiam ne quis ſimul & ſemel:teſtis & accuſator & iudex eſſet:ut.4.q.4.c.Nullus.Vetuit quoq; ne quis ex conſanguineis uxorẽ duceret uſq; ad quintũ cõſanguinitatis gradũ.35.q.4.c.De ꝓpinquis.Voluit ꝓterea:ut quilibet xpianus ter in anno ſe cõicaret.ſ.in paſcate reſurrectiõis:pẽthecoſte & natiuitaris dñi:ut de cõſe.di.i.c.Et ſi non.Et ut ſingulis annis ſanctũ chriſma in cœna domini renouaret:& uetus in eccleſia cõbureretur:de ꝯſe.di.3.ca.Litteris ueſtris:huius tpe nouatiana hereſis ortũ habuit:quã & mſto labore exterminauit.Deniq; quum multos diaconos præſbyteros atq; epos per diuerſa locã creaſſet:ſub Decio cæſare martyrio coronatus:in cemiterio Calixti ſepellit:cuius natalicium una cum diuo Sebaſtiano .14.calẽ.febru.celebratur:quo mortuo epiſcopatus ceſſauit dies.6.ad hũc Orige. multis ſublatis hereſibus de ordine fidei ſeruando multa conſcripſit.

¶ Sciſma primum.

¶ Nouatus quidã ſanctæ romanæ eccleſiæ cardinalis pſbyter:his tpibus eccleſiaꝫ dei ſcindere & ꝑturbare curauit:& ne põtificatus in manus Cornelii uiri ſanctiſſimi atq; doctiſſimi deuenire poſſet:quedã Nouatianũ extra eccleſiã pontificẽ ordinauit:& Nicoſtratũ in Aphrica:atq; ita oĩa diuina & humana ꝑturbauit.Et ipſe ab eccleſia ſe ſeparãs:ſe & ſuos ſequaces mũdos.i.ſanctos appellare fecit:apoſtatas ẽt pœnitentes recipiendos eſſe:oĩno negabat & ꝑdicabat:pp qđ & Romæ cõcilium.60.epiſcopoꝶ:totidẽq; præſbyteroꝶ & diaconibus multis celebrari neceſſariũ fuit:ubi & Nouati opinio improbata fuit:ut hẽtur in Decretis.7.q.i.c.Nouatus:quod ſaluatoris noſtri exemplo nemini petenti deneganda ſit uenia:& hoc ſanctæ Romanæ eccleſiæ primũ fuit ſciſma.Aliæ ẽt hereſes huius tpibus pullulare cœpere:& maxĩe helcheſataꝶ hereſis:quæ Paulum apſm reſpuebat:quas oẽs magnus ille Origenes(ut diximus)ſuſtulit. 242 5441

philipp⁹ Philippus huius nominis primus.17.Ro.imperator hoc anno:qui eſt quartus ducenteſimæ &.55.Olympiadis.Gordiano interfecto imperare cœpit:& imperauit annis.7. Hic natione arabs fuit ex præfecto prætorii gordiano per fraudẽ obtruncato:ſuffragiis oĩum creatus eſt imperator:qui antea uxorem nomine Serenã duxerat:& philippum ex ea filiũ ſuſceperat:quẽ quidẽ adepto imperio:ſtatim imperii cõſortẽ fecit:hic itaq; a Fabiano põtifice romano edoctus primus oĩum ex Romanis principibus una cũ uxore:filioq; philippo baptizatus xpi nomẽ confeſſus eſt:quo audito Origenes ad eoſdẽ lr̃as de fide dedit.Ipſis aũt baptizatis & cõfeſſis milleſimus annus conditionis Romanæ urbis expletus eſt:ꝓpter qđ philippus ipſe ĩnumerabiles in circo cõſtituit ſolẽnitates & ludos in campo martio:tribus quidẽ diebus & noctibus populo celebrauit:ubi ẽt cõplurimas beſtias ĩmolauit:ipſos tñ ludos longe ante a Valerio publicola poſt exactos reges inſtitutos de centeſimo in cẽteſimũ annum romani repetebaut:atq; ita agon mille ãnoꝶ exactus eſt.Hos tamen.ſ.patrem & filiũ Decius campi ductor uir perfidiſſimus ambitione ductus ſua ꝑfidia diuerſis in locis poſtea interfecit.Nam patrẽ Veronæ:filiũ uero Romæ occidere per inſidias fecit.Hi nãq; quũ Decium ipſum haberent infenſum theſauros ſuos Fabiano pontifici cõtulerunt:propter quod & odium maximũ Decius in xpianos cõcepit:& eos ubiq; perquiri & interfici mandauit:hic igitur philippus.4.imperii ſui anno urbem ex ſuo nomine in Thracia conſtruxit. 246 5445

5500 301 Marcellus papa natione Ro. patre benedicto post marcellinũ ponti. sedit annis. 5. & mési. 6. & diebus. 21. Qui licet multis malorum turbinibus uexatus fuisset: diuino tamen cultu: ut par erat: inuentus ꝯstituit: Gratiano teste: ne quis generale cõcilium celebrare posset: absq; spál̃i sedis ap̃licæ auctoritate: ut hétur in cañ. 17. dis. ca. Synodũ. Ité uoluit: ut quilibet iudicio grauatus sedem apostolicam appellare posset. 2. qõ. 6. c. Ad romanam. Censuit item ne quis ullo modo iudicaretur: nisi præsentialiter accusaretur uel ꝯuinceretur. 3. qõ. 9. c. Non oportet. Statuitq; præterea: ne quis clericum cuiuscũq; ordinis existens sine sui superioris licentia apud sæcularem iudicem attraheretur: ut. xi. q. i. c. Clericuꝫ. Hic cum priscillá matronam romaná mulierem siquidem sanctitate & diuitiis insignem haberet charissimam: eius suasu cemiteriũ ma Marcellus papa. 31.

Priscilla romana Cemiterium ex noie cōstruit Tituli Cardinalium.25. in roma Lucina Roma.

gnis impensis in uia salaria construere fecit. Deinde ipse titulos.25. in urbe Roma quasi tot diocesses constituit: & quãmaxime ad cõmoditatẽ baptismi: & ad eorum opportunitatẽ: qui ex gẽtibus ad fidem quottidie ꝓuolabant. Eius aũt p̄cibus Lucina nobilissima Romanorum matrona ecclesiã romanam & clerum rerum suarum hæredem instituit. Quod quũ Maxentius Cæsar postea intellexisset: & Lucinã relegauit: & marcellum captum & minis & terroribus ep̄atũ deponere & Christum abnegare iussit: qui quũ maxentii p̄cepta cõtẽneret: iratus Cæsar in uillipendiũ xp̄ianæ religionis ad custodienda animalia eum misit: quo tamen in loco nec consuetas orationes unquã nec ieiunia continua p̄termisit: nec etiam clerum epistolis saltem gubernare destitit. Verum cum ibidẽ captiuus nouem mẽsibus perstitisset: a clericis suis noctu liberatus fuit. Quo audito maxentius denuo Marcellum in stabulũ redegit: ubi cũ incõmode nimiũ habitaret: tandẽ horrore: fœtoreq; ac famis necessitate uitam finiuit. Cuius corpus Lucina in cemiterio priscilla in uia salaria.7.cal. febru. sepeliuit: quo ẽt die eius natale celebratur. Eoq; mortuo sedes uacauit dies.20.

¶ Decima in xp̄ianos persecutio iam octo annis a quodã Veturio militũ mag̃ro excitata: hoc anno Dioclitiani & maximiani iussu per oẽs orbis partes permittit̃: quæ quidẽ persecutio omnibus p̄cedentibus ĩmanior & diuturnior fuit. Decẽ nãq; annis perdurãs adeo acerbissima extitit: ut intra.30.dies ad.20.hoĩum milia: ut Euseb. refert: per diuersas mundi prouincias martyrio coronarentur. Ea quippe persecutio primũ in asia apud nicomediã ciuitatẽ ob incendiũ quoddã domus regiæ fortuitu cõflagrata initiũ sumpsit: existimans enim imp̄ator quod id incendiũ opere xp̄ianorum factũ fuisset: contra eos uehementer exarsit: & multos interfici: plærosq; uiuos in ignem mitti iussit: & ecclesias uastari: scripturasq; sacras succendi & exuri mandauit. Hanc quippe sæuitiã quã Dioclitianus in oriente & in syria: aphrica: ægyptoq; exerceret: multo magis Maximianus in occidente exercuit: quia nullũ tormenti genus fuit: quod idem iniquissimus & malignissimus christianis non adhibuerit: & quum innumerabiles ubiq; extincti fuerĩt: infrascriptos clariores passos hic connumerare censui. Et primo. 305 5504

¶ Adauctus quidam romanus patricius uir christianissimus atq; sanctissimus apud phrygiã martyrium hoc modo suscepit: ibidem nãq; constitutus: cum quãdam ciuitatem cõuertisset: quã postmodũ dioclitianus exuri fecit: quia ip̄e idolis sacrificare renuit: a carnificibus captus p̄rio occecat̃: deinde flagellatur: & postremo capitis obtrũcatione martyr efficitur.

¶ Alexãder miles strẽnuus ex sacra thebeorum legione unus: per hoc tp̄s apud bergomũ ciuitatem nostram cum xp̄i domini nostri nomen constantissime prædicaret: post ĩnumerabiles uirtutes ibidem operatas.7.calen. septemb. abscisione capitis martyrium gloriosissime compleuit. Cuius quidem sanctissimũ corpus grata uidua affectuose colligens in ꝓprio prædio sepelliuit. Quo etiã in loco postea celeberrimũ in eiusdẽ sanctissimi martyris honore tẽplum extructum fuit: quod nunc usq; uetustissimum extare uidetur.

¶ Agnes clarissima Ro. uirgo qdẽ memoratu dignissima: hac p̄secutione testante Ambro. apud Romã.13. ætatis suæ anno mortẽ perdidit: & uitam inuenit: quia solũ uitæ dilexit auctorẽ. Capta igitur a quodã Semproniano urbis p̄fecto post minas & terrores ac uerbera plurima in ignẽ cõtecta: sed minime læsa: tandẽ gladio in pectore percussa.7.cal. febru. martyrii palmã adepta est. Hãc quippe quum idem Sẽpronianus scortari uellet: & ad lupanar nudã perduci fecit. Quæ turpitudinis locũ ingressa: angelũ domini præparatũ inuenit: qui eam ĩmenso lumine circũdedit: adeo ut nullus ingrediens præ nimio splendore unquã uidere: aut contingere eam potuerit: ad quã cum præfecti filius ingressus fuisset: ab angelo p̄focatus est. Sed illa postmodũ orante iuuenis ille reuixit. Deniq; illa mortua & sepulta: cũ parentes eius assiduis pnoctationibus ad ipsius sepulchrũ uigilarent: uiderunt in medio noctis silẽtio beatã Agnetem in exercitu maximo uirginũ mirabili ueste fulgentem quæ dixit eis. Videte amãtissimi parentes: ne me quasi mortuã lugeatis: sed congaudete mecũ & ꝯgratulamini: quia cũ his oĩbus lucidas sedes accepi: & illi sum desponsata in cœlis: quẽ in terris posita tota aĩ intẽtione dilexi. Quibus dictis Agnes cũ exercitu disparuit. Quæ uisio postea diuulgata est: & usq; in hodiernũ diẽ hæc uisio uenerabiliter recensetur.

¶ Anastasia etiam illustrissima Ro. mulier publii cuiusdã potẽtissimi Ro. uxor his tp̄ibus ab ipso publio cōp̄hensa post diutinam custodiam in carcerẽ pro xp̄o macerata: tandẽ cum.cc. uiris & septingentis fœminis ad insulas palmarias delata ibidẽ post uaria supplicia ipsa igni tradita est: sed & reliq eodẽ die: qui fuit.8.cal. Ianua. uariis cruciatibus extincti sunt. Hæc.n. quũ bonarum lr̃arum eruditissima esset: de eius p̄secutione ad diuũ Grisogonum martyrem ipsius multæ extant ep̄læ eruditione & eloquentia plenæ.

¶ Barbara autem uirgo nobilissima & ipsa his temporibus in thuscia post dura carceris macerationem: neruorumq; cesionem: ac lampadarum exustionem: necnon & mamillarum præcisionẽ: aliorum quoq; innumerabilium tormentorum cruciationem ad extremum.ii. nonas decemb. gladio percussa martyrium consumauit.

¶ Bonifacius martyr: per hoc tempus: ut eius habet historia apud Tharsum Ciliciæ urbem iussu Dioclitiani passus: sed Romã delatus uia latina sepultus est: qui cũ cuiusdã matronæ nobilissimæ nomine aglaes procurator esset: & cum ea in stupro sæpe misceret̃: tãdẽ diuino nutu cõpũctus

non modo

non modo scelus deseruit:uerum etiam ad culpam diluendam per diuersa tormētorum genera ad martyrii palmam ardenter cucurrit:& capitis obtruncatione demum nonis iunii martyriū cœpit: etiam quo die eius natale agitur. Aglaes uero beata hoc audito mundo & pompis eius abrenūciās uniuersa quæ possidebat in pauperes distribuit:& toto tempore uitæ suæ domino in orationib⁹ & ieiuniis seruiuit:a quo postmodum tantam gratiam promeruit:ut in eius nomine multis uirtutum signis claruerit. Superuixitq; post cum habitu sanctimoniali annis.13. & bonis operibus tandem consumata apud sanctum martyrem Romæ sepelitur. aglaes mulier peccatrix

¶ Carpophorus quidam tuscus præsbyter: & Abundius diaconus hac tempestate apud spoletanā ciuitatem compræhensi:primo crudeliter ceduntur:deinde in carcere negato cibo & potu recludūtur:rursusq; eculeo diu toquentur:ac post hæc iterato in carcere macerātur. Deniq; quum nullo modo aquiescere nollent.4.idus decemb.decollantur.

504 ¶ Claudius & Nicostratus: Symphorianusq; ac Simplicius uiri clarissimi:& in arte quadrataria peritissimi. Ro. per hoc tempus uia lauicana hoc modo passi sunt:primo nanq; in carcere trusi:deinde scorpionibus grauissimis cesi: sed cum a fide christi mutari non possent. Dioch.iussu per iudicē in mari præcipitati sunt:& sic.4.calen.octo.martyrium compleuerunt.

¶ Crispinus & Crispianus uiri celeberrimi:sub hac persecutione apud Suesionem urbem capti & iudici præsentati post īmania tormenta sibi a carnificibus illata gladio truncati.8.calen. nouemb. martyrii coronam perceperunt.

¶ Christophorus martyr incomparabilis magnitudinis & uirtutis uir:per hoc quoq; tempus in Lycia asiæ prouincia urbe samona pro christo hic mortem pertulit: primo enim uirgis ferreis attritus flāmisq; exustus fuit:sed cū diuina uirtute salutatus esset: ad ultimum sagittarum ictibus confossus martyrium tandem.8.calen.augu.capitis obtruncatione compleuit.

¶ Cosmas & Damianus christianissimi uiri ac celeberrimi medici:apud Egeam ciuitatem cōpræhensi hoc tempore post uincula & carceres:post maris demersionem: atq; ignem lapidationemq; ac sagittas diuinitus superatas capite pressi sunt. Martirizati sunt autē beati Cosmas & Damianus Antimus leontinus & Cupreptus quinto calendas octo.hoc est uigesimoseptimo die meñ.septēb.

¶ Catherinā ægyptiacam præclarissimam uirginem:his temporibus floruisse & martyrium pertulisse eius tradit historia.hanc qppe generoso sanguine ortam inuenio: cuius pater noīe costa in urbe Alexandria rex fuit:a quo & si maximū patrimoniū accepisset:& in pupillari ætate patre ipso rege orbata fuisset:nō tñ inter diuitiaꝝ delitias ocio & molliciei fœminæ deditam fuisse cōperio: qn īmo & si præceptorem ignoremus:tanta eaꝝ reꝝ scīa præditam legimus:ut mirabile uisum sit qꝫ in tam tenera ætate:ut eius refert histo.cum omnibus certamen disputationis suscepit. Nam tam uersatilis ingenii erat:ut in omnibus per uarias syllogismoꝝ conclusiones allegoricæ: methonomicæ: disertæ ac misticæ responderet: hæc itaq; præclarissima uirgo:adhuc in paterna domo apud Alexādriam existens feruente adhuc Dioclitiani persecutione.& Maxentio cæsare maximiani filio ibidē existēte:quum aliquando quosdam xpīanos flentes metu mortis conspexisset:ad prophana sacrificia impelli uæhementi cordis dolore sauciata ad cōspectum Maxentii audacter accessit:& eum de crudelitate durius increpauit:propter quod iratus cæsar iussit eā in custodiam recludi: cui angelus domini apparens dixit. Constanter age grata deo puella:quia tecum est dominus pro cuius honore certamen suscepisti. Ipse.n.impetum uerbi infundet in os tuum:pro quo aduersarii resistere non ualebant:quinimo per te multi conuersi ad christum cum palma martyrii introibunt:quod & factum est:quia & quinquaginta philosophos & porphyrium Maxentii necessarium: ac ipsius cæsaris uxorem:atq; alios utriusq; sexus innumerabiles disputationibus & doctrinis christi iugo subdidit: & ad cælestia regna martyrium præmisit:illaq; diu rota eculeoq; uexata:& rotarum gladiis dilaniata: & ob hoc a christo desponsata:tandem obtruncatione capitis martyrii coronam adepta est:cuius quidem sanctissimum corpus angeli confestim rapientes in monte synai detulerunt:& ibidem diuinis obsequiis honorificentissime sepelierunt:cuius quidem natale celebratur.8.calē.decēbris.

¶ Cyriacum quoq; dyaconum cum largo & smaragdo nobilissimum uirum per hoc tempus cum aliis uiginti Romæ in uia hostiensi passos eorum historiæ tradunt:ipse.n. Cyriacus quum dioclitiani filiā nomine arthemiam a dæmonio liberasset:& dño nostro iesu christo per baptismum consecrasset:atq; similiter Iobiā saporis persarū regis filiam:a dioclitiani filio tentus est cum aliis xpīanis: & in custodiam missus. Indeq; paulopost per iudicem Carpasium eductus primuꝫ caput eius pice reliquata pfundi fecit:& iterū in carcerē retrudi. Et post dies quattuor rursus e carcere eductus in catasta ipsum extendi fecit:& neruis crudis durissime cædi ꝓcepit: quibus gestis iussit illum dioclitiani filius cum Largo & Smaragdo & aliis uiginti capite obtruncari:quorum corpora beatissimus Marcellus papa una cuꝫ Lucina matrona xpīanissima in prædio suo uia hostiensi miliario ab urbe Roma.7.sepelierunt.6.ſ.idus augusti quo die eorum natale celebratur.

¶ Dominus qdā uir sanctissimus his tpibus cū psecutionis rabiē declinare uellet a satellitibus maximiani protinus compræhenditur:& iudici præsentatur:qui statim extra urbem in uia claudia eum ꝑducens.7.idus octo.gladio ipsum percuti fecit:& cum gloria martyrii ad christum destinauit.

¶ Dorothea quoq; uirgo gloriosa apud Cæsareā Cappadociæ urbem per hoc tp̄s compræhēsa ꝑ

christo hoc modo martyrium ꝑtulit: primo nanq; in equul eo diu uexata: deinde palmis durissime cæsa ad ultimū capite punita fuit: in cuius quidē cōfessione: cū quidā scolasticus noīe Theophilus fuisset conuersus a carnificibus stati cōphendit: & ad suppliciū ꝑducit: cūq; & ipse ab eisdem grauissime diu tortus fuisset: nec a fide nullatenus diuelli posset: nouissime eodem die gladio cæsus est quorum festum .8. idus februarii celebrari iussum fuit.

❡ Eulalia quædā hispalensis uirgo: ꝑ id tp̄s cū .13. tm̄ esset ānoꝝ: in ciuitate emerita pro xp̄i cōfessione Daciani p̄sidis iussu primo equuleo suspensa & exungulata: demuȝ quum ardentes ad utrumq; latus admotæ fuissent: igne hausto .4. idus decemb. deo spiritum reddidit.

❡ Eleutherius qdā clarissimus miles sub hac ꝑsecutione apud Nicomediā Asiæ urbē cū aliis innumerabilibus martyr efficit: e qbus alii gladiis obtruncati: alii ignibus cōcremati aliiq; in mari p̄cipites pati: postremo & ipse Eleutherius hic cū diu per singula corporis membra cruciaretur: & semper ualidior efficeretur: demum uelut aurum ignibus examinatum: sexto nonas octobris cum palma martyrii paradisum introiuit.

❡ Euphemia uirgo nobilissima tēpestate hac apud calcedonensem Asiæ urbē a ꝓconsule quodaȝ noīe prisco: cū aliis .70. cōprꝗhensa: cū deo marti īmolare nollet: oīa tormētoꝝ gn̄a in e a expēdit: quæ oīa pro xp̄o cōstāter ꝑtulit uidelicet: carceres: uerbera rotaꝝ: argumēta: ignes lapidū angulariū pōdera: bestias: uirgarū plagas: ac secures: & igneas sartagines: rursumq; a bestia morsa īmaculatū spiritū deo reddidit. Cuius corpus mater noīe Theodora: & philophion p̄r sepelierunt. Cōpletū est aūt Euphemiæ martyriū decimosexto calendas octobris. & eo die eius natale celebratur.

❡ Eupulus siculus diaconus isto tp̄e in cathania urbe a maximiāo īpatore cōphēsus cū diutissime ꝓ xp̄i cōfessione cōtortus fuisset: tādē martyrii palmā gladio cedēte pridie idus augusti percepit.

❡ Fœlix qdā apuliæ ep̄s cū Adaucto & Ianuario p̄sbyteris: necnō & Fortunato ac Septīo lectoribus his temporibus in uenusia urbe apuliæ cōprꝗhensi: cum ibidem multis diu uinculis & carceribus fuissent macerati: Indeq; quasi ꝑ totam aphricam & Siciliam cum multis afflictionibus perducti: tandem nonio calen. nouēb. occisione gladii sunt consumati.

❡ Fœlix itē alter & Fortunatus germani hac ꝑsecutione apud aquileiaȝ urbē pro xp̄o passi sunt. Hi quippe in Eculeo suspensi circa eoꝝ latera ministri diaboli lapides ardentes apposuerunt: qui qdē diuina uirtute fuerunt extincti: quo uiso ex Eculeo eos amouentes feruenti oleo illos perfuderunt: sed quum minime fuissent lesi: data sententia .3. idus iunii capite obtruncati sunt.

❡ Georgius tribunus & uerus xp̄i miles hoc tp̄e in ꝑside ciuitate Diospoli ueluti alter Curtius Ro. & codrus atheniensiū rex pro patriæ suæ liberatiōe sese internitioni ad draconis occisionē & martyrii tolerantiā dedit: quippe interfecto dracone opus Eculei extensionē totiusq; corpis lacerationem: & uiscerū effusionē: ac salis cōfricationē: necnō & alioꝝ tormentoꝝ perpessionē ad ultimū martyrium capitis abscisione cōpleuit: cuius quidē passionis gesta: & si inter apocriphas scripturas cōputaretur: ipsius tn̄ illustrissimū martyriū inter coronas martyrū dei ecclesia uenerabiliter honorat: ut ex decreto niceno patet: sicut habet in cañ. 15. di. c. Sancta ro. ecclesia. De quo diuus ambro. sic ait: Georgius fidelissimus xp̄i miles: dum xp̄ianitatis professio tegeret: solus inter christicolas dei filium cōfessus est: cui & tantā fidei cōstantiā diuina gratia cōcessit: ut ex tyrannicæ ptātis præcepto cōtenderet: & innumerabiliū nō formidaret tormenta pœnaꝝ. O fœlix inquit & inclytus dn̄i præliator: quē nō solū tp̄alis regni blanda nō ꝑsuasit promissio: sed ꝑsecutore deluso simulachroꝝ eius portenta in abyssum proiecit: huius aūt inclyti martyris caput: quū postmodū Venetiis delatū fuisset: in eius honore monasteriū & ecclesia erecta fuit: quod nunc usq; maxima cū ueneratione perseuerat. Eius autem natale octauo calendas maii ab omnibus christicolis celebratur.

Diui ambrosii archa ī laudē huius

❡ Gorgonius Romanus miles his tēporibus cū apud Nicomediā existeret: & dioclitiani ꝑsecutionem: quā christianis inferebat plurimuȝ detestaret: ab īperatore captus iussus est. & suspendi: & fragris toto corpe laniari: & uisceribus eius pelle nudatis acero & sale ꝑfundi: deinde eū in craticula impositum mādauit crudeliter assari: sed adhuc eo superuiuente .5. idus septē. laqueo fecit eū necari: interiecto deinde tempore corpus eius Ro. delatum uia latina sepultum est.

❡ Geruasius & protasius germani natione mediolanēses: patre Vitalo uiro sancto: & matre Valeria uno pergeniti: hac tumultuante procella in eadē mediolanēsi urbe a quodā anastasio comite sūt passi: hi nanq; parentibus orbati: confestim uniuersum patrimoniū uendiderūt & paupibus arrogarunt: & sese in uno cœnaculo cōcludentes per .x. annos ieiuniis & oratiōibus ac lectionibus cōtinuis deo seruierunt. xi. aūt anno ab eodē Anastasio cōprꝗhensi ad palmam martyrii ꝑ diuersa tormenta peruenerunt: nā idem comes primū tandiu plumbaris cædi fecit: donec sp̄m exhalaret. Alterū uero fustibus cæsum capite truncari fecit: quorum corpora cum annis multis incognita fuissent. Ambro. domino reuelante incorrupta adeo reperiit: ut eo die interēpta fuisse uidebātur: martyrizati autem fuerunt hi beatissimi martyres sub die tredecimo calendarum Ianuarii.

❡ Genesius iteȝ Ro. miles hoc tempore a Dioclitiano captus Romæ eius iussu crudelissime cæditur: postea in eculeo leuatus crudelem in modum uirgarum diutina laceratione uexatur: ac lampadibus ardentissime inflammatur: Et cū in fide christi præstātissimo animo persisteret: diceretq;. Nō est rex præter Christū pro quo si millies occidar ipsuȝ mihi de corde minime auferre potens. Itaus

Dioclitianus ei caput octauo calendas septēbris auferri præcepit:& eo die eius natale ecclesia agit.
Hadrianus qdam Ro.p hoc tps apud Nicomediam ciuitatem cū alis uiginti tribus post multa & imanissima supplicia sexto idus Septembris crurifragio martyrium consumauit.
Heraſmus cāpanus eps:uir illustrissimus atq; sanctissimus hac tēpestate iussu Dioclitiani primo plumbatis & fustibus grauiter maceraē & dilaniaē:deinde resina sulphure plumbo pice oleoq; perfundiē:sed minime lediē:quo miraculo multi ac multi cōpuncti idolis abrenūciantes xpiani effecti sunt:ipm aūt inuictissimū martyrē accipiētes cū imēso ferri pōdere in carceribus arctissimis incluserunt:a qua qdē etiā angelus dñi paulo post eduxit. Sed cū adhuc eius clarissima uulgarentur miracula:rursus a Maximiano imperatore detineē & diuersis suppliciis torquetur. Iterumq; in olla:quæ plumbo pice resina & oleo feruefacta fuerat: missus diuina uirtute illesusq; euasit: tandem deo uocante tertio nonas Iunii sacro fine quieuit.
Hylaria matrona clarissima sanctissimæ Aphræ uirginis mater: hisdem tpibus cū in augustana Italiæ ciuitate ad filiæ pdictæ sepulchrū cū Digna & Cumenia atq; euprepia sacris uirginibus excubaret.ibidem accenso igne pro constantia fidei pridie idus augusti exhausta fuit.
Ianuarius Beneuentanæ urbis eps:p hoc tēpus & ipse cū diaconibus:q̄sto & proculo:ac aliis cōpluribus post uincula & carceres.13.calendas octobris capite cesus occubuit.
Ioannē quendā eruditissimū uirū his turbinibus apud Nicomediā ciuitatē hac de cā passum fuisse tradunt:ipse eni cū eloquētissimus esset:fidei calore succensus:cū aliqñ quendā librū in manibus impiorꝫ uidisset:in quo qdē tyrānorꝫ crudelia edicta cōtra xpianos descripta erāt: iniecta manu a manibus ipiorꝫ detraxit:& raptū cōfestī discerpsit:quod cū dioclitiano & maximiano iperatoribus in eadē urbe cōstitutis relatū fuisset:ita pciti oīa suppliciorꝫ genera in eū donec expiraret expēdi iusserunt:quæ sane uir dei:ut erat aīo nobilis:tanta cū uultus & spiritus alacritate ad finē usq; ptulit: ut nec tristis quidē pro his uideri potuisset: passus est ita dignissimus athleta septimo idus sept. quo die eius festum honoratur.
Iulianus quidā genere antiochensis uir xpianissimus p id ipsū tēpus apud Ro.urbē cū Basilissa uirgine a Dioclitiano iperatore crudelissime passus fuit: horꝫ duorꝫ certe miræ leguntē & referunē passiones cū quibus fuit uenerabilis multitudo sacerdotū & ministrorꝫ ecclesiæ xpi:quæ qdē pp immanitatē psecutionis ad eos cōfugerat:concremata est:post quos etiā Ant.pſbyter: & Celsus puer una cum matre ac alii complurimi qui omnes quinto idus Ianuarii mortem pertulere.
Iuliana ēt uirgo præclarissima natiōe comensis:hoc ipso tpe apud Comū cisal.galliæ urbē suam capta martyriū sæuissimū ptulit:& cū gl'ia martyrii padisum itroiuit: qppe cū uaria tormēta primū cōstātissime ptulisset:postea palā cū diabolo ɔflixit:& de ipo clarissime triūphauit. Indeq; flāmas igniū & ollam feruētē superās palmā martyrii capitis obtruncatione.14.calen.Martii adepta est.
Leocadia quoq; celeberria uirgo his tpibus a Daciano hispaniæ pfecto: tanq̄ xpiana capiē: & apud toletū urbē carceri mācipaē:ubi cū grauissimos brē Eulaliæ & reliquorꝫ marty. audiret cruciatus:positis in oratione genibus.5.idus decēb.impollutum deo reddidit spiritum.
Lucina uirgo deo deuota natiōe sicula & speciosissima iter cæteras isulæ illius uirgines:hac psecutione apud Syracusanā ortus sui ciuitatē passa fuit:hāc mater nomine Euticia: primo cuidā præclaro iuueni desponsauerat:sed receptis:uisisq; beatæ Agathæ martyris miraculis rogauit matrē ne de cætero sponsum eidē noiare dignareē:quā quidē gratiā obtinere tandē promeruit: at illa confestim amplū patrimoniū paupibus:& uiduis & orphanis distrahere fategit:quo audito spōsus in iudicio pascasii cōsularis litē ꝑponit dicēs:spōsam xpianā esse:& cōtra leges uiuere augustorꝫ:quam idem pascasius corripiens ad sacrificia dæmonū psuasit:cui illa sacrificiū uerū & imaculatum apud deū & patrē:hoc est uisitare pupillos:& orphanos in tribulatiōe eorꝫ paschalis dxit: patrimoniū tuū cū corruptoribus expēdisti:& iō q̄si meretrix loq̄ris:& nisi meis dictis obtēperaueris faciā te ad lupanar tanquā scortū adduci:& statim lenonibus præcepit illā ad lupanar trahi:quā qdem spiritus sanctus tāto pōdere fixit:ut pœnitus moueri nō posset:etiā adhibitis funibus & plurimis bouū paribus. Deniq; etiā cū picē:resināq;:ac feruens oleū illesa ptulisset:gladiū in uisceribus mergi præcepit: ac sic idibus septēbris spiritū emisit:cuius passione & sctitate eadē syracusana ciuitas semp decorata ē.
Menna miles ægyptius nobilissimis ortus natalibus:p hæc tpa in Scythia Metropoli phrygiæ salutariæ passus est.Nā postquā hic cælesti regi in eremo secreta cōuersatione studuit militare ad publicū ꝑcedens:se xpianū esse libera uoce declarauit: quod audiens pyrrhus dux iussit eū apprehēdi & suis aspectibus præsentari:cui dixit sacrifica diis:& oīa quæ p ignorantiā gessisti ignoscenē tibi: qđ cū obtēperare nollet:eo iubēte tādiu neruis & diris cruciatibus cesus est donec plateæ locus sanguine ipsius cædereē.Deinde in eculeo leuatus & exungulatus lāpadibus aduriē: deinde depositis ligatis manibus & pedibus p sudes ferreas trahi præcepit:qui oībus in rebus & cruciatibus usq; ad finem in laude & cōfessione oīpotentis dei imobilis pmansit.Deniq; data sententia gladio animaduerti iussus fuit:cuius corpus cū igni traditū fuisset:e medio a christianis furtim ereptū mundis linteaminibus debita ueneratione in cemiterio tertio idus nouembris conditum est:postea in Constantinopolim translatum digno honore nunc ueneratur.
Methodius primum olympiade:& postea Tyri ciuitatum episcopus his temporibus in Calcide

ciuitate quæ Nigropontum appellatur:ut diuus scribit Hierony.martyrio coronatur: qui cum eruditissimus esset uir multa edidit documenta: & præsertim.

Contra porphytum	li.2.	In genesim	li.i.
De.x.uirgi.Symposiũ	li.i.	In cantica cãticoꝝ	li.i.
De resurrectione	li.i.	Chronicam	li.i.
De phitonissa	li.i.	De nouissimis tẽporibus	li.i.
De exitu animæ	li.i.	Qui incipit sciendũ nanq̃ est fratres : & hic liber nũc	

in lucem cum expositione pulchra æditus est:passus aũt fuit hic Methodius.14.calen.octobris.

¶ Marcus & marcellianus germani & ciues romani sub hac ꝑsecutiõis rabie a quodã Fabiano duce cõpræhensi:statim ad stipitẽ ligari iussit:& in pedibus eoꝝ acutos sudes infigi præcepit:sed cum nõ cessarent:laudare nomẽ dñi nñi iesu xp̄i lancea ꝑ latera eos trãsfigi mãdauit:quo uulnere.14.calen.Iulii cũ gloria martyrii ad cœlos uolarũt.Maximus qdã & Claudius uiri clarissimi ꝑ hoc ip̄m tẽpus cum præpedigna uxore primi & duobus filiis in urbe Hostia a satellitibus Dioclitiani tenti in exilium deportantur:&.12.calen.Martii incendio concremantur:ac sic eo incendio odoriferũ martyrii sacrificium deo obtulerunt.

¶ Mauritius & Exuperius cãdidus ac uictor cũ Inno.sacræ thebeoꝝ legiõis primicerii illustrissimi ꝑ hoc tẽpus iubẽte maximiano in Gallii ciuitate:sed uno loco qui dicit̃ agaurius cũ sex millibus sexcentis sexagintasex pro xp̄o gloriosissime martyrio coronat̃:hi nãq̃ ex oriẽtalibus ꝑtibus in auxiliũ ĩn maximiano accersiti in galliã uenerãt:uiri in rebus bellicis strẽnui:uirtuteq̃ nobiles : sed fide nobiliores:qui erga ĩperatorẽ fortitudine & erga xp̄m deuoti esse certabãt: hos itaq̃ maximianus augustus quũ ad dilaniandos xp̄ianos destinasset:suis præceptis nequaq̃ obtẽperare uoluerũt : ꝑp q̃d indignatus Maximianus iussit eos pluribus in locis diuersis cruciatibus ĩterfici:hoꝝ aũt primicerio & multoꝝ socioꝝ corpa post multos passionis suæ ãnos sc̃õ cuidã ep̄o noĩe Theodoro reuelata in eoꝝ honorẽ ibidem basilicam fabricauit.Eorum aũt natale decimo calendas octobris celebrat̃.

¶ Petrus quidã alexãdrinus ep̄s:uir oĩbus uirtutibus ĩsignitus:& in diuinis scripturis nulli prioꝝ hominũ ĩferior:ꝑ hoc ip̄m tẽpus ueluti dei sacerdos & hostia Dioclitiani iussu subito rapitur.&.7.cal.decemb.capite truncatur.passi sunt autem cum eo alii plures episcopi:& clerici cum laicis fere sexcenti sexaginta trucidati sunt.

¶ Pantaleon uir illustris: & medicinæ artis eruditus : & ipse hoc tꝑe apud Nicomediã ciuitatẽ pro fide xp̄i eculei pœna:& lãpadarũ exustiõe mirummodũ eructatus est : sed ĩter hæc dño sibi apparente aliquãtulũ refrigeratus est. Tãdẽ ictu gladii.5.cal.augusti martyriũ cõsumauit.Hic cũ ab Hermolao præsbytero baptizatus fuisset:multa miracula fecit: propter quod & patrem suum ac senatorem Eustorgium christi fidei subiugauit.

¶ Primus & Fœlicianus ciues romani uiri religiosi hac ꝑsecutiõe põtificibus tẽploꝝ apud Diocli. accusati q̃d essent xp̄iani cõpræhẽdunt̃:& ferro uincti in carcerẽ recludunt̃ : qbus statim affuit angelus dñi qui eos cõsolatus fuit:post aliquot uero dies ad herculis phanũ ꝑducti:eũ nollent sacrificare:grauissimis pœnis sunt affecti:uerũ cũ nulla rõne possent eos mouere: ut sacrificarẽt : duxerũt eos extra ciuitatẽ uia numẽtana miliaria.13.ferro uinctos:ubi nũc paria sit̃:nũc separati diuersa & exq̃sita ꝑferẽtes tormẽta:tandẽ simul.8.idus iunii Fœlicis uitæ cursum gladio aĩaduersi ꝯsumauerũt. Hoꝝ aũt corpa nocte a christianis sublata ad arcus numentanos iuxta arenarium sepelierunt.

¶ Petrus quidã exorcista & arcellinus præsbyter eodẽ ãno Romæ ĩ carceribus cõstituit cũ multos ad fidẽ xp̄i suis eruditiõibus & exẽplis ꝯuertissent:post uaria tormẽta.4.nonas iunii sunt decollati.

¶ Pamphilus aũt græcus p̄sbyter Euse.cæsariensis necessarius insignis quidẽ theologus sub hac ꝑsecutione testãte Hiero.apud Cæsareã palestinæ urbẽ passus est:cuius quidẽ uitam idẽ Euse.tribus uoluminibus egregie cõscripsit:hic adeo diuinoꝝ uoluminũ fuit cupidus:ut magnã ꝑtem libroꝝ Origenes manu sua descripserit:quos quidẽ diuus Hierony.in cæsariensi bibliotheca tanta auiditate se uidisse & legisse dicit:ac si Cresi regiã se cõsecutũ fuisse.Scripsit ãt hic pãphilus apologeticũ ꝑ Origene:& alia multa:passus est aũt hic btissimus maryr p̃rio die meñ.iunii quo die eius natale celebrat̃.

¶ Petrus etiam Alter Dioclitiani cubicularius:hisdem temporibus apud Nicomediam ciuitatem. Dioclitiano ibi existente passus est:hic cum liberius redargueret de immensis martyrum suppliciis & id etiam præsente Dioclitiano in medium proferret:iratus imperator iussit eum suspendi: & flagris diutissime torqueri:deinde aceto & sale perfundi:& postmodum tandiu in craticula assari:donec emitteret spiritum.Ac sic iste uere petri & fidei & nominis extitit hæres.

¶ Quintus item gallus miles:per hoc tempus:in oppido uia mandensi.2.calen.nouemb. a maximiano imperatore martyrium pertulit gloriosum:cuius corpus postea post.5. & quinquaginta annos angelo reuelante incorruptum repertum fuit.

¶ Ruffus etiam clarissimus miles Ro.& ipse ob fidei confessionem Romæ a dioclitiano cum omni domo sua:per hoc tempus compræhẽditur:&.4.calen.Decembris:multis plagis affectus Christi martyr efficitur.

¶ Sabin⁹ spoletan⁹ ep̄s sb̄ hoc tumltu apd̄ eãdẽ urbẽ cũ m̃tis clericis:aliisq̃ xp̄iãis ꝯp̄hẽsus:& q̃m axĩe exupãtio & Marcel.diaco.atq̃ Venusião ĩsigni uiro: & ei⁹ uxor̃ ac filiis passus ẽ:e qb⁹ exupãtius & Marcellus

us & Marcellus in eculeo suspensi fustibus grauiter fuerūt mactati: inde eorꝫ latera abrasa ignē adhibentes: martyriū susceperūt: qbus mortuis Venusianus cū uxore & filiis haud multo post gladio necatus: martyriū compleuit. Sed & Sabinus p̄dictus episcopus post manuum detruncationem & carceris relegationem tandiu flagellis cæsus fuit: donec redderet spiritum. Horum deinde natalitia 3. calendas ianuarii celebrari iussa sunt.

¶ Saturninus præterea præsbyter: & sisinius diaconus: per hoc tp̄s Romæ cōpræhēsi in carcere diu macerant̄. Indeqꝫ exhibiti ob xp̄i cōfessionē a præfecto urbis in eculeo leuant̄: & ibidē neruis attra ctant̄: necnō & fustibus ac scorpionibus grauissime cedunt̄. Nouissime cū adhuc supuiuerēt gladio truncati sunt: quibus mortuis eorum corpora uia salaria sepulta fuerunt.

¶ Sebastianus illustrissimus uir: natiōe narbonēsis: & primæ cohortis dioclitiani princeps & moderator: uerusqꝫ dei cultor: hoc qdē tpe cū multos xp̄i martyres exhortationibus aliisqꝫ doctrinis in fide xp̄i cōtinuisset: & trepidas filiorꝫ mētes cōfirmasset: qs esset intrepide cōfessus est. Quo audito statim dioclitianus illū cōpræhēdit: & sub titulo xp̄ianitatis ad Ro. cathacūbas p̄ducere fecit: ubi eū in medio cāpo a militibus ligari & sagittari crudelissime præcepit: & cū adhuc supuiueret: tādiu eū fustigari præcepit: donec spiritū redderet: quo mortuo satellites dioclitiani corpus eius in cloacam proiecerūt. At sebastianus beatæ lucinæ apparuit dicēs. Corpus meū ex tali cloaca leua: & ad cathacūbas p̄duc: & ibi me sepelire facias: quod & factū est. Martyrizatus est aūt hic diuus Sebastianus in urbe Roma: sub die tertiodecimo calendarū februarii. Fuit aūt hic sebastianus præter xp̄ianitatis titulum totius prudentiæ uir: in sermonibus uerax: in iudicio iustus: in cōsiliis prouidus: & in commisso fidelis: ac in uniuersa morum honestate præditus.

¶ Sergius & Bacchus uiri nobilissimi: p hos tumultus apud p̄uinciā: quæ Augusta Euphratesia nūcupat̄ a maximiano augusto hoc modo mortē ptulerūt: primo nāqꝫ bacchū neruis crudis tādiu cædi fecit: quoad usqꝫ totus corpe discerptus & laceratus ultimū emitteret spiritū: quo mortuo statim ea die sergium cothurnis pedibus induens & examinās cū in fide fixū & stabilē deprahenderet: data sententia eum decollari præcepit. Idqꝫ nonis octobris gestum fuisse legimus. Quo quidem die eorum memoria ueneratur.

¶ Susana uirgo sanctissima natiōe dalmatica nobilissimis orta natalibus: Caiiqꝫ papæ neptis: sua hac persecutione Romæ. 3. idus augusti capitis obtruncatione martyriū compleuit.

¶ Tyburius æques Ro. & ipse eadē die cū beatissima susana prædicta Romæ inter duas lauros a quodā iudice Fabiano cōpræhensus est: cuius iussu cū inter ardētes carbones nudis incederet pedibus: & tū maiori cōstātia Christū cōfiteret̄. 3. idus augusti gladio animaduersus est.

¶ Tyberius quidā & modestus atqꝫ Florētia præclarissimi xp̄iani p hos tumultus in territorio agathensi cōpræhensi. 4. idus nouēbris uariis tormentis cruciati: martyriū susceperunt.

¶ Theodorus miles: & uir xp̄ianissimus: p hoc tēpus apud Amasiā marmaritanorꝫ ciuitatē p̄ confessiōe fidei captus: ī carcerē trudit̄: & ibidē fortiter cedit. Sed cū sic nō posset ullo mō a fide diuelli: præpositus quidā noīe Brinca: fecit eū eculeo suspēdi & uncinis ita corrodi: donec eius interiorā oīa nudarent̄. Nouissime data sn̄ia. 5. idus nouēb. ignibus ardētibus cōburēdus traditus est. Quo extincto quædā mulier nomine Eusebia illius corpus colligens: trāstulit in possessionem suam: in loco qui appellatur Euchayta.

¶ Theodosia uirgo nobilissima: & ipsa hoc tpe apud cæsareā cappadociæ ciuitatē: cōfessoribus se ultro in custodia socians a iudicibus detinet̄: & eculei pœna diu ac diu cruciat̄. Sed postq̄ dn̄i uirtute de uinculis & aquis ac bestiis fuit eruta: nouissime capitis abscisione. 4. nonas aprilis martyrium compleuit.

¶ Vitalem & agricolā p hæc tpa apud Bononiā italiæ ciuitatē passos: diuus Ambro. refert. Horum primus. s. Vitalis cū Secūdi esset seruus: a p̄secutoribus primū torus fuit: & cū xp̄m negare cogeret̄: ille animo inuictissimus amplius dn̄m nr̄m iesum xp̄m profiteri cœpit: qui ira succēsi oīum tormētorꝫ genera in eo exercuere: & cū nō esset in corpe eius locus sine uulnere orationē ad dominum fudit: qua cōpleta spiritum emisit. Agricolam uero cū persecutoribus non acquiesceret: cruci affixerunt: passi sunt autem prædicti martyres pridie nonas nouemb.

¶ Vitus pueulus natione siculus: his tpibus: cū modesto & crescentia nutritoribus suis: apud siciliā insulā martyriū ptulit gloriosissimū: Hic quippe Vitus in puerili ætate cū uirtutibus oībus maturus a sacrilego patre: noīe Hyla tentatus fuit: ut a cultura dei recederet: sed cū nollet blādis patris acqescere sermonibus: pœnis grauissimis afflictus est: & cū amplius affligere eū meditaret̄: monitu angelico nauem cōscendit: & comitātibus secū Modesto & Crescentia nutrioribus ad tonagritanum territorium nauigauit: ibidē p aliquod tēpus in orationibus incognitus persistens ad dioclitianū prodente dæmone tandē adductus est: cuius filiū a dæmonibus obsessum cū oratiōibus curasset. dioclitianus illi psuadere cœpit: ut culturā diis īpenderet. sed cū ille suadelis augusti non acquiesceret: arctissimis uinculis ferreis astringit̄: & in carcerē teterrimū includit̄. sed cū in fide xp̄i una cū nutritoribus p̄dictis pmāeret imobilis: iussi sunt ī ollā resina & pice succēsaꝫ iactari: sed cū illesi egressi fuissent: ī catasta eos extēdi īpator iussit: & tādiu cedi dōec eorꝫ ossa disciderent̄: & sic cū cederent̄: exclamauit uitus & dixit. Dn̄e deus me⁹ libera nos: & p̄festī āgelus dn̄i eripuit eos: & pduxit iuxta flu

uium syler:ibidemq orantes:ut dominus in pace susciperet animas suas statim expirarunt. Eorū autem corpora florentia mulier illustrissima collegit:& in loco qui dicitur Marianus cum aromatibus sepelliuit. Passi sunt autem prædicti sancti martyres.17.calendas Iulii.

¶ Victor autem mediolanensis ciuis a primæua ætate christianus:his temporibus cum in castris Maximiani augusti militiæ deseruiret:ad ipsum maximianum tanq̄ christianus perducitur:& cū ab ipsis compelleretur:idolis imolare constanti animo recusauit:propter quod grauiter cedi iussus est:& cum deo protegente doloris expers efficeretur:plumbo bulienti perfunditur:& cum nil etiā ex hoc pœnitus lederetur:iubente maximiano.8.idus maii capite cesus est.

¶ Vincentius leuita uir inuictissimus atque sanctissimus natione hispanus:beatissimi papæ sixti discipulus:diuique Laurentii martyris:scientia & uirtute germanissimus:per hæc quoq tēpora apud Valentiam Hispaniæ seu Cathaloniæ urbem una cum Valerio ipius urbis ep̄o acerbissimū martyriū a daciano p̄ fide ptulit:ita ut cū summa pœna carceris famis iopia:cathenaꝝ stridore:māib9 collo:ceruicibus:ferri pondera sustinens p oēs corporis artus mortalia supplicia pateretur:qd̄ diuus pater Augustinus sermone quodam manifestat dicens:magnum & admirandum spectaculū noster animus cæpit.nec imanissimā & perniciosissimam:sicut solent in theatris quarūcunq nugarū sed plane utilissimam & fructuosissimam uoluptatē oculis interioribus hausimus:cū beati Vincentii passio legeretur. Terret(inquit)uidere inuictam martyris animam cōtra insidias antiqui hostis contra sæuitiam imperii Daciani:contra dolores mortis carnis acerrīa conflictatiōe certantem:& in auxilio diu cuncta superantem:nam Dacianus ipse sanctissimum hominem in eculeo primum leuatū toto corpore distendi fecit:distentumq diuersis uulneribus cruciari:cruciatū etiam pectinibus lacerari: carnificesq ad crudelius sæuiendum uerberibus fecit urgeri. Eiusdem deinde corpus in craticula positum uncinis ferreis aperiri:& ardentes laminas insigni:ac sale ignito aspergi: ac laceratum in teterrimo carcere fecit includi:atq ibi testas acutissimas congeri:in lignoq pedes eius affigi:& sine humano solatio derelinqui:Ea quippe supplicia:multoq maiora diuū Vincentiū præstantissime uincentem diuus pater Augu.quasi admirans alio quodam sermone dixit:Beatus Vincentius uere Vincentius fuit:quia fortissime omnia mortis pericula uicit. Vicit inquā in uerbis:uicit in penis:uicit in confessione:uicit in tribulatione:uicit exustus:uicit submersus:uicit uiuus: uicit & mortuus:quia eo mortuo:ut eius sacra habet histo.angelos ei dixisse ferunt: Agnosce o Vincenti:quia pro cuius nomine uiriliter decertasti:ipse tibi coronam præparatā seruat in cœlis: qui te uictorem fecit in pœnis. Eiusq passionem:nobilemq triūphum cōspicuus uersificator prudentius luculentissimis uersibus expressit. Ac sanctus pater Augusti.huius sanctissimi martyris præconiū quāto sit laudis honore excipiendum multis sermonibus demonstrat. Eius autem celebre festum.xi. calendas Februarii celebramus. 305 5504

Augu. de isto scō uide qd dicat

EVsebius papa natione græcus:patre medico:& ipse medicus post marcellum pontificem:pontifex constitut9 scd̄m Euse.sedit mē.septē:scd̄m uero Damasium annis sex:& scd̄m alios:& præcipue martinū annis duobus mensi.6.& diebus.25.martyrio a maxētio tyranno coronatus:qui & Gratiano testante constituit:ne prophani quos laicos uocamus in iudicium suum episcopum uocare præsumant:ut habetur in canone.2.q.7.c.Laycos uero accusare. Statuit item ne infames:aut sortilegi ullo modo testes fieri possent.ut.3.q.5.c.Constituimus. Cēsuitq puellā tātūmodo per uerba de p̄senti desponsatam monasteriū ingredi posse: & id etiam intelligetur de puero:ut.27.q.2.c.Desponsatam. Hic etiam multos hereticos reconciliauit eis tantummō manū imponēs:cuius tēporibus(ut aiunt)crux domini ab Helena Constantini matre inuenta fuit:& ab ipsa exornata:ac magna ueneratione habita:Et propterea idem statuit festū de crucis iuentiōe ex ppetuo celebrandum:sicut habetur in decretis de cōse.di.3.c.Crucis xp̄i quæ res qūo stare possit ignoro. Veꝝ hic semel tātū ordinationibus in Decembrio mense habitus:sexto nonas octobris martyrio coronatus est:& in Calixti cemiterio sepultus est.

Eusebi9 papa. .32.

q sp̄ōsi possunt ingredi mona sterium

¶ Vi disciplinis excellentes.

¶ Arnobius aphricanus clarissimus philosophus & orator disertissimus:Lactantii Firmiani p̄ceptor his tēporibus:licet ualde senex:etiam in precio magno habitus fuit:qui cum apud aphricā rhetoricā florentissime diu docuisset:etiam aduersus gentes complurima edidit uolumina.

¶ Lucianus eloquentissimus uir & Nicomediensis ecclesiæ præsbyter:per hoc tempus cum non nullos breues de fide edidisset libellos:& ad diuersos epistolas multas:ac etiam in sacrarum litterarum studio multum laborasset:in Heliopoli Bythiniæ urbe pro Christo martyrium constanti pertulit animo.

¶ Iacobus cognomēto sapiēs:Nisibinæ psarū urbis episcopus:multa p hæc tēpora cōposuit:q̄ & i uigintisex cōprahēdunt uoluminibus:quorū tituli isti fuerīt. De fide ꝯtra hereses. De charitate generali. De ieiunio. De sēsu aīæ. De oratiōe. De dilectiōe ꝓximi. De resurrectiōe mortuoꝝ. De uita post mortē. De p̄nia. Humilitate. De satisfactiōe. De uirginitate. De circūcisiōe. De azimo. De b̄ndictiōe. De castitate. De cōstructiōe tabernaculi. De gētiū conuersione. De regno persarū: & de psecutiōe xp̄ianoꝝ:ac multa:Obiit deniq Hiero.teste cōstātii pr̄icipis tēporibus.

¶ Lactātiū fir.ph̄ū & oratorē eminētis. arnobii p̄dci ph̄i discip̄lū hisdē tp̄ib9 floruisse:& magni p̄cii & nominis

& nominis fuisse constat: eo q cum Nicomediæ rhetoricam doceret: a Diocltiano Augusto propter uirtutis sciæ magnitudinẽ uocatus cũ Flabo grãmatico Ro. uenit: ubi per aliquod tẽpus cũ docuisset: tandẽ ob discipulorũ penuriam in extremam paupertatem deuenit: q̃ obrẽ ad scribendũ & componendum libros se contulit: in qua quidem re etiam multum ualuit. Ipse enĩ secundus post Ciceronis tempora ea in disciplina habebatur. Demum in extrema senectute constitutus Cæsaris crispi filii Constantini præceptor in gallia datus est. Cuius libri sunt isti: uidelicet.

De diuinis institutionibus aduersus gentes.	li.7.	Ad probum epistolarum.	li.4.
De ira dei pulcherrimum opus.	li.i.	Ad esclepiadem.	li.2.
De opificio & formatione hominis.	li.i.	De persecutione.	li.i.
Ad Demetriũ auditorẽ suũ epistolarum.	li.2.	Simphosiũ dũ esset adolescẽs	li.i.

Etiam Odepericum de aphrica usq; Nicomediã exametris uersibus. Item alius liber qui Grammaticus inscribitur eidem quoq; expositio in thebaide Statii papinii inscribitur: sed stili diuersitas facit ambiguum.

¶ Eusebius postea cæsariensis episcopus qui ob pamphilii martyris amicitiã pamphilii cognomẽ accepit: eo q cũ eo de Pãphilio diuæ bibliothecæ inuestigator diligentissimus extiterit: uir quidẽ memoratu dignissimus: per hæc tempora tum multarum rerum peritia: tum ingenio mirabili: & apud gentes & apud xpianos inter phõs præcipuus & nobilissimus habitus est: hic cum aliquando arriana heresi laborasset: ad nicenam synodum accedens: spũ scõ inspiratus: patrum sñiam secut⁹ est: ac deinceps usq; ad mortẽ sciſſime cum orthodoxa fide uixit: quamobrem apud græcos fertur eum ex synodi præcepto symbolum maius edidisse. cuius quidem inuẽtioni partes synodi: nec aliquid addiderunt: aut detraxerunt: quibus gestis postea quattuordecim euangelicæ præparationis libros: & in porphyrium phũm acerrimum christianorũ hostem nouem ecclesiasticæ histo. libros scripsit. Indeq; de uita pãphilii libros tres edidit. In Isaia contra porphyrium. xxv. de tẽporibus quoq; chronicarum li.i. Apologias item sex pro Origene composuit. Item cõmẽtarios eruditissimos in centum & quinquaginta psalmos. Demum etiam cum multas scõrũ martyrum & confessorũ cognouisset uitas. xx. li. de eisdem scĩs scriptitauit: & hæc iõ omnia q̃ maxime præparationem euãgelicam scripsisse ferunt: q cum apud gentes præcipuus haberetur phũs: & paternam deorũ religionem ob catholicæ ueritatis amorẽ contempsisset: partim ad respondendum accusantibus suũ propositum: partimq; ad confirmandum christianorum religionem fecit. Fuit deniq; Eusebius hic post conuersionem Constantini magni eidem quoaduixit multa beniuolentia coniunctus.

Symboli maius æditio & euangelica ppa ratiõe liber quare adit⁹ fuerit

5505 306 GAlerius. 37. Roma. imperator: hoc anno qui est tertius. 270. Olympiadis post Diocltianum imperare cæpit: & una cum Constantio imperauit annis duobus. Nam Diocltiano & maximiano ab imperio se abdicatis: Galerius hic & Constantius comes: qui primo cæsares simul: ut diximus fuere augusti facti statim imperium inter sese partiti sunt: & Galerio Illyricum cum Asia & pene totum orientem obtigit. Constantius uero: ut Galliam & Hispaniam gubernandas accepit: quas cum per tredecim annos perhumanissime gubernasset. Constantio & aliis sex filiis relictis ex helena uxore susceptis. Eboraci diem obiit: & ob singularem eius mansuetudinem: atq; clementiam summo omnium consensu in deos relatus est. Fuit autem constantius hic claudii secundi ex filia nepos: quem ut Diocltianus imperator una cum Galerio prædicto sibi affinitate & beniuolentia coniungeret Theodoram Maximiani priuignam ei uxorem dedit: ex qua postquam sex filios suscepisset: eam repudiauit: qua repudiata Helenam anglorum regis filiã captiuã uxorem duxit. At uero Galerius ipse quũ illyricũ: asiamq; ac totũ ferme oriẽtem obtinuisset: mortuo Cõstantio prædicto: cum solus imperiũ administraret: mox duos cæsares legit. Maximianũ: uidelicet q cũ Diocltiano imperiũ deposuerat: & Seuerũ: & maximianũ ipm oriẽti præfecit. seuero uero Italiã cõmẽdauit. Illyricũ uero. i. sclauoniã sibi retinẽs: qbus gestis euestigio in ualitudinem incidit: sed ipsius impatiens manum sibi consciuit: & mortuus est.

Cõstãtius pater cõstãtini magni

Galerius

MElchiades papa natione apher: post Eusebiũ pontificẽ sedit ãnis. 4. meñ. 7. & diebus. 9. uir sane sanctitate & sciẽtia multũ insignis: qui ut erat grauitate præclarus: Cõstituit ne qs unq̃ aliqua suspitiõe: aut ante uerã ꝓbationẽ condemnaret: ut hẽtur in cañ. 2. q. i. c. Semp. Vetuit itẽ diẽ dñicã: aut qntã feriã xpianis ieiunare: qa eos dies pagani uelut sacros celebrabant: de cõse. di. 3. c. Ieiunium dñici: & cum iam pestifera manicheorũ heresis in urbe Ro. inualesceret: multa in oblationibus faciendis constituit necessaria: quibus porrectis: & sacris ordinibus semel hĩtis: Maximiani iussu martyrio coronatur: sepeliturq;. 4. idus decem. in cemiterio Calixti uia apia: & tunc cessauit episcopatus dies. 17.

Melchiades Papa .33. ne quis die dñico ieiunet

5507 308 COnstantinus magnus hui⁹ nominis primus. 38. Ro. ĩperator ducẽtesima octuagesima olympiade imperium obtinens: imperauit annis. 30. & mensi. 10. Vir quidem optimus & omni laude dignissimus: quemq; cum clarissimo quoq; principe comparare merito possumus: Nam militari gloria fortunatus erat: pacem petentibus libenter dabat: sed & liberalitate & gratia omnium beniuolentiam sibi comparabat: hic itaq; Cõstantio patre defuncto propter corporis & animi dotes maximo omnium cõnsensu occidentis imperium adeptus est: interim Romæ militari tumultu excitato maxentiũ maximiani filium Augustum nuncuparunt.

Cõstãtinus

Vnde & maximianus in oriente conſtitutus ſpe recuperandi imperii ductus Ro. ſtatim uenit. Dioclitianūq; in ſolitudine cōſtitutum litteris adhortatus eſt: ut idem facere dignaretur. Cui Dioclitianus tale dedit reſponſum. Vtinam Salone olera noſtris manibus inſtituta inuiſere poſſet: qa profecto de reſumendo imperio nequaq̄ iudicaretis. His igitur motibus Galerius prædictus indignatus: confeſtim ſeuerum ducem ſuum ex Illyrico cum exercitu Romam miſit: ſed dum urbem poſſideret: fraude militum q maxentium delegerant circunuentus fuit: & cum Rauennam fugere tentaſſet: occiſus eſt. paululum quoq; abfuit quin etiā maximianus a filio maxētio occideretur: nam maximianus ipſe militū beniuolentia & pollicitationibus ac largitione: ſummopere querere ſatagebat: ſed a filio urbe pulſus: atq; fugatus: ad Cōſtātinū hūc qui gener eius erat: in gallias fugit. Dūq; ibi etiam Conſtantinum generū fraudibus circunuenire tentaret: eius fraudes & Fauſta eius filia mariro deiectæ ſunt. Fugiens itaq; maximianus maſſiliam: ibidem ſcelerum ſuorum pœnas luit. Galerius autē ſeuero duce ſuo interfecto Licinū quēdā rei militaris præſtātiſſimū apud Terētū īperatorē delegit atq; creauit: uirū utiq; peſſimū: atq; crudelem. Dumq; hæc in Italia gererentur. Conſtantinus uariis maximiſq; germanorum tumultibus diutino bello compoſitis in Italiā deſcendit Et Eporediā: aliaſq; ciuitates hoſtibus ſuis cōſentientes plurimū afflixit. Cōqueſitis omnibus ciſalpinæ galliæ ciuitatibus Ro. cū magno exercitu profectus ē: ubi & Maxentiū auguſtū ſibi renitētem graui p̄lio ſuperauit: & in tyberim fluuiū demerſit. Quo interfecto ſtatī glorioſus urbē intrauit: & imperii inſignia oīa obtinuit. Verū cū & ipſe plurimas martyrum ſtrages dediſſet: & innumerabilē populū per omnes prouincias feciſſet uariis pœnarum generibus interfici: elephantiæ morbo adeo percuſſus eſt: Cui cum uniuerſa medicorū & magorū agmina ſubuenire nō poſſent. Capitolii pōtifices hoc dederunt cōſiliū: ut quadā piſcina ſanguine infantiū paruulorū repleretur: & in illū calidū Auguſtus laueretur: ac ſic ſanitatis beneficiū cōſequeret̄: Quod quidē facin⁹ cū exhorruiſſet: in ipſa nocte apparuerunt ſibi apoſtoli petrus & paulus: ſibiq; ſanitatis conſequendæ optimū dederūt conſilium: de quo infra mox dicemus.

Dioclitianus ortus excoluit

¶ Maxentius autē imperator & Auguſtus a militibus ſic: ut ſupra conſtitutus. Maximiani herculei Auguſti filius fuit: uir ſane ſæuiſſimus & chriſtiāorum acerrimus perſecutor: litterarū tñ amator qui inter cætera ſuæ crudelitatis opera: cū magica arte plurimū delectaret̄: grauidas chriſtianorum mulieres funeſtis ſacris adhibitas infantiū cauſa ſcindere faciebat: & paruulorū corpora concremabat: ac eorū cineribus in ea ſua magica utebatur: ut cunctis oſtenderet etiam tyrannidē per nephas poſſe ſeruari: quæ qdē ſæuitia aut magica parum ei profuit: quia ut dictū eſt: quinto ſuæ tyrannidis anno: cum pontem decipuloſum contra Cōſtātinū p̄dictū ſuper tyberim ieciſſet: ipſe paulopoſt ſuarū fraudū oblitus cū magna parte ſuorū ſubmerſus eſt.

magus fuit peſſimus pons dicipuloſus.

¶ Maximinus autē maximiani loco a Galerio in oriente cæſar conſtitutus uir cruentiſſimus conſimili crudelitate ea in regione contra chriſtianos utebat̄: propter quod q̄multi ac multi enecabantur: & ob hanc cām magorū magiſtris & malarū artiū doctoribus præmia decernebat: ſuis auguriis & diuinationibus fidē præſtans: Et hæc omnia ſi quis contemnere præſumpſiſſet: ſæuis affici p̄cipiebat. Vnde & multi ex ſuperioribus martyribus martyrio coronati fuerunt. Quo tñ fine uitam clauſerit non inueni.

¶ Licius itē prædictus a Galerio auguſto imperator conſtitutus Maxētii prædicti ſororius fuit uir in re militari p̄ſtantiſſimus: ſed auaritia ac libidine peſſimus: & ita lſatis hoībus infeſtus: ut eos ſpadones tyneas: pallaciiq; ſorices ac peſtē publicā noīaret: Hūc nāq; Cōſtātinus: Maxētio ſubmerſo ēt nauali p̄lio apud Nicomediā uincēs ſeip̄m obtulit: quo ſpoliato in Theſalonica urbe uitā priuatā ducere coegit: & iuſte quidē. quia a fide ob inuidiā deficiens: chriſtianos Cōſtantino fauētes grauiſſimis ſupliciis perſequebatur.

¶ Maximianus autē herculeus uirorum peſſimus: & malorū omniū prædictorū autor. eo quod ſua perſuaſiōe dicta perſecutio in chriſtianos fuerat excitata: per hoc tempus apud maſſiliā urbē p̄fugus exiſtens diuinam in ſe ultionē præſenſit. Nā ſubito inflatis uiſceribus ita diſtēſus eſt: ut inter ſe & putridū cadauer nil intereſſet: ſcatentibus nanq; undiq; uermibus: & tabo ſerpente tanto putore fetebat: ut ſuſtineri fetor non poſſet: hac plane eius exigentibus meritis: qui non ſolū noſtros interimebat: uerū etiā ad cemiteria uenire non permittebat: & ſimulachrū Antiochiæ cōſecratū ſub ornatis ſacerdotibus q ex aditis id enunciarent clamaſſe dicebat pellendos ab urbibus eſſe chriſtianos: & præmia in prouinciis diſtribuit ſacerdotibus ſimulachroruʒ qui contra chriſtianos agerent. Tandem uero tyrannus pœnitentia ductus: medico ſuo ſibi uerum dicente: decreto publico uetuit chriſtianos ledi: eoſq; legibus ſuis uti p̄miſit: Sʒ hoc ei nihil: ſicut nec Anthiocho profuit: cū ui fierēt omnia. Nā grauiſſimis morbis diu cruciatus uiuendi tandē finē fecit.

Putredo magna xp̄ianos ledi p̄hibet.

¶ Deiectis itaq; a conſtantino magno maxentio Licinio & Maximiano tyrannis: omniq; tyrannicæ dominationis ablata memoria ſoliditatem chriſtiani nominis iam eccleſia catholica obtinere cæpit. Quantoq; poſtmodum religioſius hic princeps Conſtantinus circa dei cultuʒ ſtudioſus fuerit: inferiori libro latius dicemus: Qua propter nunc huius uoluminis octauo libro finem hic facimus.

¶ Explicit liber octauus.

LIBER

LIBER NONVS IN SVPPLEMENTVM SVPPLEMENTI CHRONICARVM NOVISSIME A PRIMO AVCTORE ACCVRATISSIMO STVDIO CONGESTVS ET REPERCVSSVS HIC FOELICITER INCIPIT.

5512 313 SIlueſter huius nominis primus papa natiōe Roma.patre Ruffino poſt Melchiadē ponti.ſedit annis.21.Vir utiq̧ diuinus aſpectu.ſ.angelicus:ſermone nitidus:corpore decorus:ope ſanctus:cōſilio magnus & maturus:fide catholicus:ſpe patientiſſimus:ac oī charitate diffuſus:cui tantā dn̄s ꝯtulit gr̄am:ut nō a xp̄ianis mō:ueꝝ ēt a gētilibus miro colereť affectu.Hic nāq̧ baptizato Conſtātino:& ab eo inſignibus īfraſcriptis donatus:ac eccleſiis pace reddita:multa ad cultū diuinū ſpectātia ꝯſtituit.Et primo qdē ut in eccleſiis cathedralibus inferiores diaconos:alias Archidiacono obtēperēt & obediant:ſicut hētur in cañ.93.di.c.a ſubdiacono.Mādauit inſup laycis:ne clericū in iudiciū ſuū uocare p̄ſumerenť:ut.2.q.7.ca.Nullus laycus.Vetuit quoq̧ & ipſe clericis cās ſuas in ſæculari curia agere: nec ante iudicē ſæcularē ullas cās tractare.xi.q.i.c.Teſtimoniū:&.c.Siqs.Statuit itē altaris corpalia:neq̧ ſerico:neq̧ tincto pāno fieri:ſed lineo qdē & albo:ut de ꝯſe.di.i.c.Cōſilio oīum.Sic quoq̧ in albis celebrandū eſſe dicebat:quēadmodum in linea ſyndone & alba xp̄i corpus ſepultū fuit. Gradus p̄terea in eccleſiaſticis ordībus ꝯſtituit:ut unuſqſq̧ uno tm̄ ordine ꝯtētus eſſet:& unius ſolum uxoris uir.Cēſuit itē ut ſanctū chriſma ab ep̄o tm̄ ꝯſecrareť.Et ut ep̄i baptizatū ſignarent:ſeu ꝯfirmarēt pp hereticā ſuaſionē:atq̧ baptizatū:p̄ſbyter occaſione mortis liniat chriſmate:ut de conſe.di.i.Quartā deinde ac ſextā feriā:ac Sabbatū ieiuniis obſeruādis īſtituit.Quintā uero & dn̄icā oīno cēſuit uenerandā.Nā in ea die.ſ.5.feria dn̄s aſcendit:ſacramentū ſui corpis īſtituit:& ſacrū chriſma ꝯfecit.Hic cū piētiſſimi aī eſſet uir:multoꝝ orphanorū:uiduarūq̧ ac paupeꝝ noīa in q̇dā m̄ricula hr̄e uolebat:qbus & uitæ neceſſaria quottidie ꝓuidebat:& cū multis hic ſanctiſſimus pōtifex floruerit miraculis:īter cætera ſua memorāda ferť romanā urbē a draconis peſtilētia liberaſſe. Demū cū ſacros ſepties in decēbrio mēſe ordīes celebraſſet:ubi diacōes.6.&.30.p̄ſbyteros.42.ac epiſcopos per diuerſa loca numero.45.creauit:pridie caľ.ianua.obiit.Sepultuſq̧ fuit in Cemiterio priſcillæ uia Salaria. Sylueſter papa.34.

5517 318 COnſtantinus itaq̧ magnus prædictus uir optimus hoc anno a diuo Sylueſtro baptizatus a lepræ morbo purificatus:ubi xp̄ianæ religionis honeſtatem & ſanctimoniā intellexit:eā ita complexus eſt:ut iturus ad bellū non alio inſigni:quā crucis ſignaculo uſus ſit.Eo ꝙ ſereno cœlo:ēt ante baptiſmum:dum contra Maxentiū iturus eſſet:ſignum illud uiderat:& adorauerat:atq̧ ſanctos angelos audierat dicentes.Conſtātine in hoc ſigno uinces: quod & factū fuit:quia cum Maxentiū ſuperaſſet:etiam reliquos tyrānos facillime depulit & fugauit.Deinde a Sylueſtro ad optime de eccleſia ꝓmerendū edoctus:mox leges multas ex æquo & bono rogauit:& ſupfluas:ſeueraſq̧ oīno abſcidit & emendauit:inſuper & pro gratiis deo exoluendis:ut Gratianus in.96.decreti ſui diſtinctione tradit:ipſi Sylueſtro & ſucceſſoribus ſuis pallatium lateranenſe imperii ſui primo tradidit:deinde coronā capitis ſui:ſimulq̧ & frixium:& ſuper hūorale:clamidemq̧ purpuream:atq̧ coccineā tunicam:& oīa alia imperialia indumēta:& dignitatem imperialium præſidentium equitū.Contulit p̄terea ſceptra impialia:ſimulq̧ cuncta ſigna & banna:ac diuerſa impialia ornamenta:& oēm proceſſionem impialis culminis.Viriſq̧ diuerſis ordinis reuerendiſſimis Cardinalibus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeruantibus illud culmen ſingularis potentiæ habere ſtatuit:uelut ampliſſimus eius Senatus uiſus eſt gl̄ia adornari:& ſicut impialibus extabat decorata militia:ita cleꝝ ſanctæ Ro.eccleſiæ ſtatuit adornari.Quemadmodū quoq̧ ſua imperialis potentia diuerſis cubicularioꝝ:hoſtiariorūq̧ ordinabatur officiis:ita & ſanctam Roma.eccleſiam decorari uoluit.Et ut pontificale decus ampliſſimo ſemp p̄fulgeret ſplendore: decreuit ut eiuſdem clerici cubiculares:ideſt Cardīales mapulis & lintiaminibus equos equitarēt: Voluit inſuper ſicut eius Senatus calciamētis utebatur:ita & cæleſtia ſicut terrena ad laudē dei decoraretur eccleſia.Decreuit etiam præter hæc oīa:ut & Sylueſter ipſe digniſſimus pontifex & eius ſucceſſores diademate.i.corona quā ex ſuo capite illi ꝯceſſerat ex auro puriſſimo & gēmis p̄cioſis uti deberent pro honore Petri apoſtoli.Ipſam tm̄ coronam beatiſſimus Sylueſter tāq̄ religioſo capiti minime congruentē aſpernatus eſt:ſed phrygia mitra:candidaq̧ tātum mō ꝯtentus fuit:præterea quoq̧ xp̄ianiſſimus Conſtantinus pro reuerentia diui Petri apoſtoli equi pōtificis ſylueſtri frenum tenens in ſubiectionis ſignum ſtratoris officiū illi exhibuit:publico ēt Decreto ſtatuit oēs ei⁹ ſucceſſores ſūmos pontifices eodē frixio in ꝓceſſionibus ad imitationē Ro.imperii uti debere:unde & pontificalis non uileſceret Apex:ſed magnis tanq̄ terreni imperii dignitas gloria & potentia decorareť:ac ſic deniq̧ tam Romanā urbē q̄ pallatium ſuū & oēs italiæ ꝓuincias:loca & ciuitates ſylueſtro pontifici ſuiſq̧ ſucceſſoribus Conſtantinus conceſſit.Deinde in urbe Ro.nōnullis cōditis eccleſiis impator ipſe mox imperium Romanū in orientales regiones tranſtulit & in Bizantiæ

Priuilegia & donaria p Cōſtātinū magnū eccleſiis donata oīa h̄ cōmemorat priuilegia cardinaliū coronā pōtificibus ꝯcedit ſylueſter noluit uti aurea corona ro. totā & reliquas Italiæ p̄uincias Ro.pōtifici cōcedit cōſtātinus in græciā uadit

p̄uinciæ loco optimo nomini suo urbem ædificauit: alias ampliauit: quā & secūdam Romam nominauit: ubi & imperium suū ꝯstituit: asserens ubi sacerdotiuꝫ principatus & xp̄ianæ religionis caput esset iustum non esse imperatorem terrenum illic potestatem habere. Constructa: imo potius ampliata Constantinopoli Constantinus cū bellū in persas pararet. Actione uilla publica āno ætatis suæ. lxvi. iuxta Nicomediā morit̄: & apud græcos inter sanctos annumerat̄. Sunt tñ qui dicāt: & quidē male: ꝙ cum Cōstantinus hic in Iordane baptizari uellet: atq̄ iccirco Hierosolymā peteret: morte præuētus a quodā Euse. Nicomediēsi arriano ep̄o rebaptizatus fuit: quæ qdē rex xp̄ianissimi

Infamiā huius pricipis auctor opis hic ꝑpulchre defendit

principis fidē plærosq̄ in dubiū uertit. Nobis tñ nō uerisimile uidet̄ eundē principē qui per omnem uitā suā arriani dogmatis acerrimus hostis fuit in extremo spūtu ei demētiæ cōcessisse: quā summo studio de suo īperio eliminauerat: hos quippe similitudine noīs deceptos potius putamus: & patri illud ascribere: quod filii scelere factitatū fuit. Hunc itaq̄ beatus Gregorius in registro suo Martiano principi scribēs: Bonæ memoriæ uocat historia ēt tripartita eius exitū plurimū cōmēdat: sic & diuus Ambrosius in psalmo. 14. eū magni meriti apud deū fuisse dicit. Isidorus quoq̄ hispalēsis ep̄s & Eutropius: atq̄ Orosius noster qui oēs eius res gestas diligentissime scripsere: ipsum fœliciter cōsumasse affirmant: unde & ante eius mortē stellā crinitā inusitatæ magnitudinis: quā græci cometē uocāt: aliq̄diu fulsisse dicūt: & propterea græci ipsum sctōrum cathalago collocantes eius festum. xxi. die Martii celebratur.

¶ Basilicæ a diuo Constantino ædificatæ.

¶ Basilica lateranēsis quā Constantinā uocant oīum xp̄ianoꝶ primaria his temporibus ab eodē Constantino in proprio lateranensi palacio in honorē saluatoris mūdi ædificat̄ & ab ip̄o præ cæteris donis plurimis exornat̄. Fuerūt tñ supioribus tp̄ibus (ut dictum est) aliqua sacella inter xp̄ianos 5518 519

dona ecclesiæ lateranēsi oblata hic describit.

ab apostolis: aliisq̄ patribus erecta: quæ tñ ob crebras tyrannoꝶ ꝑsecutiones occulta erant: atq̄ ut crediderim: plerūq̄ subterranea q̄ apertis in locis & publicis fierēt: hanc itaq̄ celebrem: amplāq̄ basilicā ad augendam xp̄ianā religionē Constantinus cupidus primū fuit: ut suo alios hortaret̄ exemplo: superna inspiratione ductus Ro. ædificauit & saluatoris mundi imaginē in sella sedentē ex argento. li. 130. eidē obtulit: atq̄. xii. apostoloꝶ imagines. 5. peduꝫ altitudinis li. 90. similiter obtulit: saluatorē quoq̄ addidit in throno sedentē. 5. pedū altitudinis habentē ponderis li. 140. angelos ēt. 4. ex argento pōderis li. 105. & coronas. 4. ex auro purissimo: altaria. 7. portatilia ex auro purissimo li. 200. & alia propemodū infinitima donaria & preciosissima cū fundis: aliisq̄ prouentibus eidē ecclesiæ condonauit. Basilicā quoq̄ appenditiā in honorē beati Ioānis baptistæ in balneo caloris sui in quo quidē loco baptizatus a lepra meruit purificari: Huic addidit: & ibidē sacrū fontē ex lapide porphiretico instituit: in cuius medio colūnā porphyreticā posuit: super quā phialam aureā librarū. 50. balsamo plenā collocauit: ubi & ioanni baptistæ statuā argenteā centū li. fieri uoluit. Cui etiā basilicæ fundos multos cōstituit: quas quidē basilicas Siluester papa primū consecrauit. 5. idus nouembris & morē hunc cōsecrandi ecclesias deinceps edicto publico obseruari præcepit.

basilica scī Io. baptistæ & eius donaria.

¶ Basilicā itē secundā petro apostolo in uaticano Siluestri pontificis rogatū ædificauit: quo in loco eiusdē apostoli corpus honorifice collocauit: supra cuius sepulchrū posuit crucē. cl. librarū auri purissimi. Hāc a fundamentis ædificasse cōstat: ex eo ꝙ ex eius fundamenti apertura xp̄ianissimus ipse princeps. xii. cophinos tellure refertos in honorē. xii. apostoloꝶ propriis humeris exportauerit: huic etiā ecclesiæ quattuor cādelabra argentea & tres calices aureos li. 12. & xx. argenteos librarū decem condonauit. Mitras quoq̄ quattuor. ccl. libra. & patenā aureā cū thure columbam ornatam: gemmisq̄ & margaritis distinctā li. 30. obtulit. Eidē ēt cōfertissimos ꝑuentus & Romæ & alibi cōstituit.

Basilica scī petri & eius donaria magna.

¶ Basilicā præterea tertiā adhuc extantē in honorē pauli apostoli uia hostiensi instante Siluestro extruxit: ibiq̄ & ipsius pauli corpus cōdidit: Eidēq̄ ecclesiæ totidē uasa aurea argenteaq̄ ac ænea cōdonauit maxime uero aureā crucē centū & q̄nquaginta librarū supra sepulchrū pauli collocauit: & ingētes prouentus diuersis ex ꝑuinciis deferendos assignauit: qui & nunc usq̄ in parte extant.

Basilica scī pauli.

¶ Basilicam deinde quartā sub titulo sanctæ crucis in Hierusalem in atrio Sosoriano Ro. ædificauit: & sanctissimæ crucis partē quandā reposuit nuper ab Helena matre repertam & Romaꝫ in thecis argenteis delatā: cui etiā ecclesiæ hæc munera deferri iussit: argentea. s. candelabra: quattuor scyphos argenteos. 4. calices: aureos. x. patenam argenteam inauratam lib. quinquaginta: & altare argenteum lib. 150. & agros multos ei dedit.

Basilica scē crucis & eius magna dōa munera scē agnetis ecclesia

¶ Basilicam item quintam in honorem sanctæ Agnetis martyris: ut quibusdaꝫ placet eius iussu & impensa fuisse tradunt: & q̄ maxime constantiæ eius filiæ rogatu: quo in loco ipsa Constātia & soror eius nominis baptizatæ fuerūt. Huic quoq̄ basilicæ hæc munera contulit: patenam auteꝫ lib. 20. caliceꝫ aureum li. x. & calices argenteos. 5. ac fundos multos.

scī laurētii & eiꝰ dona & munera ecclesia scī marcellini septima & eius munera.

¶ Basilicam insuper sextam in honorem diui Laurentii martyris extra urbis muros in agro uerano ædificauit: in qua & scalam maximam ad descendendum & ascendendum: ubi corpus sanctissimi martyris manebat: extruxitq̄ eam ecclesiam multis monumentis argenteis porphireticisq̄ lapidibus exornauit: & in aditu criptæ eiusdē lucernam ex auro purissimo li. 15. collocauit: & ante corpus sanctum. x. alias argenteas lucernas li. 15. constituit: cui etiam multos fundos assignauit.

¶ Basilicam deniq̄ septimam beatis martyribus marcellino præsbytero & petro exorcistæ uia lauicana inter duas lauros Constantinus extruxit: quo in loco mausæolum in honorem martyruꝫ erexit: cui

xit:cui etiā templo intercessionem helenæ matris suæ & martyrum deuotione hæc dona dedit: patenam:scilicet auream li.35.candelabra.4.argentea altitudinis pedū.12.calices aureos.3.cum gem mis preciosissimis: lamas aureas.2.& arā argenteam li.cc.ac scyphum aureum li.xx.misit. Fundos quoq̧.3.assignauit:e quibus sacerdotes prouentus urbis percipiebant.Alias quoq̧ basilicas extra ur bem hic princeps extruxit:de quibus nunc non expedit dicere.

¶Helena cœli anglorꝝ regis filia iamdiu captiua: & magni huius Constantini augusti mater: per hoc tēpus incōparabilis fidei & religionis mulier habita fuit:hæc qppe baptizato filio magnitudine animi mota cū uidisset xp̄i prodigia:a beato Siluestro in filiū & cōtra iudæos declarata & facta ab ipso baptismū expostulauit:qua baptizata cōfestim ad pquirendū crucis lignū: hierosolymā petiit: ubi cū id fieri difficile uideret̄:quia ab antiquis psecutoribus e loco uenens simulachrū collocatuꝫ fuerat:ut xp̄iani uenerem ipsam saluatoris loco adorarēt illa Iuda Iudæo a se uocato minis & sua sionibus præcepit:ut lignū sanctæ crucis sibi & quibusdā aliis iudæis tantūmodo locum ostendere dignaret̄.Ipse enim Iudas prædictus postea baptizatus. Cyriacus mutato noīe uocatus:qui oratio ne fusa statim ei locū ostendit:in quo crux ipsa occultabat̄.Illa aūt ubi locū ipsum ruderibus plenū purgasset:cōfestim ibi tres cruces inuenit:in unā quarū īscriptio illa legebat̄: tribus lignis.I.N.R. Iudæorꝝ:quæ euestigio mulieri nuper mortuæ admota uitā illi restituit: Quāobrem Constantinus augustus motus edicto publico uetuit quēpiam deinceps crucis supplicio puniri.Helena itaq̧ ibidem ædificato tēplo inde Constantinopolim ad filiū abiit: & clauos quibus corpus xp̄i cōclauatū fuerat:secū detulit:quorꝝ unū Cōstantinus ipse in frenū equi sui trāstulit: quo in prælio tantūmodo utebat̄:ꝙ modo in mediolanēsi domicilio maximo in precio custodit̄. Alterū uero in Galileæ suæ collocauit.Et tertiū:ut diuus testat̄ Ambrosius in adriaticū mare ad cōprimendas sæuientis maris procellas deiecit:sed & crucis ipsius partē ēt detulit: quā quidē & thecis argēteis: atq̧ gēmis precio sissimis exornari fecit:q̄ꝗ deniq̧ Ro. ueniēs secū cū magna ueneratiōe detulit: & in basilica sanct crucis in hierusalē:quā filius eius rogatu ædificauerat:collocauit:q̄bus gestis Helena ꝙ reliquū tem pus supuixit:ibidē sanctissime exegit:& Orthodoxæ fidei acerrima protectrix fuit:& q̄maxime pauperū & orphanorꝝ ac uiduarꝝ curā gessit:quos tāta ꝓsequebat̄ humanitate ac charitate:ut uere oīuꝫ mater uocari mereret̄.Hanc tn̄ diuus Ambro.sermone quodā nō regis filiā:sed stabulariā & humilem a principio fuisse dixit:& ob eius pulchritudinē Cōstantino principi cōiunctā:quā certe dn̄s iesus xp̄s de stercore leuans nō modo cū principibus sæculi huius:sed ēt cū prīcipibus cælestis gloriæ collocauit: & ut Christo lucrifaceret:semp ut sterc⁹ terræ se humiliter extimauit:demū de deo:deq̧ hoibus benemerita sup stite filio Romæ diē obiit.15.calē.septēb.cui filius ipse Augustus mausoleū erigēs in porphiretico sepulchro collocauit.Et inter sanctas merito locata:eius natale decimoquinto calen.celebratur. Clavi crucis ubi sint crux xp̄i

¶Arrianorum heresis ortus.

5519 320 ¶Arrius quidā hoc noīe appellatus:alexādrinus præsbyter: specie quidē & forma magis q̄ uirtute ulla insignis:his tpibus:ut homo laudis & gloriæ potius quā ueritatis cupidus:apud alexādrinos nō in paruo precio fuit:quo honore inflatus discordiam in orthodoxa fide serere conatus est.Separare enim filiū ab æterna & ineffabili dei patris substātia conabat̄:his potissimū uerbis erat aliqn̄:quādo nō erat intelligēs per hoc filiū patris coæternū esse & fuisse:& eandē in trinitate substantiā: cū dictū sit:Ego & pater unū sumus.Et ꝙ Imperatorꝝ edicta:aut hostiū insidiæ: necnon & tyrannorꝝ gladii cōtra fidē catholicā potuerunt:atq̧ ita his suis fraudibus præualere conatus est: ac si pene totū orbē suo infecit errore:quod tn̄ scelestū & diabolicum uirū dn̄s nō permisit impunem:quia haud multo post obscena morte uitā finiuit.Ea eni percussus fuit infirmitate ꝙ uiscera ei effluxerunt tota: ita ꝙ corpus uitalibus uacuū remanens:per os eius reseratum uideret quis usq̧ in corporis imum: ab eo postea sequaces Arriani heretici cognominati sunt. Errores huius heretici hic dicit Morteꝫ terribilē commemorat

5523 324 ¶Nicena synodus prima oīum synodorꝝ trecentorꝝ decem & octo patrum: hoc anno qui est sextusdecimus imperii cōstantini annus cōtra huius pfidi arrii dogma: Siluestro pontifice & Cōstantino Augusto iubentibus in Nicena urbe celebratur:ubi aliquādiu & quidē acriter disputatū fuit. Tādem re ipsa eo in cōcilio diligēter discussa cōclusum fuit Omusion scribi debere.i.christū eiusdem cū patre esse:sub est confiteri debere:nā quidā uiri in quæstionibus calidi.Arrio eidem multum faue bant simplicitati fideliū multū aduersantes: inter quos fuit Eusebius noster pl̄s postea cæsariensis episcopus qui diuino tactus spiritu uno momento fidem quam antea impugnabat uelut sanctam & integram:statim cōpressus est.Et ex sanctorꝝ patrū præcepto symbolū maius edidit: ubi ad deiiciendam pernitiosam Arrii opinionē filiū dei genitum nō factum cōsubstantialemq̧ patri conscri psit:a patribusq̧ tradidit:cui inuentioni & sententiæ nihil pœnitus detractum: aut mutatū:seu aditū fuit:nisi solum illud deū uerū de deo uero. Quia si a patre genitum esse nō factum consubstātialēq̧ deo patri filium ad confutationem hereticorꝝ suffecissent:quia tn̄ deum filiū patrē uero deum uerꝝ inter hæc distinguentes Arriani prædicabant:patres ad confutandum eorum maliciam. Deum uerum de deo uero interiecerunt. Qui autem eo in concilio Arrii opinioni adheserunt.17.fuere affirmantes extrinsecus dei filiam fuisse creatum:& nō ex ipsa patris diuinitate genitū:cognita tn̄ patrū ueritate:constantinus eorꝝ decreta approbauit:posito contradicentibus exilio. Vnde & sex tātum cum Arrio exulauere:reliqui uero in patrum opinionem & sententiam uenientes.In eo itaq̧ conci

Arrius cū sociis photini q; ac sabelliani heretici dānant̄

lio non solum Arrium cum sequacibus suis: sed & photinianos hereticos damnauerunt: qui affirmabant christum a maria pio coitu fuisse conceptum. Sabelliani quoq; damnati fuere: quia unam tm̄ personā patri & filio & spiritui sancto ascribebant. Multa deniq; ad honestatē & pacē ecclesiæ p tinentia: ut habetur in decretis eo cō cilio constituta sunt: quæ breuitatis causa omittuntur.

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Antonius abbas ægyptius uir plane diuinus: & q̄maxime sermone & opere potēs: his tēporibus maximo in precio apud omnes fuit: ob cuius doctrinā & sanctitatem Helena & Constantini filii se eidem sæpius & litteris & nunciis cōmendabāt: cuius cibus panis solus: & aqua madida potus erat: nec unquā nisi in solis occasu comedebat: hic (ut diuus testatur Hiero.) vii. epistolas ægyptiace scripsit: quas postmodū ob sententias grauissimas: quidā in græcam linguam transtulerunt: eius aūt uita & præclarissima gesta Athanasius episcopus alexādrinus insigni uolumine conscripsit. Obiit igitur hic uir omni præconio dignus in thebaida anno domini. 357. ætatis suæ. 105. Cuius corpus cum diu occuluisset: postea imperante Iustiniano magno imperatore diuina reuelatione repertū fuit: & ex thebaida alexandriam primo delatum est: postea in galliam translatum apud uiēnam cōdigno honore nunc usq; requiescit: eius autem natale sextodecimo calendas februarii celebratur.

¶ Rheticus quidam heduoꝝ seu burgondionū eps uir eruditus hisdē tpibus in galiis aliisq; locis celeberrime famæ habitus est. Eo quod præter uitæ sanctitatem nōnullos cōmentarios in canticis cāticorum cōposuerit: scripsitq; & aduersus Nouatianum hereticum aliud uolumen & alia multa.

¶ Iuuencus hispanus poeta & præsbyter Car. genere quidē nobilis: sed uirtute & doctrina nobilior per hoc tempus admodum clarus existens. Euangelia omnia quattuor libris uersibus explicauit heroicis: atq; alia quædam eodem metri genere de sacramentis exarauit.

¶ Eustachius genere pamphylius berithiæ syriæ ciuitatis episcopus hac tēpestate fidelis & doctus existens: multa aduersus arrianorum dogma composuit. Quibus ex scriptis in exiliū pulsus est: ubi & de anima aduersus origenem & epistolas plurimas scripsit.

¶ Nazarius quidam insignis rhetor & Eunomia eius filia uirgo eloquentissima: atq; metrodorus philosophus per hæc tempora multa scripsere memoratu digna.

Marcho papa. 35.

MArchus papa: natione Ro. patre prisco: post Siluestrum pōtificem sedit annis. 2. & mēn. 8. uir siquidem bonus & christianæ religionis amator: qui pōtificatu suscepto statim ad eius curā conuersus. Gratiano testante: constituit nullum omnino clericum ad sæcularia quouis modo pertrahi posse: sicut habetur in decretis suis. xi. q. i. ca. Quicunq; uoluit item ut hostiensis eps semp Ro. pontificem consecrare deberet: & pallio uti posse. Mandauit insup diebus solēnibus in missa po st euāgelii lectionem Symbolum Eusebii a clero & populo magna uoce cantari: prout in prædicta Nicena synodo fuerat declaratum. Hic duas ecclesias in urbe roma cōdidit: unā uia ardeatina: in qua & sepultus fuit: alterā ibidē ad platinas: quas quidem Constantinus imperator adhuc uiuens multis exornauit muneribus. Deniq; cū sacros odines bis in decēb. mense celebrasset: & multos dyaconos præsbyteros: episcoposq; creasset: e moritur: & in prædicta ecclesia sua sepelitur. 3. scilicet nonas Octobris: & tunc uacauit sedes dies. 20. 334 5533

Symbolū maius in missa hic cantari præcipit

Iulius papa. 36

IVlius papa natione Ro. patre Rustico. post marchū prædictū sedit annis. 16. & men. 4. 336 5535

Mirandæ quidē sanctitatis & doctrinæ uir: qui & multis uexationibus pp arrianoruȝ pestiferam heresim abolendam diu uexatus fuit: sed tñ non destitit eos repræhendere & p sequi: & maxime: quia præter auctoritatem Romani pontificis antiochenum inducere præsumpsissent conciliū cum sine eius auctoritate id fieri non deberet nec posset. Tandem hic multis orientalium episcoporum omissis contentionibus duas & ipse in urbe Roma basilicas ædificauit: unam iuxta Romanum forum: Alteram in transtyberina regiōe tria insuper cemiteria extruxit: unum in uia flamminea & aliud in uia aurelia: tertiumq; in uia portuensi: sed & leges nōnullas atq; constitutiones edidit: & præsertim (Gratiano referente) constituit: ut episcopus in suo iure spoliatus nullo modo ad Synodum uel aliquo alio loco cōuocaretur: sicut habetur in canone. 2. q. i. c. Nullus potest. Voluit item ut qui iudicem haberet suspectum Romanam sedem posset appellare. 2. q. 6. c. Ideo huic. Constituitq; præterea ne quis sacerdos alibi quā apud ecclesiasticum causam diceret. xi. q. i. c. Is ēt. Demū arriana inualescente pfidia multa a cōstante Cōstantini filio pertulit incōmoda: a quo etiam decennio exilio damnatus fuit. Nec propterea destitit & monitiōibus & scriptis catholicos in fide cōtinere. Vnde & ad Dionysium quendam de incarnatione domini perutilem scripsit epistolam: quæ ab omnibus approbata est. Et cū ab exilio reuocatus fuisset: mandauit omnia ad ecclesiam pertinentia per notarios (quos prothonotarios hodie uocamus) conscribi. Ter deniq; cum in Decemb. mense sacros ordines celebrasset: ubi præsbyteros. 18. dyaconos. 3. & episcopum unuȝ creasset pridie idus augusti uitæ finem fecit: sepultusq; est uia aurelia in cemiterio calepodii: & tunc cessauit episcopatus dies. 25.

¶ Zenon ueronensis episcopus magnæ sanctitatis & doctrina uir hoc anno magnus clarius mira 337 5536
culis migrauit ad dominū. De cuius uirtutibus admiratione dignis diuus Gregorius papa in li. dialogorum multa commemorat: in cuius quidem honorem celeberrimum adhuc extans extructum fuit tēplum. Et cū sanctus ab omnibus habitus sit: eius festum sexto idus Decembris celebratur.

¶ Georgianoꝝ

℄ Georgianorum conuersio.

5537 338 ℄ Hibernia alias hiberia prouincia quæ hodie Scotia nūcupatur:in aquilonari parte cōstituta:hoc anno fœdera uerbi dei & Christi fidem miraculosissime suscepit:& muliercula quædā xp̄iana ibidē captiua huius tanti boni causam præstitit.Quæ cū uitā pudicā & sanctā ea in regiōe duceret:ac dies noctesq; in oratione consumeret gentibus illis admirationi fuit. Quibus suscitantibus cur se tātope re affligeret.Ita se suū deū colere(respondit)qui Christus est.Nihil ex hoc amplius mirari barbari q̄ nouitatem nominis mulierculā in honore habere cœperūt.Mos itaq; gentis illius erat paruulus cū ægrotaret per uicinas domos a matribus circunferri remedia exquirentibus:accidit aūt ut quædam mater cū puerū aliquandiu circuntulisset:nec salutare quicquā inuenisset:captiuā tanquā ebria dolo ris adiret:eiusq; opem expeteret. Quæ nihil humani illa se scire respondit:sed dn̄i quē coleret Iesum Christū desperatā ab hoībus salutē conferre posse:paruulūq; cilitio suo super imponens:& orationē ad deum fundens:sanū matri pfectum reddidit. Mox facti rumor totā repleuit urbē:& ad reginam etiā peruenit:quæ dolore quodā afflictam captiuā ad se adduci curauit.Cumq; illā regiā domū ingredi recusaret:orationē ad deū pro illa fundens illico regina addita: est sanitati reddita atq; ex hoc admonita ut in Christū crederet:& eū qui salutem ei præbuisset adoraret. Quibus beneficiis & uerbis cōmota regina rogauit uirū:ut christianus efficeret:quod quāquā ille promisisset segnis tñ erat: nec sæpius ab uxore cōmotus baptizari curabat:nō tā quod fidei hostis esset quā dubius. Contigit autem eū aliquādo in siluas altissimas ire uenatū:quo cū peruenisset coorta subito tēpestate ita tenebræ cuncta operuere:ut nec comites cerneret:nec ab ullis cerneretur. Ignarus aūt quid facto opus esset promissionis coniugi factæ recordatus est:& tunc Christū rogauit:ut si deus esset extantis eum periculis liberaret.Nec mora dies clarissima mundo reddita est:rex ad urbē productus reginæ quæ gesta erant miraculi loco exposuit:uocat captiua & eius cōsiliū audit illa statim reiiciēda idola: & Christum colendū dicit:eiq; supplicandū & basilicā construendā esse hortat:cōuocato populo rex euangeliū prædicat:& nondū sacris initiatus fit suæ gentis apostolus.Credunt uiri per regē:& fœminæ per reginā construit templū magni operis:& eleuato ptinaciter murorum ambitu columnæ collocantur:sed prima ac secūda erecta tertia nullis machinis nullisq; uiribus erigi pōt. Cumq; ad noctē usq; laboratū esset:recedentibus oībus sola captiua mulier apud ecclesiā in oratione pseuerat: Postera uero die prima luce redeunte populo columna reperta est supra basim in aere suspensa:quantum esset unius pedis spaciū:quo miraculo uiso oēs magnificarūt deū ueráq; captiuæ fidē recognouerunt:Et stupentibus oībus sensim supra basim nullo cōtingente deposita est. Moxq; reliquæ columnæ magna facilitate erectæ sunt. At pfecta ecclesia: & populi fide cōfirmata suadente captiua totius gentis legatio cōstantinū imperatorē in græciā mittitur:resq; gesta exponit & sacerdotes petuntur:qui ceptū erga se munus expleant. Quibus & iucundissimo uultu imperator optime satisfecit:hi nāq; scoti seu hiberi hodie georgiani populi appellant:& usq; in hodiernū diē christū colunt: quāuis procul ab apostolica sede ueritatis magistra:quia non omnem euangelii ueritatem seruant eo quod barbaris gentibus circunfusi sunt.

Miraculū captiuæ mulieris grāde

Hiberi & armeni & colchides una sub regione coniunguntur

℄ Armenorum etiam conuersio.

℄ Armeni etiā populi huius religiosissimi principis tēporibus Christi fidem cū Scotis susceperunt: eo quod hiberis prædictis in occidentali plaga uiciniores essent:& hi armenii in Asia inter thaurum & caucasum mōtes constituti erant & sunt.Nam hiberi & armeni ac colchides una sub prouincia siue regiōe cōiungunt:huius itaq; cōuersionis Tyridates tunc huiusce gētis causa fuit: qui rex quodam mirabili signo circa domū suā diuinitus ostēso Christi baptismū suscepit:qui una cum omnibus suæ ditioni subiectis una die & una præceptiōe deo colla submisere: ex quo factum est.ut ad finitimas quoq; gentes christianum dogma puenerit: & multitudine dilatatum sit: quorum cōmercio etiam Persæ fidei rudimenta aliquantulum susceperunt.

℄ Vandalorum regni procursus.

℄ Vandalia regio est:& Poloniæ septentrionalis regiōis pars fuit a Vandalo fluuio(qui regionem interfluit)cognominata:a qua accolæ nomē habuere gentes siquidē inhumanæ & ferocissimæ:hāc quippe regionem his tēporibus imperante adhuc constantino magno quidam Geberich gotthorum rex potēter inuadens uandalos cū Visimar eorum rege uictos a propriis sedibus deturbauit: q uandalia relicta(nomine retento)panoniam habitandam a Constantino isto impetrarūt:ubi &.40. annis imperatoribus obsequētes manserunt: uerū postea cū nec ibi confidenter ppter gotthorum metū diutius immorari auderent ad oceanum confugientes piraticam aliquādiu exercuere uitam: sed a Gepidis gentibus fugati rursus Vandaliam reuersi locum deinceps incoluerunt.

℄ Stilco deinde patricius Romanus huiusce gentis postmodū dominiū accepit: hic enim magni precii apud Theodosium secūdū haberet eidē imperator ipse Archadii & honorii filiorum ac palatii totius curā cōmisit.Qui cū filiū noīe Eutheriū haberet in occidentē cū magna auctoritate misit:cupiensq; illū ibidem augustale fastigiū sublimare remp.plurimū perturbauit:& mortuo archadio cōfestim uandalos istos & quados gepidas sarmatas alanos burgondiones saxones & sucuos in arma sollicitauit:& pro terrenda repub.omnia promiscuit. Cuius quidem suasione uandali cū reliqs nationibus galliam oēm inuaserunt:sed honorius īperator postea Stilconis fraude cōperta:aduer

sus eum cōmouit bellum:quē & breui cū Eutherio filio superatum interfecit.

Vādalorū scds rex Mala huius corsici multa cōmemorat

¶ Corsico igitur post stilconis mortē a uandalis rex constituit̃: uir utiq; ferocissimus:qui statim huius sibi adiunctis per gallias debacchans quicquid inter alpes & pyreneum est: quod Oceano rhenoq; includit̃ statim occupauit: quo quidē furore capiunt̃ epi:interficiunt̃ præsbyteri: subuertunt̃ & dissipant̃ ecclesiæ:martyrū reliquiæ effodiunt̃:urbesq; euertunt̃:nulli indulget̃ ætati:sed cædib⁹ incendiis & ruinis atq; rapinis omnia miscentur.Demū arelatum urbē obsidens a maiori capit̃ præside:& cathenis implicitus ad improperiū per oēs urbes quas uastauerat & ignominiose pertrahere fecit:& post multa sæuissima tormenta misera morte uitā finire coegit: eoq; sic mortuo Fredebaldus quidā post eū secūdo loco super uandalos regnare cœpit:quē statim Cōstantinus patricius ingeniose captū ad honorium uinctum misit.

¶ Gundericus deinde tertio loco in regē eligitur:&.14.annis regnauit:quo rēgnāte uandali in duas partes sese diuisere:nā eo tpe quidā barbari qui honoriati dicebant̃ ad tutandas cōtra uandalos pyrenei angustias deputati prædationū abundantia allecti quo magis prædari liceret:& scelus impunitum remaneret prodita uandalis pyrenei custodia statim in hispania cū multo tumultu intrarūt: & multas urbes occuparunt:ubi postea post graues rerū prouinciarumq; uastationes possessione inter eos distributa quidā sub Gunderico rege manserunt:alia quoq; uandalorꝝ pars aurelianis remanēs Singibanū sibi regē cōstituerunt:qui tñ nō multo post in imperii ditione cesserunt: porro Gundericus prædictus hispaniarꝝ domitor cum etiam ipse ecclesiis dei insidias tetendisset.14.regni sui anno de iudicio percussus interiit.

Vādalorum tertius rex Syngibanus

¶ Gynsericus.4.rex Gunderico prædicto successit:uir quidē magnanimus atq; ferus: qui suscepto regno statim exercitu in hispaniis collecto cū.80.uandalorꝝ & hispaniarum milibus:augustū mare septem passuum millibus coartatū in aphrica uado transiuit:ubi arriana impietate subornatus fidē catholicā subuertere conatus est.Quo in tpe diuus pater Augustinus hipponēsis eps dum eius ciuitas ab isto rege obsideret̃:post multas obdormiuit in pace.Hic itaq; uniuersa sibi aphrica subiugata in siciliam apuliāq; transiens ferro sibi uiā aperuit:& romā uenit: quam quasi desertam inueniens:& si ab igne & cædibus leonis papæ rogatu abstinuerit.13.tamē diebus ipsam militibus in prædam concessit.Quibus ita gestis in aphricam reuersus uitam paulopost finiuit.

¶ Honoricus.5.uandalorum rex:Gynserico successit:& zenonis principis tēporibus regnauit: q & ip̄e arrianorū pfidia dprauat⁹ trecētos ep̄os cœpit:& eorꝝ eccl̄is clausis.i sardiniā exular̃ coegit.

¶ Transimundus autem sexto loco honorico tam in heresi quā in regno succedens:& ipse quoq; multis ecclesiis clausis.30.episcopos in sardinia exilio dānauit: Childericūq; Honorici filium cui post eum regni successio debebatur sacramento adegit:ne catholicos in regno suo consuleret nec habitare permitteret.Transimundo autem defuncto ip̄e Childericus qui & ilyris dicebatur:priusq; regium diadema susciperet episcopos catholicos ab exilio reuocauit:ecclesiasq; pro uiribus in melius reformauit: & multa ei contulit.

¶ Gilimer autem qui & godiner tyrannide sumpta childerico prædicto adhuc iuueni regnum surripuit:& eum extra prouinciam depulit:quo audito:Iustinianus imperator belisarium patriciū ad propugnandum eum misit:qui ueniens:uouit se christianum mox futurum: si uandalos superare posset.Belisario itaq; in aphricam traiiciente.Gilimer tyrannus in maris littore castrametatus est. Sed Belisarius & Antonina eius christianissima uxor terrestri naualiq; prælio e cōtra procedere parauere:antonina autem primo cum suis classe egressa uandalorum mulieres & paruulos omnes deleuit:Gilimer quoq; a belisario in castra compulsus(disiecto uallo cum suis ad internitionē usq; cæditur).Qui captus: & cathena argentea uinctus iustiniano imperatori constantinopoli præsentatur:hunc(ut aiunt)eunuchizatum imperator in uicinis prouinciis cōtra persas patritium creauit:sicq; uandalorꝝ regnū finē suæ diuturnitatis accipiens:in ditionē imperii Romani tandē uenit.

¶ Gotthorum item regni procursus.

¶ Gothia aūt regio europæ supioris pars est:finitimaq; Daciæ contingentis alemaniā primā *Scythiæ* partē:quæ diuidit̃ in duo regna:nā cū *Arriancus* & acritus gotthorꝝ reges hisdē tpibus ad constantini magni pœnitentiā cū.ii.armatorꝝ milibus in eius solaciū accessissent:geberich alter Gotthorum rex uandaliā:ut diximus:inuadens uandalos & uisimar eorum regem a sedibus propriis depulit:eo quod gotthi & aliæ scythicæ gentes a natura ferocissimæ essent.

¶ Hermaricus autē gotthorꝝ rex Geberico patre sublato regnū accepit: sed quantū regnauerit nescitur:eo nāq; regnante immanissima hunnorꝝ idest ungarorꝝ gens diu inaccessibilibus montibus inclusa repētina rabie parcita:in gotthos exarsit:& uelut examen apum subuelamur rege suo: gotthiam cooperiens:ipsos & hermaricū istum regē sparsim fugatos ab antiquis eorꝝ sedibus depulit.

¶ Frigdegninus autē post hermaricum patrem regnauit:qui ad ualētem imperatorē cōfugiens ab eo perbenigne exceptus est:cui & mesiam thraciamq; prouincias habere cōcessit.Sed mox per auariciam maximiani ducis fame lacessitus eidem rebellauit:qui uniuersa cædibus & incendiis miscēs etiam cum ipso imperatore Valente dimicare ausus est:cuius exercitum fundens & fugans ipsum quoq; imperatorem saucium in quandam casulam inclusit & combussit.

¶ Eo item mortuo Athanaricus successit:uir scelestus atq; malignus qui etiam persecutionem maximam

ximam christianis intulit.Qui cū tādem se suosq; Theodosio seniori tradidisset quarta die decessit.

¶ Alaricus aūt prædicti athanarici regis filius:regnū accipiens cū oēm ipse inuasisset italiam ab imperatore eidem gallia cōmittitᷣ:a uandalis scilicet defendenda:cōtra quem Stilco patricius dolose multos cōcitauit.Quāobrem alaricus ipse in iram cōcitatus gallia omissa italiā regreditᷣ: & romā accedens urbem adeo obsedit:ut præ fame matres filios comedere cōpulerit. Demū urbe potitus gladio & igni sæuitū est:edicto tñ proposito:ut qui in sacras apostolorum Petri & Pauli ædes cōfugissent:salui fierent:quod & factū est:ut inferius loco suo latius dicetᷣ : indeq; p apuliam & calabriam recedens apud cōsentiam emoritᷣ:& in medio aluei Bascenti flu.sepelitur. Romaʒ hic obsedit & tādem destruxit.

¶ Atthaulphus eius affinis in regē suffectus statim cū exercitu Romā rediit:& qcquid residui fuerat locustarū more cōsumpsit:qbus direptis mox etiā clarissima quæq; urbis loca: quæ ab igne absumi nequierāt:fulmina de cœlo delapsa cōsumpsere:honorius aūt imperator his auditis Constantii patritii interuentu cū Atthaulpho isto pacē cōposuit: sororemq; suā ei in matrimoniū dedit.& tūc gotthorum regnū biffarie diuisum est.Aliis in italia sub īperii ditione manētibus:aliis recedentē Atthaulphū in galliā aquitanicā sequētibus:ubi apud tholosam urbē regni sui sedem collocauit:quo in loco haud multo post interfectus ē:post atthaulphū aūt in gallia aquitanica quidā noīe Valpa regnauit.

¶ Theodoricus uero post Valpā regnauit:cuius tpe Attila hunnorum rex supbia inflatus:ꝯsilio acer: & potētia informidabilis:in cōfusione natus:cū Valamuro ostrogothorum & Ardarico gepidarū regibus:aliisq; regulis multis qngentorū milliū numero exercitū secū trahens ueluti luporum agmina in agnorū ouile multos execrabili cæde inuasit populos.Quapp Aetius patricius:q sub Martiano prīcipe galliā regebat:intelligēs qđ Syngibanus uādalorum rex eorum.s.q aurelianis remāserāt fautor partiū impii uolebat hūnis præ timore ciuitatē ꝑdere.Theodoricū hūc regē sub pollicitatione dimidiæ galliæ si uinceret in auxiliū cōtra ungaros euocat.Quo in auxiliū reip.ꝑperāte Aetius cū simili pollicitatione Attillā cōtra gotthos p internūcios inuitat:quos galliā uelle inuadere cōfingebat : atq; ita gotthi & hūni fallaci ꝑmissiōe illecti cū in aluerniā cōuenisset: attilā Gundiocū burgōdionū regē sibi occurrentē pemit:& hinc inde acie instructa in hūnos & gotthos atrox certamē editᷣ: Gotthorū ad ducēta millia cū Theodorico rege:hūnorum cētū quinquaginta millia cum Valmuro ostrogottho ruʒ rege eo prælio cæsa fuere:tantusq; ibi sanguis effusus est:ut modicus qui ibi habebatur riuus torrens effectus mortuorum multorum cadauera traxerit. Ducenta gothorum & Centuʒ quinquaginta hūnorum millia cæsa referunᷣ

¶ Torsimūdus Theodorici ꝑdicti filius:& in regno successor:qui huic pugnæ interfuerat patris necē ulcisci desiderans:triduo rursus cū hūnis pugnauit:ubi Attila in castris cōpulsus īnumerabilis hunnorum multitudo corruit.At aetius ad Attilā noctu ueniens:ut recedat ei ꝑsuadet fugiens Theodoricum cū Torsimundo fratre nocte proxime futura cū tanta multitudine affuturū esset:ut minime sustinere posset.Sequēti deinde nocte ad Torsimūdū aetius similiter ueniēs simili figmento usus est: adiecitq; uerendū esse:ne dum illi morareᷣ fratres eius paternas opes præripiant:atq; ita utraq; parte recedente:aetius suos post hunnos dirigens:eos usq; ad Turingiā ꝑsequendo recidit:atq; hoc modo galliam reip.reseruauit:Torsimundus uero Tolosam regressus suos de regiis opibus contendentes offendit.Sed pace inter eos composita e uita discessit.

¶ Theodoricus aūt huius noīs secūdus Torsimundi ꝑdicti frater post eū regnauit: qui principatu suscepto cū Rociario suecorum rege hispaniā inuadente cōfligens:& ad internitionem usq; prosternens:Suecios sibi subegit & Gotthorū regnū in hispaniā usq; protulit.

¶ Henricus ēt alter frater Theodorico regibus hunnis cedente postea super aquitanicos hispanosq; ac Suecios regnauit:cūq; etiam arelatum & massiliam subiugasset. Theodomorus ostrogothorum rex christianissimus a Gotthorum iugo se surripuit:& ad catholicā fidem conuertit.

¶ Alaricus prædicti filius:post patrem regnauit:contra quem Clodoneus frācorum rex pugnauit: quo interfecto & gotthis inde fugatis aquitaniam cōquisitam sibi subegit:post cuius necē narbonēsis prouincia:quæ Gotthia dicebaᷣ:& hispania in gotthorum ditione tantūmodo remansere:in quibus & Amalaricus rex regnauit:qui & ipse tandē apud bachioniam a francis interfectis: Theoclas successit:& post eū Agilla regnauit:contra quē athanagildius insurrexit : atq; in eo regnū finitū est.

¶ Leouigildus tñ in hispaniarum regno alarico prædicto successit uir quidē iniquus atq; scelestus:qui Ermagildū filiū xpianissimū pascatis nocte ob catholicæ fidei confessionem securi mactauit.

¶ Ricardus uero Leouigildi alter filius patri in regno succedēs baptismū statim a Leandro hispalensi epō recepit:cū quo tota eius familia ad catholicā fidem tandem peruenit.

¶ Litibia autem & Benthicus & Gundemarus reges successiue post Ricardum regnarūt. Deinde quidam nomine Sesibirus uir sapientia ornatus adepto regno contra rempu.fortiter dimicauit: cuius uirtute regnum gotthorum in hispania firmatum est. Sesibiro autem sentillam succedentem Sisemundus deiecit.cui Cintilla:& Cintillæ tolga successit.Quo etiam deiecto.Cinthasindus ex primatibus unus in regem erigitur: qui cum suspectos omnes interfecisset:omnem hispaniam suæ ditioni firmauit:eo quoq; defuncto Richinsindus eius filius regnauit.

¶ Vimba tholetanus xpianissimus post hūc regnū accipiēs quēdā paulinū narbonēsi ꝓuinciæ dedit ꝓcuratorē:q dominatiōis ius inuadēs nemāsiū ciuitatē ꝑ se muniuit:deīde arrianis aqtanicis in auxiliū accitis regnū uniuersum ꝑuertit:hūc uimba rex captū & corio insutū suffocareq; fecit.

¶Vinconza deniq; Vimbæ successor fuit: qui libidinibus turpiter deditus extemplo & suo malo sacerdotes ma culare ānixus est. Sed dei iudicio paulopost a saracenis supueniētib⁹ deiectus ē:quo deiecto gotthi gūdericū sibi pfecerūt regē:q & ipse a saracenis defectus gotthoꝝ regnū defecit.

COnstātinus eius nominis secūdus magni cōstantini filius secūdus cōstātinopolitanus imperator post patrē.cclxxix.olympiade impare cœpit:& cū cōstātino & cōstāte eius fratribus imperauit annis.24.men.5.& diebus.12.Fuit & cū eis successor dalmatius eo rū fratruellis adolescēs pclare indolis:q tertio imperii sui anno factione cōstantii eius patruellis militari tumultu īterfectus est:hi itaq; fratres imperiū īter se diuidētes:paulopost & ipsū iurgii & bellis lacerauerūt:ac ciuilia bella suscitarūt. Cōstātius.n.arrianus effectus arrianis fauere cœpit.quo auxilio multū inualuit:pp qđ cōciliū apud laodiceā Syriæ urbē indictū est:ad qđ catho lici & arriani cū arrio magno populi stipatus frequētia cōueniētes:Omusion quotidie disputarunt catholici affirmabāt filiū patri Omusion eē:arriani āt secus Christū cū pře refellebāt.Quibus con tentionibus cōstātio iubēte.multi catholici exiliis carceribusq; ac uariis afflictionū modis sunt affecti.Nā ut infra dicemus inter cæteros athanasiū episcopū:Eusebiū uercellēsē3.Dionysiū Medio lanen.Hylariū pictauiensem:Paulinum treuerensem:atq; alios patres crudelē in modū insequi pcepit:Iuliū etiā papā qđ arrianos & orientales episcopos rephendisset exilio mulctarūt:interim aūt cōstans aduersus frācos bellū mouit.Qui post uarios belli euētus illos tādē pdomuit: & pacē cum eis cōposuit:dumq; apud gallos pace & qete frueref:cōstātinus natu maior eidē bellū statim intu lit:sed dum apud aqleiā inconsulte cū fratre dimicaret ab eius exercitu īterfectus est. Cōstantino aūt mortuo pdictus cōstans postmodū uaria fortuna cōtra psas usus cū nocte q̄dā intēpesta militū seditione pliū suscipere cogeref:uictus fuit.At cū postea de seditiosis militibus pœnas suscipere statuisset:magetii dolo nō lōge ab hispania trigesimo ætatis suæ anno:imperii uero sui.13.in castro cui helenæ nomē erat:īterfectus est: Quibus mortuis cōstātius hereticus arrianus impio solus poti tus est:moxq; repu.turbata:Vetramonius Nursiæ:& Nepotianus Romæ impatores facti sunt:con tra quos cōstātius graue cōmouit bellū:& haud multo post Vetramonio apud naisum a Constan tio regiū īsigne detractatū; & Magetius nursiæ princeps uictus est:his gestis cōstātius cōfestī Gallū eius patruelē ad tuendā iudæā cæsareā misit:& Iulianū similiter eius patruelē apud Mediolanū Cæsarē creauit:eumq; cōtra seditiosos quosdā in gallias misit:q & breui ut uir strenuus ipsorū galloꝝ ac germāorū motus sua uirtute cōpescuit:unde & militū omniū psensu Augustus appellatus est:quo audito constātius parthicis occupatus bellis omisso negocio ad ciuile bellū mox se cōuertit:& dum grauissima bella excitasset.5.&.xl.uitæ suæ anno apoplexiæ morbo interiit:Hic licet con tra christianos catholicos impiissimus habereť:tñ pp moderationē & comitatē inter bonos princi pes ab historicis & uiris doctissimis annumeraf.Nā post susceptū imperiū cum triumpho urbem ingressus fuisset:omnes ciues mira benignitate & humanitate ueneratus est:affirmans Romanos ciues tanquam reges omnes se uidisse:erat hic staturæ paruæ sed animi excelsissimi. 339 5538

¶Viri disciplinis excellentes.

¶Paulus primus heremita natione ægyptius in thebaida īferiore natus:hoc anno.4.idus Ianua- 345 5544
rii.cxiii.uitæ suæ anno in eremo diē obiit:cuius anima:ut diuus scribit Hieronymus beatus Anto. cōfestim inter choros apostoloꝝ & pphetarū euolare uidit:fuerat hic nobilibusq; parētibus ortus: & litteris tam græcis q̄ ægyptiacis apprime eruditissimus.Qui cū.15.ætatis duceret annū.Valeriani & decii psecutionibus pmotus relicta domo ad mōtiū deserta cōfugit:ubi postea necessitatē in uoluntatē uertens in quadā haud grādi spelunca sibi a deo oblata per.98.annos īcognitus: in ora tionibus & ieiuniis solitariā uitam duxit.Cuius quidem uitā diuus Hiero. ut religiosorum mentes ad uirtutem & perseuerantiam feruentius excitaret:cum multa de mundi contemptu edidisset mo numenta:etiam ob eremi laudes eleganti conscripsit sermone:qui cum merito inter sanctos sit re latus eius natale quarto idus Ianuarii celebratur.

¶Paulinus treuerensis episcopus uir scientia & sanctitate conspicuus his temporibus in pcio exi- 347 5546
stens a constantio imperatore ob catholicæ fidei defensionem exilio damnatur:ubi ad mortē usq; etiam extra christianum nomen mutādo exilio faticatus ad ultimum apud phrygiam pridie cal. septembris beatæ passionis coronam cum domino percepit.

¶Eusebius Ro.ecclesiæ cardinalis præsbyter uir quidem eruditione fide conuersatione:ac moribus insignis:& ipse hoc anno ob catholicæ fidei defensi onem a Constantio imperatore captus in quodam domus suæ cubiculo includitur:ubi per.7.menses in oratione constanter perseuerans .19.cal.septēbris adhuc inclusus in domino quieuit:cuius corpus Gregorius & Orosius præsbyteri colligentes: in calixti cemiterio sepelierunt:eiusq; sepulchro hunc titulum apposuerunt Eusebio homini dei.celebratur autem eius natale.19.cal.septembris.

¶Paulus ēt cōstātinopolitanus eps uir sane diuinus & multaꝝ reꝝ expiētia eruditus p hoc tps a Cōstātino impatore apud quandā ciuitatulā capadociæ noīe cucusa3 ob catholicā fidē exilio rele gatus:arrianorū insidiis crudeliter strangulaf:& sexto idus iunii ad cælestia regna glosus migrauit.

¶Dionysius quoq; Mediolanensis eps hac tēpestate apud Mediolanū cōcilio ab hereticis & catholicis celebrato:cū athanasio inhereret:& eidē plurimum faueret:& ipse a Constantio in capadociam exilio

dociam exilio relegatur:ubi & paulopoſt multis iniuriis & incōmodis afflictus quieuit in dn̄o:cu ius quidem corporis reliquias a ſancto Baſilio eiuſdē urbis epiſcopo receptas diuus Ambro.ipſius ſucceſſor in digno honore ſepeliuit.

¶Hylarius item illuſtriſſimus pictauienſis ep̄s & oīum lr̄aꝝ eruditiſſimus his tumultibus ob catholicam fidem:factione cuiuſdam arelatenſis ep̄i arriani:quadriēnio apud phrygiā relegatus ibidem inter alias uirtutes:mortuū ad uitā reuocauit.Sed deniqꜭ poſt multas arrianoꝝ uexatiōes ad urbē ſuā reuerſus:anno ſalutis nr̄æ.371.migrauit ad dn̄m:hic hos deſcriptos edidit libros.

De trinitate li.12. pricipiū.Circūſpicieti. Exēplū blaſſemiæ auxētiæ li.i.btiſſimis.
De ſinodo li.i. pricipiū.Conſtitutum. Hyſtoria a pricipio mūdi uſqꜭ ad xp̄m
Ad conſtantium li.3. pricipium.Tp̄s loquendi Hymnos & carmina primus iter catho
Aduerſus arrianum li.i. prici.Dilectiſſimis fratrib⁹ licos edidit atqꜭ alia aliqua.
Contra dyoſcorum li.i. Contra ualentē urſaciū li.i. Defenſio catholicæ fidei li.i.
In conſtantium li.i. In euangelium matthei li.i. De hereſibus item li.i.
In cantica cāticoꝝ li.i. Epiſtolaꝝ ad diuerſos li.i.
In pſalmū bti īmaculati trac.22. In aliquos pſalmos trac.42. Et alia quædam.

5547 348 ¶Athanaſius inſuper alexandrinus epiſcopus uir ſanctitate & ſcientia conſpicuus hiſdem tpibus plurimas & graues quidē perſecutiones ab arrianis pertulit:nā ſuperioribus annis in Laodicēſi cōcilio cōtra arrianos cōſtitutus cum rōnibus euidētiſſimis atqꜭ argumētis fortiſſimis filiū pr̄i omuſ ſon eſſe affirmaret:quod Arrius & eius ſequaces refellere nō poterāt:uniuerſum pene orbeꝫ in ſui perſecutionē cōcitauit:qui fugiens ut diuus Hierony.teſtatur:ſex cōtinuis ānis in ciſterna ſicca delituit:ubi nunq̄ ſolē uidit:ſed peractis annis prædictis cuꝫ q̄dā puella eum ibi adeſſe indicaſſet:dei nutu inde ꝓfugit.Coierant.n.tunc uniuerſi principes terræ gentes & regna:ac exercitus oēs ad euꝫ inſequendū:propter quod multa perpeſſus arrianoꝝ inſidiis toto orbe ꝓfugus agebaẗ adeo ut ei ad latendū tutus non ſupereſt locus:tandē poſt multos agones:multaſqꜭ patientiæ coronas tēpore Valētiniani & ualentis imperatoꝝ anno.ſ.dn̄i.379.Sacerdotii uero ſui ſexto & quadrageſimo 6.nonas maii migrauit ad ſuperos:& inter ſanctos relatus:eo die natale eius celebraẗ.Scripſit autem hic egregius doctor ea quæ hic ſubiecta ſunt.

Aduerſus gentes. li.2. De uirginitate ſeruāda.li.i. De perſecutione arri.li-
Cōtra ualētē & Vrſatiū.li.i. De pſalmoꝝ titulis. li.3. bri multi & ſimbolum:
De exhortatione mona.li.i. Hiſtoriam beati Anto.li.i. q͡cūqꜭ uult ſaluus eſſe.

5550 351 ¶Nicolaus Miroꝝ liciæ urbis archiepiſcopus:uir oīum uirtutū cariſmate repletus:hoc anno grādæuus & plenus dierum migrauit ad dn̄m:ad cuius tumbā olei fontē ſtatim prorupiſſe ferunt:quo liniti ſanabantur cæci:ſurdiſqꜭ auditus præſtabaẗ ac debilis q̄ſqꜭ ſoſpes fiebat:ꝓpter quod inūerabiles pp̄li ad eā cateruatim ferebanẗ.Hic nāqꜭ:ut celeberrima eius hēt hiſtoria:apud patram urbē nobiliſſimis ortus parentibus:uelut lucifer ēt in ipſo eius ortu emicuit.Qui poſtq̄ domi puerileꝫ egiſſet ætatē cunctis oblectationibus abdicatis xp̄i iugo ſe ſubdidit:& inter cætera ſuæ uirtutis opa hoc unū exempli gratia ſuppono memorandum:ꝙ cum nimiū eſſet locuplex:eſſetqꜭ utroqꜭ parēte orbatus:accidit:ut nobilis q͡dā eius conuicaneus ob inopiā tres filias uirgines fornicari conſtituerit:ut earum infami comertio infœlicem ſaltem ageret uitam:quod ubi ſanctus uir didicit:cōdoluit:& miſerrimo homini tm̄ contulit:ꝙ tm̄ a ſe nephas leuare poſſet.Eius autem inter cætera miraculorum inſignia illud memorabile fertur.Quod longe conſtitutum Conſtantinū magnū a quodā interitu ad miſericordiā:& monitis per uiſum deflexit & minis.Eius aūt ſanctiſſima oſſa poſtmodum anno ſalutis noſtræ.1087.ad barrum apud urbē tranſlata:frequentiſſimis miraculis multum ex oī orbe xp̄iano attrahi populum:quibus beneficiis factū eſt:ut barrum oppidū multis donis & opibus auctū ſit.Ipſius autem feſtum.8.idus decemb.celebramus. Tribus uirginibus dotē ſecreto contulit.

5551 352 Liberius papa natione romanus:patre auguſto poſt Iulium pontificem ſedit annis.16. men.7.& diebus duobus.Cuius tempore celebrato apud mediolanum a ſectatoribus arrianæ hereſis concilio ipſe cuꝫ multis catholicis epiſcopis urbe pulſus eſt.Iam antea ariminenſem ſynodum congregauerant:ubi multæ diſputationes callidæ actæ fuerāt: negantes Chriſtum cum patre omuſionē eſſe.Quapropter cū ea aperte impugnaſſet:ab arrianis triēnio in exilio actus eſt:unde a ſacerdotibus ſynodo cōgregata Fœlicem præſbyteꝝ uirum optimum in liberii locū ſuffecerunt:qui pōtificatu ſuſcepto ſtatim conuentū.48.epiſcopoꝝ cōgregauit:& duos præſbyteros.Vrſatium & Valentē ab eccleſia ſuperauit:eo ꝙ cum Conſtantio & arrianis in fide ſentirent.Ea propter eorum p̄cibus motus Cōſtantius Liberium papam ab exilio reuocauit.Qui imperatoris beneficio permotus cuꝫ hereticis tenere cœpit:ꝙ uis id cum catholicis ſentiret hereticos.ſ.ad fidem redeuntes non eſſe rebaptizādos:expulſo itaqꜭ Fœlice:& Liberio ad pōtificatum reuocato:Vrſatii Valentiſqꜭ inſtigatione Conſtantius uæhementiſſimam perſecutionē in catholicos cōmouit:adeo ut etiam in eccleſiis præſbyteri & clerici paſſim trucidarentur.Hic autem ponti fex q̄q̄ cuꝫ arrianis ſentiret:dei tamen eccleſias quoad potuit diligentiſſime exornauit:uoluitqꜭ decreto publico uicem ſuam dolens ne quis epiſcopus de cætero propter aliquam infeſtationem gregem ſuum ullo modo deferre poſſe:ſicut habetur in cañ.ſeptima quæſtiōe cap̄ſo p̄rio. Liberius papa.37 Perſecutio catholicorū ab arrianis magna.

Suggeſtum. Fuerunt autem fortunatum quẽdã a qleienſem ep̃m: liberiũ hunc fidei cauſa in exiliũ pergẽtẽ: ut in diſcordiã laberet̃ ſollicitaſſe. Deniq̃ cũ liberius hic bis ſacros ordines in decembrio mẽſe celebraſſet: ubi præſbyteros. 18. diacones. 5. & ep̃os per diuerſa loca. 19. creaſſet: uitæ ſuæ finẽ fecit. Cuius corpus uia ſalaria in cemiterio priſcillæ ſepelierunt: & tũc ſedes uacauit dies ſex. Inter hos autem a Liberio iſto ſacris ordinibus initiatos diuum Hieronymum præſbyterum cardinalem creatum fuiſſe tradunt.

S. Hierony. cardinalis p̃ſbyter creatur

FOelix papa eius nominis primus: p̃ria Ro. patre Anaſtaſio: liberio p̃dicto ab hereticis pulſo ab ipſis pontifex creatus: ſedit anno uno: menſibus quattuor: diebus duobus: uir ſane optimus: & multa laude dignus: quẽ heretici ad cooperimẽtũ ſui erroris iõ elegerunt: ut liberiũ rationabil̃r eieciſſe demonſtrarent. Qui tñ papatu inito: ubi cõſtantium imp̃atorẽ ab hereticis rebaptizatũ didicit: eũ hereticũ & orthodoxæ fidei inimicũ: ac ſecundo rebaptizatum oĩbus p̃mulgauit: propter quod indignatus conſtãtius ſuaſione uerſarii & ualentis a ſe deeũ deiecit. Et cũ nulla rõne ab orthodoxa fide diuelli poſſet: ab aduerſariis una cũ multis bene ſentientibus interficitur: martyrioq̃ coronatur: ac. 4. cal̃. augu. in baſilica: quã ipſe uia aurelia ædificauerat: ſecundo ab urbe miliario ſepelitur.

Fœlix papa. 38

¶ Donatus hereticus natione apher: a quo donatiſtæ heretici nomẽ ſumpſere: hac miſerrima & infœlici tempeſtate uiguit: qui ex numidia prouincia ueniens multa p̃tra catholicos ſcripſit: & totam pœne aphricã: atq̃ iudæã ſua peſtifera perſuaſiõe decepit: eius namq̃ error atq̃ deceptio erat: qđ filium patre minorẽ eſſe dicebat: & ſp̃m ſanctũ filio minorẽ & catholicos eſſe rebaptizandos: ſicut hẽtur in cañ. 24. q. 3. c. quidã uero cognita eius falſitate ac deceptione: nõ multo poſt e carthagine cũ multo p̃bro pulſus ẽ: qdam ẽt eius ſectatores mõtenſes appellati fuerũt: eo q̃ eccleſia primum Ro. in monte habere cœperunt. Scripſit autem multa: & quammaxime librum De ſpiritu ſancto arrianam doctrinam continentem. 353 5552

Donatiſtarũ hereticorũ errorem explicat mõtẽſes heretici

¶ Eunomius ẽt alius hereticus hiſdẽ t̃pibus fuit: a quo Eunomiani heretici: uir qdẽ callidus aĩo ac corpore leproſus: nec ſecus interius q̃ exterius regio morbo correptus qui cũ primũ arrianæ perfidiæ ſectator fuiſſet: aliã quoq̃ adiecit: & diſſeminauit falſitatẽ dicens: filiũ patri in oĩbus eſſe diſſimilem: & ſp̃m ſanctũ cum patre & filio nihil cõmune habere.

eunomiani heretici

¶ Macedonius quoq̃ cõſtantinopolitanus ep̃s: a quo macedoniani heretici ſuperioribus annis a catholicis ibidem legitime præſul creatus hoc t̃pe ab Arrianis hereticis ſede deiicit̃: eo q̃ filiũ p̃ri ſimilem fateretur: licet ſp̃m ſanctũ non ſecus q̃ illi: eius aũt error erat q̃ ſpiritum ſanctum negabat deũ eſſe: & multa ſcandala concitauit. ¶ Viri diſciplinis excellentes. 354 5553

macedoniani heretici.

¶ Achatius homo luſcus cæſariẽſis eccleſiæ in paleſtina ep̃s his t̃pibus cum eſſet doctor eruditus: multa in eccleſiaſtẽ ſcripſit cõmẽtaria. Hũc aũt tantæ auctoritatis ob eloquẽtiã & uerſutiã apud cõſtantiũ imperatorẽ fuiſſe diuus Hiero. ſcribit: ut Ro. Fœlicẽ p̃ſbyterũ arrianũ liberii loco papã conſtituere fecerit: quẽ tñ (ut diximus) catholicũ & uirũ ſanctum fuiſſe conſtat: p̃ter aũt quos diximus libros a ſe editos: & alios quoq̃ cõpoſuit tractatus. Et maxĩe in eccl̃iaſtẽ libros. 17. & alios duos.

¶ Serapion qui ob eloquentiã ſcolaſticus cognominatus eſt: per hoc t̃ps in confeſſiõe ueræ fidei clarus habitus eſt: qui inter cætera aduerſus manicheũ pulcherrimũ librũ edidit. Item de pſalmorũ titulis: ad diuerſos perutiles ſcripſit ep̃las. Nec unq̃ (ut diuus refert Hierony. minis aut terroribus a ueræ fidei cõfeſſione conſtantius eum amouere potuit.

¶ Fortunatus natione apher aquileienſis eccleſiæ epiſcopus erudítiſſimus uir per hæc quoq̃ tempora multos cõmentarios in euangelia breui ſermone conſcripſit. Verũtamen in hoc plurimũ deteſtabilis fuit: quia ut dictum eſt. Liberium papam in exilium pergentem primus ſollicitauit & fregit: atq̃ ad hereſim compulit.

¶ Lucifer p̃terea caratilanus ep̃s hac tẽpeſtate in p̃cio fuit: quẽ ob dicendi copiã atq̃ elegantiã papa cũ Pãcratio & Hylario Ro. clericis ad p̃ſtãtinũ legatũ miſit: ubi cũ nollet ſub athanaſii noĩe Nicenã dãnare fidẽ: ab ipſo cõſtantino relegatus eſt: quo in loco p̃tra eũdẽ imp̃atorẽ librũ compoſuit eiq̃ legendũ intrepide miſit: obiit deniq̃ Valentiniano auguſto imperante.

¶ Euſebius etiam Euſenius epiſcopus elegantis & rhetorici ingenii uir: per hoc ipſum tempus innumerabiles pœne libros edidit: e quibus præcipui habentur: qui aduerſus iudæos & gentes & nouacianos inſcribuntur: ſcripſit quoq̃ alios decem in epiſtola ad Galatas: necnon & in euangeliis complures & breues omelias. 356 5555

¶ Victorinus inſup natione apher: per hoc t̃ps Ro. accuratiſſime rhetoricã docens ob elegãtiã & ingenii magnitudinẽ: ac legẽdi p̃ſtantiã ſtatuã æreã in foro p̃meruit: qui poſtmodũ in extrema ſenectute ad fidẽ xp̃i p̃uerſus librũ aduerſus Arriũ dialetico more p̃ſcripſit: qui non niſi a doctiſſimis uiris legi: aut intelligi põt. Item cõmentarios quoſdam in ap̃lm Paulum compoſuit.

¶ Triphillus cyprilirẽſis ep̃s: uir ſua ætate eloquentiſſimus ac celeberrimus doctor & ipſe per hos dies in canticis canticorũ cõmentarios: & alia multa compoſuit.

¶ Aſterium quẽdã arrianæ factionis p̃hm hiſdem t̃pibus fuiſſe & floruiſſe dicũt: & multa in ep̃las ad Ro. & in euãgelia: ac in pſalmis cõmẽtaria cõpoſuit: atq̃ alia multa ſuæ hereſi fauorabilia ſcripſit: quæ qdem ab oĩbus tunc hereticis ſtudioſiſſime legebantur.

¶Donatus quoq; non minus rhetor quā philoſophus & grāmaticus diui Hiero.p̄ceptor Ro.tum inſignis plurimū fuit:qui inter cætera in Virgilium & Teren.egregie cōmentatus eſt. Virgilii: ac Terētii cōmētator.

¶Genadius quidam forenſis orator & ipſe per hoc tp̄s Romæ inſignis & præclarus habitus accuratiſſima de modo dicendi poſt ſe reliquit monumenta.

5557 358 ¶Minernius ēt Burdegalenſis rhetor cū prædictis Ro.rhetoricam florentiſſime docet.

5559 360 ¶Macharius & Amathas ac alii multi beati Antonii diſcipuli per hæc tempora tum ſanctitate:tū q; doctrina inſignes habenť:quorum quidem uitam atq; finem diuus Hierony.ſingulis libellis ad humanam inſtructionem explicauit.

¶Arminenſis ſynodus hoc anno qui eſt.22.imperii Cōſtantii ipſo iubente & Thauro præfecto mediante indicitur:in quam multi orientales & occidentales ſacerdotes cōuenere:ubi cū multi callidi & acuti orientales ſimplicitatem & ignorantiā occidentaliū ſuis fallaciis & argumentis in ſuā ſententiā trahere niterenť:ut xp̄m cū patre Omuſion negarent diuino nutu inſpirari illā diſputationem uſq; ad tp̄s p̄termiſerunt:p̄pter q̄d antiqua Niceni cōcilii fides arrianoꝝ ſuggeſtione ea in ſynodo dānata eſt:quā tamen poſtea romana ſynodus extunc & in perpetuū uoluit eſſe dānatā:ut etiam Gratianus in cā.15.di.c.ſancta Ro.eccleſia teſtatus eſt.

5561 363 IVlianus apoſtata galli cæſaris germanus:& prædicti conſtantii patruellis tertius Conſtantinopolitanus imꝑator hoc anno qui eſt.285.Olympias apud Mediolanum auguſtus cæſar imperauit annis.2.& mēſi.8.Hic ex Conſtātio p̄ris conſtantini.M.fratre natus eſt:cui ideo apoſtate cognomen fuit:q̄a ſuſceptā xp̄i fidē abnegans libꝛ eloquētiæ & pari impietate redundantē in xp̄i dogma euomit.Erat.n.liberalibus diſciplinis tum græcis:tūq; latinis perornatus:multæ ēt memoriæ & ingētis facūdiæ. Vir in amicos liberalis:p̄uincialibuſq; iuſtiſſimus:ſed glīæ cupidus:quæ q̄dē oīa ad extremū euertit dum xp̄ianos callidiſſime p̄ſeq cœpit. Callidior nāq; inter cæteros perſecutores fuit:quia blandā p̄ſecutionē facere curauit alliciens magiſquā impellens ad ſacrificandū:pp quod multi xp̄ianoꝝ ſponte corruere.Dum hæc agerenť accidit:ut in perſas bella ingentia pertractans:teſte Amiano hiſto.ſagitta in certū miſſa brachio ſauciaretur:quo uulnere.32.ætatis ſuæ anno interiit. Legitur tm̄ in uita beati Blaſii epiſcopi quēdā mercurium militem xp̄ianū ab ipſo paſſum illū tranfixiſſe. Qui ſtatim manū ad cœlū extendens ac ſi contra xp̄m clamaret dixit:uiciſti galileæ:uiciſti:ēt & te nunc negabo:ſacia te de cætero.Sunt qui dicant Iulianū hunc in diaconatus ordīe fuiſſe initiatū.Sed gallo cæſare eius germano defuncto: ut erat gloriæ & ambitionis cupidiſſimus a Conſtātio auguſto in gallias ſe mitti contra ſeditioſos quoſdā p̄curauit:ubi & breui galloꝝ & germanoꝝ motus ingenti uirtute cōpeſcens reiecta diaconi dignitate a militibus ſe auguſtum appellari fecit.Cuius quidē rebellione tm̄ animi dolorem cōtraxit conſtantius:ut ex hoc moriretur. Iulian⁹.

¶Martyres ſub Iuliano paſſi.

5563 364 ¶Ioānes & paulus xp̄ianiſſimi uiri & Ro.præclariſſimi ciues unus præpoſitus:& alter conſtantiæ uirginis magni Conſtantini filiæ primicerius:hoc anno a quodam Terētiano campi ductore capti ad Ro.urbem poſt innumera uerbera Iuliani ipſius iuſſu.6.caľ.iulii martyrii palmā gladio cædente adepti ſunt:quo quidem die feſto honorantur.

¶Gordianus & Epimachus uiri p̄clariſſimi:& ipſi ſub hoc tumultu Romæ in uia:quæ latina nuncupatur martyrio coronantur:quoꝝ prior pro noīs xp̄i confeſſione diu plumbatis cæſus:poſtea ſexto idus maii capite truncatur.

¶Donatus aretinus ep̄s uir ſanctiſſimus:& lr̄aꝝ tam hūanaꝝ q̄ diuinaꝝ ſufficiēter inſtructus:hiſdem tp̄ibus poſt martyriū p̄ris ac matris cū magnas & ingētes uirtutes apud etruriæ p̄uīciā operatus fuiſſet:a Iuliano apoſtata captus martyrii coronā adeptus eſt.Hic īter cætera ſuæ uirtutis opera memoratu digna:dum aliq̄n miſſam celebraſſet:& de corpe xp̄i:ac de ſanguīe ipſius pp̄lm recrearet:ſubito paganoꝝ īpulſu calix ſanctus ꝯfractus eſt:q̄ cū cerneret pp̄lm triſtē & mœſtū colligens eius fragmenta in priſtinā formā ſuis orōnibus reſtituit.Quo ſigno ꝯfuſi pagani deitatē xp̄i cōfeſſi ſunt:& circiter.188.aīæ baptizatæ ſunt:hæc ipſa btūs Grego.in libris dialogoꝝ ſuoꝝ meminit:huius autem natale.7.idus augu.celebratur.

¶Blaſiū ep̄m uiꝝ ſc̄iſſimū hiſdē tumultibus crediderim ego apud ſebaſtē ſeu ſamariam fuiſſe paſſum:qui multis patratis miraculis:in eadē urbe a quodā p̄ſide noīe Agricolao captus poſt diutinā ceſionē: & carceris ſquallorē:ac ligni ſuſpēſionē ubi pectinibus ferreis carnes eius diruptæ & dilaceratæ fuerūt:poſt iteꝝ teterrimum carcerem:& laci dimerſione:unde deſuper uadens ſaluus exiuit iubente iniq̄ſſimo ipſo iudice ad extremum.3.nonas feb.cum duobus pueris capite trūcato ad cœleſtia regna glorioſus migrauit.

¶Iulianā inſup uirginē Ro.idē ſacrilegus Iulianus facultatibus plena tam diu plūbatis cedi fecit donec & ipſa ſp̄m emitteret:& p̄pterea eius feſtū.4.nonas decēb.celebraľ.

¶Theodoricus q̄dā antiochenus p̄ſbyter:& ipſe apud eādē ſyriæ urbē a p̄ſeq̄ntibus īpiis poſt eculei pœnā:& m̄ltos duriſſimoſq; cruciatus ēt lāpadibus circa latera eius admotis īflāmatus cū etiā in ꝯfeſſiōe xp̄i ꝯſtanter perſiſteret.x.caľ.nouemb.occiſione gladii martyrium conſumauit.

¶Demetria iteꝝ Ro.uirgo ſub hac p̄ſecutiōe Ro.martyrio coronata eſt:quā cū ad iulianū īpiiſſime ītroduxiſſent:& crudeliſſime uerberata in ꝯfeſſione xp̄i p̄ſeueraret ad ulti.xi.iulii ſp̄m emiſit.

Pygmeus eruditissimus Vir & Iuliani imperatoris præceptor per hoc tempus & ipse ab eodem Iuliano martyriū ptulit: qui cū ipsum iulianū a puero adnutrisset: & sacris lr̄is sufficiētissime erudisset: hoc tpe in retributionis loco pro fide xp̄i.9.cal.aprilis in Tyberim necari fecit.

Quiriacus qui & iudas hierosolymitanus ep̄s hac tempestate cum Anna matre sua pro christo martyrium Cōstantissime sumpsit. Hic ille est iudas qui helenæ constantini matri locū: in quo xp̄i crux fuerat abscōdita ostendit: qua inuēta ob eius miracula semp eius gloriā p̄dicare: & annunciare uoluit. Quāobrē a paganis captus: & ipse cruci affixus est: & ppea crucifigerorum ordo ab ipso Quiriaco (ut multi asserunt) initium sumpsit. De quo inferius sub īnocentio quarto dicemus.

Iouinianus — IOuinianus quartus constantinopolitanus imperator post Iulianum apostatā oīum cōsensu imperator factus imperauit mensibus.8. Hic christianissimus imperator natione Panonius fuit & ab ipsa adolescētia oībus uirtutibus ornatus. Quamobrē nōdū adolescentiā supergressus: eū exercitatus imperatorē creauit: q̄ opinio erat multa eum præclara facturum: ipse autem ab uniuerso exercitu Augustus diceretur: non prius augusti nomen pfiteri uoluit: q̄ omnes conclamarent se christianos fore. Quibus collaudatis & īperiū suscepit: & exercitum e barbaro℞ manibus liberauit. Ve℞ necessitate cogente & Nisibin & magnā mesopotamiæ partē sapori persa℞ regi tradidit: quæ.s.ante eū annis trecentis duobus de uiginti: ex quo Romanū īperium conditū fuerat: nusq̄ acciderat. Tandem cruditate stomachi siue pruma℞ odore: quas nimium adoleri iusserat.34.ætatis suæ anno diem obiit. 365 5564

Magnus fidei ardor in hoc fuit.

Valentinianus — VAlentinianus natione Panonius quintus constantinopolitanus imperator hoc anno qui est tertius.385.Olympiadis imperare cœpit: & una cū fratre suo Valente impauit annis.xi.mensibus.5.hic primū Scutario℞ tribunus fuit: quē apud Niceam urbē Iouiniano mortuo. Augustum licet inuitū milites præfecerūt: princeps siquidē inter bonos numerandus: nam & Aureliano persimilis erat: nisi q̄ sæueritatē eius nimiā & parcitatē crudelitatem, ac auaritiā interptabanť: qui & Valentem fratrē suum in partē imperii assumens orientē ei regendum assignauit: postea uero.3.imperii sui anno Gratianū filium adolescentē ad preces uxoris Augustū nuncupauit qui statim p̄copum ui℞ audacē apud Constantinopolim res nouas molientem una cū Satellitibus suis mira celeritate oppressit. Valēs aūt ab Eudoxio arriano℞ episcopo rebaptizatus in heresim declinauit & catholicas ubiq℞ psequi ac in exiliū mittere cœpit. Ad hoc etiā Lucius quidā hereticus instabat hostilē īmodū catholicos persequēs & eos qui in heremo habitabant: aut trucidabat: aut in exilium mittebat. Sed Valens a Themistio p̄hio xp̄iano per lr̄as admonitus aliquātulū mitius agere cœpit. Valentinianus uero dum hæc in græcia agerenť: ut erat rei militaris scientia & uirtute insignis. Saxones: & burgondiones: qui erāt in littoribus oceani maris locis inuiis positi maxima uirtute oppressit. At dum Sarmatæ per panonias sese effudissent: ac contra eos bellū præpararet: subita sanguinis eruptione: quā græci apoplesim uocāt apud Brigionē oppidum emoritur. Valēs uero eius superstes dum cōtra gotthos in Thraciā cū exercitu ire disponit reuocatis monachis: q̄uis sero: quos in exiliū pepulerat: p̄lio uictus & captus uiuus merito tanq̄ hereticus exuritur. Et hæc qdē clades Romani īperii ac totius Italiæ exitum fuit. 366 5565

Clades maxīa ī Ro. īperio

Terræmotu hoc anno qui est scd̄s imperii Valentiniani annus per uniuersum orbem facto: mare littus egreditur: & Nicea quæ sæpe antea corruerat funditus est euersa: in Sicilia quoq℞ & in multis insula℞ urbibus īnumerabiles populi oppressi sunt: inde apud Cōstātinopolim tāta orta est tēpestas: ut miræ magnitudinis grando decidēs nōnullos hoīes īterficeret. Templū ēt hierosolymitanū a iudæis tpe Iuliani apostate mira īpensa instauratū hoc terræmotu corruit: & multos iudæos oppressit: postea sequenti die incēdio eo in loco diuinitus īmisso ēt ferramenta ipsa p̄sumpta sunt: quo miraculo multi iudæi timore cōcussi: xp̄i fidē recepere. Valens enim hereticus cū xp̄iani noīs inimicus esset: ut xp̄ianis catholicis ēt stomachum faceret: iudæos in Hierusalē introduxit: ut & tēplum denuo restituerēt: & licentiā & auxiliū præstitit: dicens se nō alibi q̄ hierosolymis sacrificare posse: qd̄ certe: ut aiunt tāta arrogantia elati iudæi multo maiore īpensa quā antea restituere decreuerant. Id tamen iuliano apostate non ualēti heretico ascribunt. 367 5566

magnæ tēpestates magnū icēdiū diuinitus missum iudæi tēplū de integro ædificāt

Damasus papa 39. — DAmasus uero papa natione hispanus p̄re Antonio post Liberum ponti.sedit annis.18.mensi.duo.& diebus.x. Vir sane bonus & optimus pontifex: quo pōtificāte haud multo post Vrsicinus diaconus a q̄busdā scismaticis seditiosisq℞ clericis papa per scisma cōstituitur: & mox Basilicā: quæ siciniū appellať: Vrsicinus cū suis inuadit: ubi & multæ utriusq℞ partis populo confluente ceciderunt: sed paulopost diuina uoluntate clericorum: populiq℞ consensu Damasus in pontificatu confirmatus est: Vrsicino ad neapolitanam urbem misso: sed & postmodum Damaso a suis subditis adulteri crimen obiicitur: qui.xl.episcoporum concilio cōgregato causam publice dicens ut innocēs ab omnibus absoluitur: ut habetur in canone.2.q.6.c. Nos si. Et eius accusatores tanq̄ falso dep̄hensi dānantur: & ab ecclesia reiiciunť. Hic ex fratrū cōsensu constitutionem fecit: ut qui deinceps aliquē falso accusaret: talionis pœnā subiret: ut.2.q.3.c. Calūniator. Cēsuit itē ne in iudicio qs: ante factā examinationē dānareť.xi.q.3.c. Eo℞ qui. Mādauit ēt sub anathematis pœna ne qs temerario ausu a sede Ro.ɔcessa præsumeret usurpare.17.di.c. Huic sedi: his ɔstitutionibus promulgatis & ecclesia optime pacata Damasus ocio delectatus: ui- 368 5567

De adulterio hic iniuste accusať.

tas pontificum

tas pontificum pcedentiū diligenti cura conscripsit: & opuscula quædā heroicis uersibus cōposuit: indeq; diuo Hierony. mandauit ut ecclesiæ officiū ordinaret: quod & fecit: unde uirtute & sanctitate uiri cōmotus Damasus primus Hierony. scriptis auctoritatē dedit: cum prius septuaginta īterpretum atq; alio℞ translato℞ scripta in pcio solum haberent. Nam extunc Hierony. biblia legi & diuulgari cœpta est: & eius psal. fideliter ex hebræo traducti: propter qd & ipsius diui Hiero. suasione statuit: ut gloria pri & filio & spūscō &c. ī fi. cuiuslibet psal. diceref: quos alternatis uicibus in ecclesiis uoluit decantari. Voluit ēt ut eo in officio Symbolū tacite per ferias singulis horis canonicis diceref: & ex pdito uniuersalis synodi Nicr Symbolū maius in missa decantaref. Confessionē præterea in principio cuiuslibet missæ dicenda ordinauit, put modo fit: hoc mō sanctissimus hic pōtifex diuinū cultū auxit & templis & aliis plurimis donis. Deniq; cū quinquies ordinationes in decēbrio mēse celebrasset ubi psbyteros. 30. diaconos. xi. & epos per diuersa loca nūero. 42. creauit nonagenarius, ppe diē obiit: & . 3. idus decemb. in basilica a se pdita uia ardeatina cū matre & sorore sepelitur: & eo die eius natale celebraf: & tunc cessauit episcopatus dies. 21.

Sci Hieronymi scrip. auctoritatē accipiūt .S. Hier. offiñ ordinat Gfia patri & filio Confessionē in pricipio missæ dicendam hic ordinat

¶ Viri doctrinis excellentes.

5570 371 ¶ Euseb. gloriosus Vercellensis eps natione sardus quē superioribus annis ob fidei confessionem Constantius arrianus hereticus ut diximus primo Sithopoli: deinde cappado. relegauerat hoc anno cū ad suā ecclesiam honorifice reuersus fuisset: arrianis persequētibus cas. augu. martyriū ea in urbe ab eisdē passus est: qui cū esset: uir eruditissimus inter cætera in Euse. cæsariēsis psalteriū commentarios quos latinos e græco fecerat: scripsit.

¶ Apollinaris laodicenus eps his temporibus floruit: & Hiero. teste multimoda nostræ religionis scripta cōposuit: inter quæ. 30. li. aduersus Porphy. cōscripsit: quæ īter cætera cuius opera uel maxime probanf. Obiit deniq; theodo. seniore imperante.

¶ Titus botrenus eps qui regnantibus Iuliano & Iouiniano aduersus maniche. multa scripserat: his tpibus cū multa sub Valentiniano composuisset: uitam finiuit.

¶ Didimus Alexā. doctor ab infantia cæcus factus: & eā ob rem prima℞ lra℞ ignarus ita grāmaticam: geometriam: diale. quæ non sine magno percipiūtur usu didicit: his quoq; tpibus clarus existens pclara qdā scripsit opuscula: uidelicet cōtra Aria. li. 2. De spiritu scō. li. i. In Isaiam li. 19. Oseæ ad diuū Hiero. li. 3. in Zachariā li. 5. In psalmos quoq; & in Matthei Ioānisq; euāgelium: necnō & in Iob cōmentarios præclarissimos: atq; alia multa edidit.

5571 372 ¶ Basilius magnus ille Cæsariensis Cappadociæ ciuitate & monacho℞ multo℞ institutor & pater uir certe omni sapientia: omniq; uirtute conspicuus: per hæc tēpora mirabilr effulsit: qui īter cætera suæ uirtutis & sanctitatis monumenta iuuenem quēdam ob amorē puellæ diabolo obligatuȝ deo reconciliauit: & obligationis suæ cartam sibi reddi impetrauit: qui cū egregius doctor hēretur: egregios etiam cōtra Eunomiū edidit libros. Atq; in exameron li. 9. De spiritu sancto lib. i. Monachorum regulam lib. i. Atq; alios breues: uariosq; tractatus edidit monachorum ordinem in græcia instituit: quibus & regulam approbatam tradidit. Obiit deniq; sanctissimus pater & episcopus teste Amphibilogio Iconii episcopo: hoc anno qui est sextus imperii Valentiniani die prima mensis ianuarii multis miraculis clarus memoriam uitæ suæ omnibus derelinquens: qui secundū operationem spiritus sancti uiuunt.

ordo sci Basilii

5572 373 ¶ Ambrosius Mediolanensis eps & diui patris nostri Augustini pater: patriæ Ro. & psularis dignitatis insignitus: uir plane sanctissimus & omnium doctorum sui tēporis præcipuus: atq; supremus: hoc anno a Valētiniano Augu. e Roma (ut Liguriā æmiliamq; prouincias regat) Mediolanū mittitur: ubi & statim post Auxentii arriano℞ episcopi feram mortem seditio maxima in pplo exoritur: ad quā ex officio reprimendam Ambro. in ecclesiam ingressus cum multa de patriū pcordia ut uir eloquentissimus dissereret: subito infantis uox insonuit dicens. Dignus est Ambro. hic ut sit episcopus. Ad cuius uocis sonitum fauens resultat populus: succlamansq;. Non alteri quā Ambrosio episcopatum cōmitti debere: quod & cōmuni omnium consensu & pace factum est: qui statiȝ ex cathecumino christianus effectus etiam sacris initiatus: decimo imperii Valentiniani anno nonus Mediolanensium creatur episcopus: quo in sede constituto euestigio omnis cisalpina Gallia orthodoxam recepit fidem: cuius certe tanta fuit comitas: morum sanctitas: ingenii acumen: diuinaq; scientia ut non modo uiuens: sed & uita functus italiam & omnem orbem in sui deuotionē: charitatem uenerationemq; perduxit: qui etiam præter sanctitatis gratiam per omnia Platoni philosopho & ortu & infantia atq; disciplina persimilis extitit. Sicut. n. Platoni infantulo: in cuius dormienti apes non paruam mellis uim labellis inseruere: sic & Ambrosio huic persimile prodigium: immo altius euenit: quia ut sacra eius refert historia: cum Ambrosius īfantulus in cunis dormiret: subito examen apum os eius & faciē ita cōpleuit: ut qsi in alueolū intrandi & exeundi frequentaret uices: quæ quidē pdigia ab omnibus īterptibus declarata nil aliud significare uoluisse q ex eius ore suauitatem dicendi malle dulciorem fluere debere: quod quidem auguriuȝ euentu uerissimū demonstratum est: si uidelicet intelligendi subtilitatem uel disputandi uim: aut dicendi scribēdiq; dulcedinē ptēplemur: scripsit hic diuus Ambro. īfrascriptos irrefragabiles & emēdatissimos libros: quorum sententiæ: ut diuus Hieronymus ait sunt fidei ac ecclesiæ: necnon ut uirtutum omniuȝ fir-

missimæ colūnæ:in quibus libris(ut pater Augu.inquit)Romana relucet fides:quia īter scriptores latinos quidam flos emicuit.

¶ Libri beati Ambrosii.

De officiis.li.3.	Principiū.Nō arrogans.	De apologia daui.li.2.	Apologia ꝓphetæ
Examerõ.li.7.	Q.ñ opīonis assump.	De Gedeon.li.i.	Gerobal.
De excessu fratris.li.i.	Deduximus fratres.	De pnīa.li.3.	Pœnitētia affinis.
De fide Roma.li.i.	Superiori libro.	De pnīa iteꝶ epi.li.4.	Primo audisti.
De bono mort.li.i.	Quoniam de anima.	De incarnatiõe dñi.li.i.	Debitum fratres.
De uirginitate.li.4.	Si iuxta cœlestis scientia.	De fuga sæculi.li.i.	Frequens nobis.
De uiduis.li.3.	Bene accidit.	De paradiso.li.i.	Paradisus.
De lapsu uirginis.li.7.	Audite qui lõge estis.	De trinitate.li.4.	Regina austri.
De mysteriis.li.i.	De moralibus.	De Isaac & anima.li.i.	In patre nobis.
De sacramentis.li.6.	De sacris quæ accepistis.	De Iacob ui.btā.li.i.	Necessarius.
De Naboth.li.4.	Naboth historia.	De ꝯsolatõe ad udē.li.i.	Et si incrementū.
De Helio ieiunio.li.i.	Dilectissimi patres.	De sancto habraā.li.3.	Habraam libri.
De thobia.li.i.	Lecto ꝓphetico libro.	De.42.māsio.li.i.	Mansiones.
De īterp̄ta.Iob.li.i.	Multas nobis.	Ep̄las qnq͂:pria īcipit.Clementissimo īpe-	
De īterp̄ta.dicēda.li.i.	Multi quidem.	ratori:secūda uideo uos:Tertia:qm̄ oībus:	

Quarta exercitus semper:Quinta:hic nobis motus terrarum.Ad Vercellensem ecclesiam.Epistola incipit Ambrosius:Multos præterea edidit sermones.Omeliasq͂ ac cõmentarios & alia multa: quæ ad manus nostras non peruenerunt.Hymnos insuper post Hylariū composuit:quos una cū psalmis more orientalis ecclesiæ decantari īstituit:quod per oēs ecclesias fuit postmodū deriuatū. Obiit deniq͂ hic sanctissimus ꝓsul.2.nonas aprilis quæ tum fuerunt in sabbato sancto.Sed eius maior celebritas ab ecclesia recolitur quādo fuit ordinatus.s.7.idus decembris.

¶ Optatus milesitanus ep̄s natione Apher per hoc tp̄s floruit ex parte catholica:aduersus Donatianos sex lib.ꝯscripsit:in quibus asserit donatiam partem in nos falso retorqueri.

¶ Cyrillus Hierosolymitanus ep̄s eximiæ sanctitatis & doctrinæ uir huius tp̄ibus in p̄cio existens a Valente imperatore sæpe ab eccl esia sua ꝓpellitur:sæpeq͂ recipitur:postea a Theodosio pīcipe in concussum ep̄atū obtinens:nō nullos adhuc extantes composuit libros.

¶ Epiphanius natione Cyprius Salaminæ urbis episcopus:per hos dies insignis & inclitus doctor habitus est.Qui (ut diuus testatur Hieronymus)aduersus omnes hereses mlta scripsit:quæ ab eruditis uiris propter res a simplicionbus propter uerba ignota parum lectitabantur.In extrema deniq͂ senectute constitutus uaria condidit opuscula:Moriēs deniq͂ ut sanctus habitus:eius festū quarto idus maii celebratur.

¶ Gregorium etiam Nazanzenum episcopum diui Hieronymi in diuiniis eruditionibus p̄ceptorem his diebus ob sanctitatem eruditionemq͂ atq͂ eloquentiam maximo in precio fuisse dicūt:cuius hæc ista fuerunt opuscula:aduersus Eunomium libri duo.De spiritu sancto lib.i.Contra Iulianum apostatam lib.i.Apologeticum præterea de morte cæsarii.Laudes Athanasii episcopi:laudes Maximi philosophi:ac uirginitatis.Laudes exametro uersu conscripsit.Tandē Hierony.teste:sub Theodosio principe uita decessit.

¶ Photinus hereticus Gallatiæ græcus Smyrnēsis olim episcop⁹ & marcelli Antiarani discipulus: a quo photinianum dogma nomen accepit:hisdem temporibus in Gallacia moritur.Hic prīo Hebionis heresim quæ asserebat christum purum hominem fuisse:instaurare conatus fuit:& cum eā ob rem a Valentiniano principe pulsus fuisset:plīma uolumina scripsit:in quibus p̄cipua sunt:quæ aduersus gentes:& ad Valentinianū ipsum principem inscribuntur.

¶ Iouinianus quoq͂ heresiarcha:hac tempestate suam heresim dogmatizare cœpit:cuius tamen secta & impietas cito extincta fuit:nec ad aliquos sectatores peruenit.Hic primū monachus fuit: postea clericus factus:docebat hominem post baptismum peccare non posse:nec ei prodesse uirginitatem:ieiunia:uiduitatem:& similia:& fornicatos post pnīam æquabat:ac uniuscuiusq͂ meriti ac p̄mii retributionibus ordinisq͂ oēs iustos esse apud dn̄m:destructū aūt fuit eius dogma a beato Hiero.per librum aduersus eum conscriptum:qui incipit:pauci admodum dies.

¶ Vigilantius etiam præsbyter & doctor natione gallus:hac tempestate floruit:& nulla religionis 377 5576
zelo plena ꝯscripsit:sed humanæ laudis studio deuictus:& supra uires suas de se præsumens:scdā Danielis uisionem prauo sensu exposuit:Sanctoꝶ quoq͂ reliqas minime uenerandas:uigilias nō obseruandas:& alia friuola multa:quæ in cathalago hereticoꝶ necessario ponunt̄:affirmauit:aduersus hunc ēt diuus Hiero.librum edidit:qui incipit:Multa in orbe monstra.

¶ Mellania quoq͂ diui Hieronymi discipula inter Romanas mulieres nobilissima:marcelli quōdam consulis filia:hoc anno:qui est decimus imperii Valentiniani annus:urbano unico eius filio: tunc in urbe Roma.prætore propter christum derelicto hierosolymam nauigat:ubi tanto uirtutū præcipue humilitatis miraculo fuit:ut Teclæ nomen accipere meruit.De hac in lib.de claris mulieris diffuse mentionem fecimus.

Mania seu Manica quædam ægyptiorum regina:hisdem tpibus defuncto eius uiro:& ipsa suæ gētis ueluti altera Semiramis regni gubernacula suscipiens:ob aĩ præstantiam uiribus auctis:romanis quãmaxime formidabilis fuit.Et hoc anno cũ frequentibus prœliis romanorum opes attriuisset:et palestinorum & arabici limitis oppida uastauit:cuius pacẽ cũ Valens impator & Lucius hereticus expostularent:non aliter eã promittere uoluit:q̃ Moysen heremitã sanctissimũ genti suæ episcopũ designarent:quod cũ Lucius quã libentissime facere conaret̃.Moyses renuit dicens.O Luci te certe xp̄iani catholici ad metalla damnati:& per uarias insulas relegati ac in carceribus trusi arguũt.Quãobrẽ nisi liberos oẽs iniuste dãnatos ire pmiseris:tuas manus ad me ꝯsecrandũ nunq̃ inicies:quibus uerbis lucius una cũ Valẽte Augu.ep̄os reuocauit:atq; ita ꝯsecratum hoc mõ Moysen reginæ obtulerunt pontificẽ:ac per hoc pax Romano imperio tradita est.

Mirabilis regiæ uirtus atq; potentia

Vid magnũ hominis zelum.

Patres Nitriæ ægypti prouinciæ.

Moyses itaq; de quo dictum est:monachus sanctissimus:his tpibus in heremo uitã solitariã & angelicã ducens:signis & uirtutibus præclarissimis clarus & inclitus habitus est.Et ppea a lucio cõstantinopolitano P̄triarcha heretico episcopus requisitus ægyptiis datus est:qui gentem ipsam magna ex parte ad fidem christi conuertit:ubi & tandem meritis gloriosus.7.idus febru.in pace quieuit.Et eo die eius solẽnitas celebratur.

Pambo ægyptius monachus:de quo legitur quod noluit plus discere q̃ unũ psalmi uersiculum donec id opere compleuisset:per hæc tẽpora cum infrascriptis patribus ob uirtutem & sanctitatẽ magno in precio & auctoritate habitus est:hic quidam de eodẽ uersu percũctanti respondit:uix q̃draginta illud explere potui.

Marcharii aũt duo beati Antonii discipuli:unus.s.ægyptius:& alter alexandrinus:hisdem tẽporibus ueluti duo cœli lumĩaria refulsere:hi nãq;:sicut in uocabulo noĩs:ita uirtute animi & cœlestiũ gratiarum magnificentia concordabant.Vterq;.n.abstinẽtiæ exercitiis & uirtutibus animi æqualiter pollebat:hoc solo ægyptius præcellens q quasi hæreditatẽ gratiarum & uirtutum beati Antonii possidebat:eorum aũt uitam & excellentia facta diuus Hiero.ꝯscripsit:ut habetur in uitis patrum pte prĩa.

Hylarion sanctissimus Abbas per hæc tempora apud Cyprum insulam non longe a Salamina urbe.11.cal.nouemb.diem obiit.Vir siquidem sanctissimus & omnibus sæculis memorandus:cuius sane conuersatio & abstinẽtia ac præclara dona mirabiliũ quæ operatus est (ut diuus ait Hieronymus)tanta ac talia fuere:quãtum uix os extollere posset.Hic natione palestinus fuit ex uiro Gazæ urbis:parentibus paganis oriundus:ex quibus tanq̃ rosa de spinis floruit:a quibus Alexãdriã eruditionis causa missus:ibidem quãtũ tenera ætas patiebatur:magna ingenii & morum documẽta ꝓbuit:breui audiensq; celebre nomen beati Anto.quod per omnes ægypti pp̄los ferebatur:incẽsus uisendi desiderio ad eum prexit:& ab eo religionis habitum mox suscepit:& omnibus rebus a se prorsus abdicatis cũ solo sacco & pallio q ei beatus Anto.dederat in uastissima quadã & terribili sollitudine secessit:ibidemq; per multos annos asperrimam uitam duxit:nam quindecim tñ caricas post solis occasum comedebat in die.Erat quippe tunc annorum quindecim & usq; ad octogesimum uitæ suæ annũ cum incredibili abstinentia uitam suam in seruitio Christi transegit.Tandẽ Cyprum insulam deueniens apud Epyphaniũ Salaminæ episcopum per aliquod tẽpus ibidẽ cõuersatus est:ubi & post qnquẽniũ:multis qdẽ miraculis clarus:uitæ suæ finẽ fecit.Sed Esycius eius discipulus:inde ipsum corpus sanctũ & furtim auferens in palestinã transtulit.Eius aũt historiã primo Epyphanus Salaminæ ep̄s:& post eum diuus Hiero.optime descripserunt.

Arsenius ex senatore Ro.monachus factus:hisdem ferme diebus uita & miraculis clarissimus esse cœpit.Hic ut ex uita patrum habetur:cum in palacio Theodosii principis sublimis haberetur:desiderio diuini amoris incensus oẽm sæculi pompã & gloriã derelinquens:ad heremũ scythiæ ꝑrexit:ut inter sanctos patres secretã & q̃etã ab omni strepitu ageret uitam:ibideq; ita constitutus arsenius:ut tota mentis intentione adhæreret deo:sicut in sæculari ꝯuersatione nimium erat ꝓciosus:ita omnibus a se abdicatis studuit præ omnibus monachis uilior & abiectior esse.Audierat enĩ aliquando uocem sibi dicentem.Arseni si uis saluus fieri:fuge homines & tace.Tandem cum omne tempus uitæ suæ in seruitio christi consumpsisset:plenus spiritu sancto & fide:ãno uitæ suæ.95.14.calẽ.augu.dormiuit in pace.

Pastor Nitriæ præsbyter:per hæc tpa fide:genere:doctrina:ac miraculis plurimũ ualuit:de quo inter cætera habet̃:q nunq̃ matrẽ ꝓpriã post ꝯuersionẽ uidere uoluit in terris:ut in cœlis sibi uideri mœrent̃.Eius aũt natale:cũ sanctus sit habitus.7.cal.aug.celebrat̃.

Paphuntius Abbas per id tempus apud Thebaidam tanquam angelicus uir nominatissimus fuit:& multos ad religionem perduxit:ac Taysim meretricem impudicissimam ad Christum conuertit.Et cum etiam litterarum multarum non mediocriter eruditus esset:post multa documenta:etiam beati Onofrii anachoritæ uitam conscripsit:cui tandem post multæ & abstinentiæ & laborum tollerantiam:astitit angelus domini dicens.Veni iam benedicte domini:& ingredere ea quæ tibi debentur æterna tabernacula.Ecce enim mecũ adsunt prophetæ:qui te secum in suum suscipiant chorum:quibus auditis.Paphuntius sequenti die multis astantibus præsbyteris & monachis & uidentibus ab angelis in cœlum susceptus est.

¶ Agatonem item abbatem hisdem temporibus magnæ auctoritatis & precii ob sanctitatē & doctrinam fuisse dicimus: qui ut scribitur per triennium lapidem in ore detulit: ut silentii uirtutem præcipere mœreretur.

¶ Euphrasia uirgo sanctissima: & genere & uirtutibus p̄clarissima: sub Theodo. seniore apud Alexandriam in monasterio: uirtute abstinentiæ ac miraculis multis inclyta fuit. Hæc enim antigonū quendam patrem habuit: uirum siquidem genere & societate imperatoris præstantissimū: ac matrem noīe Euphrasiam religiosam & timentem deum: quibus orbata ad monasterium se transtulit, ubi per. x. & . 8. annos cum incredibili abstinentia: obedientia: humilitate: mansuetudine: longanimitate: atq; labore usq; ad trigesimum uitæ suæ annum permansit: quibus ita gloriosissime expletis astantibus abbatissa & sororibus animam deo reddidit: & sepelierūt cum genetrice sua Euphrasia.

¶ Mariam ægyptiacā meretricē primo appellatā: deinde sanctitatis & præsentiæ ac perseuerantiæ exemplū per hoc tempus cū . xl. & . 7. annis mirabilem præsentiam in deserto peregisset. 4. no. apri. migrauit ad dominum: cuius corpus zozimas sanctissimus abbas sepeliuit. Eius autem historiā uirtutibus admirandam beatus Hiero. eleganti stilo cōscripsit: licet sit qui id opus cuidam Paulo ecclesiæ Neapoli diacono scribant.

¶ Euagrium autem monachū Macharii ægyptii discipulum utiq; uirū sanctissimū: ac per omnia mirabilem & multarū litterarum eruditū: per hæc tempora fuisse & librum qui uitas patrum inscribitur cōposuisse ferunt. Creditur etiā quod alia monachis necessaria multa ediderit: & quāmaxime
Anachore⁹ liber aduersus octo principalium uitioꝝ suggestiones. Item librū centum sniaꝝ qui dicit̄ Anachoreus p capitula digestum. Item doctrinā cōmuni uitæ aptam pro cenobitis scripsit: sed & ad uirginē quandam li. 6. & alias sententiolas quasdā ualde obscuras post se reliquit: Sed & inter cæteras animi uirtutes tanta illi cōcessa fuit gratia discernendoꝝ spirituū & purgandoꝝ cogitationū: ut nullus alius putaretur ex fratribus ad tantā subtilium & spiritualium rerum scientiam peruenisse: & licet hic incredibilis fuerit abstinentiæ: tamen longissima uita uixit multis signis & uirtutibus clarus.

¶ Didimus ēt quidā monachus senior his temporibus in thebaida fuit: uir utiq; bonus: in quo multas dominus gratias infuderat: quas etiā ipsa eius facies indicabat. Nam inter cætera: ut diuus refert Hiero. scorpiones & bestias quasdā cornutas & angues qui in illis locis pro feruore solis acerrimi habebantur tanquā terræ quosdā uermiculos pedibus nudis cōculcabat: & ita extinguebat: ut nihil ab eis omnino læderetur.

¶ Barlaam quoq; eremita sanctus: qui Iosaphat regis indiæ filiū conuertit: hisdem temporibus in precio fuit: & alii innumerbiles: ut in uita pātrum habetur.

Valens — Valens prædicti Valentiniani frater sextus Cōstantinopolitanus imperator post eundē 378 5577
fratrem anno. 2. 288. olympiadis imperare cœpit: & cum Gratiano & Valentiniano fratris filiis imperauit annis. 4. hic ut præmissum est a Lucio constantinopolitano patriarcha rebaptizatus p̄sequi xp̄ianos catholicos nō destitit: legēq; tulit: ut monachi & here-
Monachos militare coegit — mitæ per Nitriā & Thebaidā cōstituti: aut militarent: aut fustibus cederentur. Et tunc multi monachorū in ægypti eremo hac ratione per tribunos & milites cæsi sunt: huius nanq; uiri auaritia atq; imprudentia gothi in Romanū p̄ruperunt imperiū: qui cupientes effici xp̄iani catholicos ab ipso petiere. Sed ipse sua imprudentia atq; dementia arrianos efficit: cū quibus postmodū dum pari imprudentia pugnaret: quarto imperii sui āno: iusto dei iudicio ab eisdem superatus: omnis eius exer-
Gotthi pp huius īprudentiā Romanū īperiū destruunt — tus ad īternitionē usq; ceditur: ipse āt sagitta saucius cū turpiter fugeret ac ob nimiū dolorē equo sæpe dilaberet̄: ad uillulæ cuiusdā casam deportatus est: quo cum peruenissent gothi domū & ipsum incenderunt: & tanquā hereticus sepultura merito caruit.

¶ Iustina aūt imperatrix Valentiniani christianissimi uiri uxor: & Gratiani ac ualentiniani Augu- 379 5578
storum mater & ipsa hoc anno post uiri interitū. Valentis cognati sunt suasione in arrianorum heresim declinans ipsoꝝ arrianorum facta est alūna: quæ (ut. xi. ecclesiasticæ historiæ haberetur. li.) catholicoꝝ uirorum statum mox cōturbare cœpit: atq; de exilio & pulsione sacerdotes cōminari: nisi Arriminensis synodi decreta cōfirmare & approbare decernerēt: quo quidē in bello (ut diuus scrisit Hiero.) ecclesiæ murū & turrim ualidissimam Ambrosium præcipue pulsabat. Sed ipse contra reginæ furorē non manu aut telo se defendebat: sed ieiuniis & continuis uigiliis sub ipso altari positus per obsecrationes & lachrymas suum ac ecclesiæ defensionem præparabat deum: qua autem finierit morte Iustina non habeo.

¶ Fridegninus secundus gotthorū rex: de quo sub Constantino magno mentionem fecimus: hoc 380 5579
āno qui est tertius Valentis imperii annus: una cum sarmatis: q̄dis: alanis: hunnis: uandalis: & Mercomanis barbaris gentibus: cum sese superioribus tēporibus Ro. imperio tradidissent: ob maximi Romanorum ducis auaritiam fame coacti: contra Ro. uno animo insurgunt: & inter constantinopolim urbem & alpes Iulias per multos annos omnia uastantes romanorum sanguinem turpiter fuderunt q̄ quidem res imperii exitium fuit: nam superato: interfectoq; ualente Augusto: Scytiæ regiones: thraciæq; ac Macedoniæ: Thesalonicæ: achaiæ: Epyrrhi: Dalmatiæ cunctæq; pānoniæ Gratiano & fratribus augustis abstulerunt: in quibus quidem prouinciis: quot & quanta a barbaris istis fuerint perpetrata mala: animus referre horret: quot enī matronæ: quot uirgines christi & ingenua

corpora

corpora his bellis ludibrio fuerīt dicere nõ attinet. Capti īsup episcopi:sacerdotes īterfecti: subuersæ ecclesiæ atq; equis stabulatæ:& martyriũ reliqæ ignominiose fuerũt effossæ:ubiq;.n.luctus: ubi gemitus audiebat.Sed nec tẽporibus nr̄is regiõibus illis minora illata sunt a Turcis damna:immunia ab his malis hucusq; uix noster Europæ angulus extitit.Et utinã Turci nostris uitiis aliquando fortiores nõ efficiant:atq; utinã Ro.ecclesia ĩ robore suo pſistere ualeat.Nec dominus noster secundum peccata nostra faciat nobis:aut secundum iniquitates nostras retribuat nobis. Vide in credibilia & horrẽda xp̄iano rũ mala ośo auctoris

5581 382 GRatianus Valentiniani senioris septimus Cõstãtinopolitanus imperator anno.2.ducentesimæ octogesimænonæ olympiadis post Valentẽ patruũ suũ cũ Valẽtiniano frẽ suo imperare cœpit:& imparuit annis.6.Vir qdẽ ab ipsa sua adolescẽtia militia strẽnu⁹ & religione clarus q & ab ipsa sua adolescẽtia apud argẽtinã germaniæ urbẽ uno ꝓlio ad.30.alemanoꝝ millia(q fines Romanoꝝ uastabant)cũ minimo suoꝝ damno interfecit.Susceptoitaq; imperio:& Iustina eius matre defuncta pulsis oĩbus hereticis:totã italiã ad uerã fidẽ mox redegit:quo pacto catholicoꝝ tẽpla destructa resarciri ac īstaurari fecit.Sed cũ instantibus Gotthis rẽpubli.ĩ maximo discrimine uideret.Theodosiũ hispanũ uirũ utiq; clarissimũ regni sociũ ac cõmitẽ sibi delegit q supatis alemanis:hunnis:& ipsis gotthis:mox oriẽtale imperiũ restituit inito cum athanarico & alarico gotthoꝝ regibus fœdere:ipse uero in occidẽte superatis pacatisq; alemanis necnon & repressis Scythis siue tartaris:sexto imperii sui anno e uita discessit. Trigita millia alemão rũ ĩterfecta

5582 383 ¶ Augustinus futurus pater noster:& Iponensis episcopus:hoc anno cũ decem & octo ætatis esset annorum:librum qui hortensius inscribitur legens in manicheorum heresim statim incidit: ut ipsemet in tertio confessionum suarum libro contestatus est:nam tunc ea in adolescentia iam ita doctus euaserat:ut cætera superaret quæ afferre possunt Aphricæ ornamenta.

5584 385 SIricus papa natiõe Ro.pr̄e Tyburtio post Damasum põtificẽ sedit annis.15.mẽ.11.die 25.Hic Gratiano teste cõstituit ne clerici cũ mulieribus in eadẽ domo(nisi cũ ꝯsanguineis)cohabitar̄ pſumerẽt:ut habet̄ ĩ canone.81.di.c.Fœmĩas: ĩstituitq; ut sacri ordines initiãdis p tẽporũ interualla ab ep̄is darent̄.77.di.c.In singulis.Voluit quoq;:ut qcũq; aut uiduã:aut secũdã uxorẽ duxisset:ab officio ecclesiastico ꝓrsus pelleret̄:ut.26.dist.c.Acutius: & c.ulti.Itẽ cẽsuit pr̄sbyteros ab ep̄o tãtũ cõsecrari debere.24.di.c.Ep̄s. Vetuitq; generale baptismũ nõ nisi in sabbato sancto fieri debere:de cõse.di.4.c.Nõ rõne.Hic cũ Manicheos quos in urbe inuenerat exilio dãnasset: prohibuit etiã ne cũ fidelibus cõmunicarent.Censuit quoq; ne ullus de eorũ secta reciperet̄:nisi ea cõditione ut in mõasteriũ tanq̃ in carceres ꝑpetuo damnarent̄.Ibiq; ieiuniis & orationibus se macerarẽt:& tãtũmõ in ultimo uitæ suæ:cũ de eorũ cõuersiõe cõstaret:uiaticũ salutis sumerẽt.Tandẽ uero cũ cõciliũ.150.ep̄orũ ad Constãtinopolim celebrasset:ubi ecclesiæ res optime cõposuit:creatis ẽt multis pr̄sbyteris.diaconibus:& ep̄is moritur & uia salaria in cemiterio priscillæ.8.cal.mar.sepelitur.& tunc cessauit episcopatus dies.20. Papa 40.

¶ Ioãnes heremita natione ægyptius:uir optimus:cuius tãta fuit sanctitas atq; pfectio ut mẽtes religiosas atq; deuotas ad uirtutis culmẽ erigere:& ad pfectionis uestigia cõcitare solus iter oẽs sufficiat:hic:ut bea.refert Hiero.a q̃dragesimo usq; ad nõagesimũ uitæ suæ ãnũ ĩ q̃dã ardua thebaidis rupe semp ꝑmãsit:nec unq̃ ex ea exiuit:sed ĩ uigiliis & cõtinuatis orõnibus:aliisq; cõtẽplationibus feruẽtissime deo seruiuit:ꝓ quo in tãta mẽtis sinceritate ꝑueĩt:ut nõ solũ eorũ q̃ erãt sciaꝫ cõsequeret̄ a dño:ueꝝ ẽt eoꝝ q̃ futura erãt:p̄sciẽtiã mereret̄.Euidẽter nãq; ei dñus ꝓphetiæ gr̄aꝫ cõtulit: ita ut nõ tãtũ ciuibus & ꝓuĩcialib⁹ suis:si forte pcũctaret̄ futura p̄diceret:sed & impatori Theodosio uictoriã de Maximino tyrãno p̄dixit.Deniq; cũ cẽtesimũ ageret annũ post plurima miracula & prophetias per triduũ in eadẽ spelunca nullũ ad se uenire ꝑmisit ; sed positis genibus in oratione.6.cal.aprilis reddidit spiritum:atq; ita prexit ad dominum:Eius autem uitam uirtutibus admirandam beatus Hieronymus eleganti stilo conscripsit.

¶ Germanus Antiodorensis episcopus:uir fide:uirtutumq; meritis:ac miraculorum gloria plurimum insignitus:per hæc tempora Rauennæ diem obiit.

¶ Maximinus qdã Britãnicus uir qdẽ rei militaris scĩa p̄clarus.6.Gratiani impii anno:teste Eutro.i.Britãnia p seditionẽ impator factus:in gallias cũ exercitu mox ptrãsiens uniuersaꝫ ꝓuinciã cũ germania p crudelissima bella sibi subiugauit.Et gratianũ impatorẽ apud Lugdunũ fugatũ mox suis machinatiõibus ĩterficere fecit.Valẽtinianũ ãt eius fratrẽ pene pubescẽtẽ post fugã postq; exilia ac recuperatũ imperiũ multos ibidẽ ẽt obtrũcauit: qbus ĩterfectis Maximinus confestim Victorem filium regni seu imperii consortẽ fecit.Sed anno euoluto a Theodosio superatus:captusq; statim regiis spoliatur indumẽtis:quibus denudatus subsistens illum capite truncari præcepit. Victor deinde filius cum in galiis ab Arobaste superatus esset:ibidem interfectus est.

5587 388 THeodosius senior genere hispanus octau⁹ Cõstãtinopolitanus ĩpator:hoc ãno q ẽ primus.290.olympiadis post Gratianũ & Valẽtinianũ ĩpator factus ĩpauit ãnis.11.Princeps siqdẽ xp̄ianissimus:optimusq; & ꝓstãtissimus:ac Traião a cuius cõsanguinitate: ut nõnulli affirmãt originẽ ducẽs ꝑsimilis:q breui postq̃ tyrãnos oẽs sustulisset:auxilio dñi nr̄i Iesu Xp̄i fretus:ĩ quo maxĩe fidebat:& Androgeũ seu Androgatũ Maximini ducẽ:ac Abrogastẽ Eugeniũq; galliaꝝ tyrãnos & pris germaniæ ĩuasores supauit:& occidit: qd̄ eiusdẽ historiæ

Versus Claudiani

celebrator Claudianus poeta admirans ait:O nimiũ dilecte deo tibi militat æther:Et cõiurati ueniunt:ad classica uẽti:Hic licet historico careat auctor:ab Ambrosio tñ & diuo pr̃e Aug.li.22.de ciui. dei magnis extollit̃ laudibus:cui ad disciplinã militarẽ addũt igẽii & religionis laudẽ.in qbus plurimũ ualuit:& ĩter cæteras uirtutes humilitatẽ coluisse uideo:qa cũ aliqñ uiri thessalonicẽses postea bononiẽses nũcupati ut ex legẽda sancti Petronii habet̃:iudicẽ suũ ĩ theatro occidissent:& ex hoc ira plurimũ pcitus fuisset.Ambrosii p̃cibus eis clarissime pepcit.Verũ postea agẽte curialiũ suoru; malitia:eius iussu ad qnq; hoĩum millia occisa sunt.qd ubi Ambro.ĩtellexit imparori apud Mediolanũ existẽti ecclesiæ introitũ(nisi pœniteret)interdixit: sicut habet̃ in canõe de pe.di.2.c. Secũda: quã qdẽ admõitionẽ ita æquo aĩo Augustus tulit:ut ultra Ambrosio gr̃as egerit atq; pœnituerit: & urbẽ ip̃a; laceratã ĩ staurauerit:ut notat̃ ĩ p̃hemio.ff.Hæc ãt tria:ĩ glosa.l.Roma.uñ & pœnitẽtia pacta legẽ tulit:ut principũ sñiæ sup mortis aĩaduersiõe p̃latæ:usq; ĩ trigesimũ diẽ ab executoribꝰ semper differrent̃:q̃tinus locus misericordiæ:uel si reo exigeret pñia:nõ deperet: ut patet.ii.q.i.c. Cũ apd.e.l.Si uẽdicari.C.de pœnis.De cætero ãt ĩ maxĩa pace gubernauit impiũ:nec ĩ nullo p iracũdiã circa irã legũ q̃ custodiã:aut bonoꝝ memoriã mãdatoꝝ memor extitit.Et cũcta quæcũq; optimi principes facere cõsueuerãt:cũ ĩtegritate p̃cipua semp celebrauit.Sitq; postea si aliqñ ira pacitus eẽt;hac cõ̃tatiõe usus ẽ:ut ter alphabetũ morose p̃ferret:anteq̃ qcq̃ uerbo p̃ferret.Ferũthunc Ioãnis heremitæ p̃dicti familiaritate apud Thebaidã plurimũ usum fuisse:cuius ẽt cõsilio & bellũ tractabat & pacẽ:huic ãt principi tãto placilla uxor fuit ĩmẽsæ pietatis & religiõis mulier: ex qua archadium & Honorium filios Augustos suscepit.Deniq; hic memorandus princeps cum omnia p fecisset quæ principi optimo conueniunt:apud Mediolanum coram diuo Ambro.anno ætatis suæ quinquagesimo defunctus est:cuius corpus eodem anno Constantinopo.translatum est.

Vid̃ magnã hominis humilitatẽ lex theodosii

Legem optimã sibimet iposuit

¶ Augustini patris nostri conuersio.

men. 2. & diebus .10. Hic cũ absq; principis iussu ꝑter cõsuetudiné ordinatus esset: pontifex timens sibi Grego. monachũ uiꝝ approbatũ Cõstantinopo. ad placandũ imperatorem misit: q eo accedens oĩa ex põtificis sentẽtia apud imperatorem pfecit: atq; ibi moraliũ libros in Iob cõposuit: & euthicium eiusdem urbis episcopũ ita Augusto ꝑsente disputando cõuicit: ut omnia quæ male de resurrectione senserat: retractare coactus fuerit: ipse enim euthicius multa de eo articulo contra Orthodoxam fidem exponebat. Pelagius autem hic postea quã Hermetis martyris cemiterium & sancti Laurentii basilicam a fundamentis extruxisset: & ipsum Gregoriũ rogatu populi Romani ad urbem reduxisset: pestilentia: q̃ cũ maxime totam uexabat italiã: consumptus est: & in uaticano sepultus. Et tunc cessauit episcopatus menses .6. & dies .26.

Viri disciplinis excellentes.

❡Gregorius monachus Romanus postmodum maximus pontifex diuini ingenii: magnæq; auctoritatis & gratiæ uir: his temporibus ob probitatem & sanctitatē maximo in precio habitus fuit: qui & multa tum Constantinopoli. tumq; Romæ & ante papatum: & in ipso papatu pro christiana religione ad multorum eruditionem edidit opera: & præcipue ea quæ subiecta sunt.

Moralium in Iob	li.25.	incipit: Reueren. ac sanctissimo.	Sup Ezechielem partes duas
Dyalogorū ad Petrū	li.4.	Quādam diem dum.	Pria incipit: deus prophetiæ secunda
Pastoralium	li.i.	Pastoris curæ: incipit	Quia multis curis.
Item registrum	li.i.	Et Omelias quadragintaduas: & quædam alia.	

❡Honoratus Mediolanensis episcopus: uir eloquentia & sanctitate ornatus: p hoc tps floruit: & nōnulla in diuinis scripturis cōposuit. Qui cū alboyni lōgobardoꝝ regis impetū expauesceret: ecclesiā suā ad tps deseruit: & ad Genuensem urbem confugit. Hunc autem diuus Gregori. in libro dyalogorum multis effert præconiis.

5781 583 ❡Artharis flauius tertius lōgobardorū rex: hoc anno postea q̄ lōgobardi decē ānis sine rege stetissent: ab eisdem creatus rex: regnauit annis septem. Hic Daphonis p̄dicti regis filius fuit: quem longobardi Flauium cognominauere: qui licet adolescens rex sublimatus fuerit: multis tamen editis facinoribus laudes ingētes ꝓmeruit: & eas ob res oēs lōgobardoꝝ duces dimidiā pecuniaꝝ suarū partē ei obtulere: hic pharā oppidū nō ignobile ī Abduæ fluminis ripis cōdidit: ac Brixellū ciuitatē in margine padi positā obsedit & debellauit: ac tandē solo æquit. Sed & frācoꝝ regē cū īgēti mltitudine ipsoꝝ atq; germanoꝝ deuicit: ac ex italia fugauit: q̄ qdē elatus uictoria ad siculū fretū oīa cōquisiuit: ac multas alias italiæ ciuitates ī suā potestatē redegit: indeq; & Francilionē Romanum ducē ex Como ciuitate cumacinaq; īsula q̄ in lacu lario erat: expulit: & īgentes inde diuitias sustulit: qua ditatus p̄da stati Theodelindā Garibaldi Bauaroꝝ regis filiā christianissimā duxit uxorē. Quamobrem Chilpericus francorum rex: qui huic Arthari inimicissimus erat: in Bauarum furens cum inopinate aggreditur: & ex Bauaria expulit: qui relicto regno cum filia Theodelinda in italiā ad generum fugit. Huic tamen Gandulphus Bergomensium dux & Vulpharis Taruisinus atque alii plures Longobardorum duces postea nimium aduersari cœperunt. Quibus pacatis eo anno quo Theodelindam duxit uxorem: defunctus est.

Phara oppidū brixellū destruit
Francilionus dux
Garimbaldus dux bauariæ
Gádulphus dux bergomi

5791 592 GRegorius magnus papa eius nois primus natiōe Ro. patre gordiano uiro Senatorio post pelagiū pontificē sedit annis.13.men.6.& diebus.10. doctor qdē eruditissimus: humillimusq; atq; sanctissimus: q̄ primus oīum pōtificū se seruum seruorū dei nōiauit ac scripsit. Hic: ut dictū est primo monachus & leuita existens pōtificale munus in multa rerū perturbatione tandē inuitus suscepit: in quo sane ita uixit: ut usq; ad tēpora nostra neminem ex successoribus habuerit parē. ne dum superiorē uel sanctitate uitæ uel diligentia in rebus agendis uel doctrina & scriptis. Ea ꝓpter merito terrestris angelus uocari ꝓmeruit. Hic itaq; suscepta dignitate synodū apud sanctū Petrū.4.&.20.epoꝝ habuit: in qua qdē: Gratiano testante: multa sustulit quæ nocitura erant: & multa edidit quæ ꝓfectura fidei nr̄æ uidebant̄: & p̄sertim quæ subiecta sunt ordinauit: in ea q̄ppe synodo primo.4.concilia. s. Nicenū: Constantinopolitanū: ephesinū: & calcidonense decreto publico approbauit & cōfirmauit: necnon & quintū ueneratus est: ut habemus ī canone.15.di.c. Sicut sancti euangelii. Vetuit itē eo in concilio ut nullus bigamus ordinaret̄ præsbyter.33.di.c. Maritū duarū: Statuit ēt: ut episcopus semel dūtaxat cōsecraretur.68.di.c. Sicut semel. Prohibuit insuper christianis audire missam præsbyteri cōcubinarii.8.di.c. Si qui sunt: uetuit etiam in una eademq; ꝓuincia duos esse metropolitanos.101.di.c. ꝓuenit. Cōcessit quoq; sacerdotibus a populo accusatis suā posse innocentiā iuramento affirmare.2.q.5.c. p̄sbyter: Mandauit præterea ultimam defuncti uoluntatē modis oibus obseruari debere.13.q.i.c. Voluntas ultima. Vetuit etiam mulieribus monachorū monasteria introire & eorū cōmatres fieri posse.18.q.2.c. ꝓuenit. Addidit deniq; quadragesimali ieiunio.4.dies: primo uidelicet q̄rtā quitā sextā ferias & sabbatū: ut habet̄: de cōs.di.5.c. Quadragesimā. introitumq; missæ cū uno uersu alicuius psalmi ordinauit: eius etiā inuentū fuit: ut nouies Kyrieleison diceret̄ & alleluya & offertoriū: ac post cōmunionē caneretur: idem similiter in canone addidit: diesq; nostros in sua pace disponat: mādauit rursus in principio omniū horarū canonicaꝝ: Deus in adiutorium meum intende cū Gloria patri & filio dici debere: supplicationesq; maiores pp pestē sedandā: atq; stationes pro maiori parte īstituit. Quid plura: omnē ecclesiastici officii īstitutionē ipse sanctissimus pōtifex instituit & approbauit: ipse quoq; adhuc monachus in Sicilia sex monasteria ex paternis facultatibus ædificauit: domū insuper suā Romæ religione dedicauit: ipse etiam Traianū imperatorē ab inferno liberauit: pauperes p̄terea in domū paternam undiq; cōfluentes excepit: & in uita ciboq; ac potu semp ministrauit. Fuit deniq; uir hic oī laude dignissimus: si uitā: si mores: doctrināq; atq; mores inspicias: & tum in diuinis rebus ac in humanis ꝓspicias: hic quoq; anglos oēs per quosdā probatissimos monachos ad fidē xp̄i conuertit: & uesegotthas hereticos ad ueritatis unionē reduxit. Confirmata deniq; hoc pacto ex oī parte ecclesia: sanctissimus hic Grego. secundo Phocæ imperatoris anno migrauit ad dominū: cuius corpus in diui Petri basilica omnibus collachrymantibus.4. idus mar. sepultum fuit: atq; eo die eius natale celebratur. Eoq; mortuo sedes uacauit mensibus quinq; & diebus.19.

Gregorius Papa 66.
Vltima defuncti uolūtas oio obseruere
Kyrieleison nouies in missa dici ordinat
Deus in adiutorium dici i horis ordinat letaniæ maiores

¶ Tunica inconsutilis domini nostri Iesu christi a beata uirgine Maria cõfecta:tẽpestate hac non procul ab hierusalẽ in Saphat oppido ab episcopis Gregorio antiocheno Thomaq; hierosolymitano:ac Ioanne cõstãtinopolitano in q̃dã archa marmorea eo loci apposita ĩcorrupta & ĩmaculata inuenta fuit.Qua suscepta maximo in precio habita fuit:qui ipsam suscipientes Hierosolymam detulerunt:& in ebutnea archa collocauerunt: hæc ipsa est quæ in morte domini:ut sacra euangelii habet historia:uni militum obtigit.Quid postea de ipsa gestum fuerit non habeo.

¶ Hermigildus q̃dã uesegottharum & hispaniarũ regis filius:per id tẽpus:a patre Lemugildo rege carcere intrudit:& paulopost iniq̃ssime iterficitur:eo q̃d Leandri hispalensis episcopi uiri sanctissimi prædicationibus ab arriana impietate ad ueram catholicãq; fidẽ conuersus fuisset:nam cũ Leander ipse Hermigildum conuertisset:& ipsum catholicum declarasset:pater ira commotus Leandrum pontificem multis incommodis & iniuriis affecit:& filium ipsum constantissimum tandem interfecit.Sed & ipse pater paulopost in ægritudinẽ prolapsus Leandrum reduxit:& de iniuria atq; peccato ueniam postulauit:& ricardum secundum filium regem constituens catholicum & uerũ christianum effici procurauit.

Angli conuertuntur ¶ Augustinus & miletus optimi mõachi natione Ro.& anglo⁊ ep̄i atq; apostoli:his tẽporibus in precio habiti a beato Grego.pontifi.maximo ob probitatem atq; doctrinam in Britanniam cum quibusdam aliis probatissimis monachis mittuntur:ubi deo auxiliante & monitis ac efficacissimis p̄dicationibus totam illam insulam ad Christi fidem tandem perduxere:ibidem demum senio confecti non sine magna sanctitatis opinione in domino quieuere:& cum sancti fuerint habiti:eorum festa septimo calen.iulii celebrantur. 593 579

¶ Agilulphus.4.Longobardo⁊ rex post Arthari regẽ sup lõgobardos regnauit annis.21.mortuo nanq; Arthari rege p̄dicto:cũ lõgobardi de electione futuri regis diu discordes fuissent:tandẽ ita cõuenerunt:ut ille ex Longobardis haberet:rex quẽ Theodelinda sibi in uirũ suũ deligeret:quæ statĩ hunc Agilulphũ thaurini ducẽ:uirũ utiq; bellicosissimũ:& prudẽtia formaq; egregiũ sibi maritum:& Lõgobardis regẽ declarauit:qui regno suscepto:cõfestim cũ Cacano hunno⁊ rege pacẽ firmauit:ipso eã p legatos ex panonia postulante:sequẽti deinde anno tridentinorũ etiã duce itercercedente similiter cũ Franco⁊ rege pacẽ cõposuit:postea munulphũ ĩsulæ sancti Iuliani ducẽ & zanguilphũ Veronẽsiũ ac Gayndulphũ Bergomẽ.duces:q̃bus.3.iã pepercerat:superatos interemit:rebusq; pacatis bellum contra Ro.suscepit:& oppidis circunquaq; capitis Romam per annũ obsedit:& multas illi clades intulit.Quo in tẽpore zotus beneuẽtanus dux eius auxilio fretus una cũ rege ipso:ruptis induciis:cassinense monasteriũ iuxta benedicti p̄phetia inuasit:& oĩbus rebus direptis illũ a fundamentis pœnitus euertit:postmodũ in patauinos duxit:& urbẽ uallo tantũ & fossa sine mœnibus munitã obsedit:& cũ a tonlla rege ipsa ciuitas fuisset diruta:habebat oĩa ædificia ex ligno⁊ materia fabrefacta:q̃d cernẽtes Lõgobardi ignẽ mittentes urbẽ p̄rsus exusserunt:idq; in mõte silicis oppido fecerunt.His gestis Agilulphus:cũ didicisset eius filiã ac generũ noĩe godeitaldum apud Parmã ciuitatẽ a Gallinico Romano⁊ p̄fecto fuisse captos & cõstãtinopolim missos: cõtractis undiq; copiis Cremonã uenit:& eã obsedit:ac expugnatã tãdẽ cœpit:qua capta & direpta usq; ad solũ demoliri fecit.Pariq; modo Mãtuã expugnans eã sine muris dereliquit:tandẽ & hunc beatus Grego.papa p ĩtercessionẽ Theodelindæ religiosissimæ reginæ:cui dyalogorũ libros scripserat conuertit:q omissis idolis Christi fidẽ cũ oĩbus Lõgobardis suis cõplexus est:& oĩa ecclesiasticorũ bona ablata restituit:& ad labẽ diluendã ecclesias multas:plurimaq; monasteria sua impensa fabricauit:& apud modoeciam insigne oppidũ in honore beati Ioan.bapti. celeberrimũ tẽplũ ĩgẽti impensa fabricauit:eo denique uita functo adoaldum puerulum filium cum Theodelinda matre & regina regni successorem reliquit.

Cassinẽse monasterium destruit

Cremonã euertit

Mantuã sine muris dimisit.

Longobardi fidẽ recipiunt.

¶ Theodelindam ãt reginã eius uxorẽ Bauaro⁊ regis filiã generositate & sanguinis claritate ĩclitã fuisse cõstat:q̃ & si in primordio regni sui ætate iuuenis formaq; spectabilis: ac diuitiis abũdãs fuerit:moribus tamẽ & castitate:prudẽtia:eloquẽtia:ac religione cõspicua fuit.Cuius q̃dẽ uirtutibus cõmotus beatus Greg.eidẽ dyalogo⁊ libros cõposuit atq; misit:cuius lectione ipsa mota: agilulphi animũ ad religionẽ & ad pacẽ cũ oĩbus lõgobardis p̄uertit:& mores uitãq; eo⁊ mirabiliter cõposuit.Sicq; hæc religiosissima ac christianissima fœmina multorũ honorũ cã fuit.Hæc q̃ppe p̄ter reliq̃ pietatis opa mõasteriũ celeberrimũ in honorẽ sancti Colũbani abbatis apud Bobiũ ciuitatẽ supbissimis ædificiis sua impensa cõdidit:& plurimos fundos eidẽ assignauit. Alia quoq; mõasteria & tẽpla & q̃maxime apud Modoetiã agri Mediolanensis oppidũ in honorẽ sancti Ioannis baptistæ a fundamentis erexit:quã & p̄diis:aliisq; uasis aureis argenteisq; plurimis adhuc extãtibus exornauit:in q̃ q̃dẽ basilica corpus suũ sepeliri mandauit:& ex illo ac deinceps propter mulieris exemplum longobardi nostri omnes Ioannem baptistam in patronum præcipuũ susceperunt. 579

Mõasteria ab hac extructa

¶ Romanus patricius constantinopolitanus tertius italiæ Exarchus hoc anno post Smaragdum a mauritio imperatore cum ingenti multitudine Rauẽnã missus:regnauit anno uno:q cũ applicuisset:statim patauio & Cremona ac Mãtua a longobardis pene destructis: instauratis: & munitis cum omnibus copiis Romam perrexit:ubi longobardis strage inflicta:multas ciuitates atq; oppida recuperauit:postea in omnem libidinem prolapsus tanq; uirtutis pristinæ & ingenii immemor 594

factus cum

factus cum longobardis sentire cœpit:nec romanos amplius defensare curauit: sed eodem anno cum ignominia mortuus:gallinicum habuit successorem.

¶ Gallinicus itaq̧ q̄rtus Exarchus Romæ suffectus ꝑfuit annis duobus:hūc uirū bonū & cōtra lōgobardos animatū fuisse tradūt: sed cū res neglectas uideret Grego.pontificis suasu cū eis pacem & indutias fecit.Cunq̧ postea ruptis idutiis parmā urbē īuasisset:& Agilulphi regis filiā cū uiro nomine godestaldo cœpisset:cōstātinopoliq̧ misisset.Agilulphus ira succensus Sclauos in auxilium euocat:& cōtra Romāos implacabile bellū suscipit:& oppida multa:multasq̧ urbes euertit: eoq̧ anno Gallinicus hic morte deficiēs.Smaragdus rursus a mauritio īpatore italiæ Exarchus mittit̄.

¶ Prodigia multa:& quidem horrenda tempestate hac in græcia apparuere:quæ sane futuras mahumeti calamitates portendere uidebantur:nam uno & eodem anno cometes perlucidus bizantii uisus fuit:& puer q̄drupes natus:necnō & apud insulā Delon duo marina mōstra oīno humanā spēm habētia uisa sunt:& alia multa hincinde ꝓsitia apparuere. ¶ Mahumetis uita.

5794 595 ¶ Mahumetis:alias mahumetus:genere arabs pseudo ꝓpheta q postea tanq̄ magnus imo falsus dei ꝓpheta saracenis leges dedit:hoc anno in arabia regione ex nobili p̄re gētili:m̄re uero hebræa hismaelitici generis nascit̄:q postmodū adultus factus:cū eēt annoꝝ.28.maximum in christianos excitauit īcēdiū:nā cū uersutus & acris īgenii eēt uir:ac īter christiāos diu cōuersatus:oīumq̧ sectas & leges cognosceret.nouā quandā & nephandā superinduxit superstitionē:q̄ propemodū nostra extincta est religio:ausus est etiā īgenti cōparato exercitu arabū & p̄sarū Romani imperii fines īfestare:& Alexandriā:atq̧ alias ægypti ciuitates sibi subiicere:sed eius motus ꝑ heracliū imperatorē cito repressi fuerūt:exinde ad ueroꝝ ꝓphetaꝝ imitationē p̄sonā in se loquentis.Dei assumpsit: sic ꝓmittens in libris:quos cōdidit:locutus est dominus ad mahumetū ꝓphetā suū dicens:ut sic uel diuinæ auctoritatis pondus habere crederet̄:q̄d ab eodē seductore configebat̄. Cunq̧ nō tantū subacti populi:sed ēt lōginq ad eū cōfluerent:accensus libidine latius dominādi:sub suæ religionis prætextu propagādæ tanq̄ ex dei ꝓcepto finitimas inuasit gentes:& astū efficiens:q̄d armis nō poterāt.Vnde cū ægyptū:lybiā:Arabiā:syriāq̧ totā subegisset:& ut religiosior uideret̄:subiectos populos ꝓpriis ritibus abiectis in suam sup̄stitionē attraxit:paganis q̄dā idolatriā inhibens:in dies iuxta ritū eorundē circuncisionē cōcessit.Nouas deinde q̄sdā leges de suo cōfinxit:testimonia de utroq̧ testamento adhibens:q̄s saraceni & turchi usq̧ hodie suas leges appellant:unde secūdū iudæorum ritū saracenos iussit circuncidi:& suillæ carnis esum suis seq̄cibus īterdixit.Et imitādos quoq̧ christianos crebras lauationes seu ablutiones mēbroꝝ tanq̄ baptisma pro delictorū expiatione fieri īstituit.Et ut seductos ita pp̄los fortius sibi irretiret: statuit ꝑ lege q̄d nouerat hoī placere.s.q̄d hō tot uxores ac cōcubinas habere possit:quot facultatibus suis alere posset.Vxores etiā usq̧ ad q̄ternariū numerū de propria cognatiōe sumere:& usq̧ q̄ter repudiare:rursusq̧ resumere ꝑmisit. Emptitias uero siue captiuas quot uellet q̄sq̧ habere cōcubinas:& eas quandocūq̧ uēdere liceret: nisi illarū aliquā grauidā reddidisset.Sobrietatē āt in cibo potuq̧ sanciuit:uini quoq̧ usum p̄ter q̄ ī certis q̄busdā solēnibus diebus īterdixit.Vnū deū oīpotentē oīum creatorē coli & honorari mādauit: asserens Moysen & Ioānē baptistā magnos dei fuisse ꝓphetas.Sed christū oīum ꝓphetarū maximū q̄ppe qui diuina uirtute:nō humano semine de uirgine Maria ortū fuisse dicebat.Hic itaq̧ mahumetus:cū(ut ita dixerim)sex annos ita regnasset:post multa adulteria & ebrietates: aliaq̧ scelera anno domini.631.ætatis uero.34.mortē obiit.Cuius corpus apud mechā sepultū ab oibus maximo in precio nunc usq̧ habitū est:eoq̧ mortuo principatū iniit quidam nomine calipha:cui successit Acali:quō expulso regnauit Ali:contra quem:eo quod superstitiosus esset:nouum Caypha ægyptii sibi ducem creauerunt:qui ordo usq̧ in hodiernum diem apud saracenos seruatur. De moyse De Iob. Baptista de Christo dicebat

¶ Alcoranū aūt librū:ipse mahumetus auxilio Ioannis antiocheni heretici. Sergiiq̧ Arriani: ac ēt cuiusdā iudæi astronomi cōposuisse dicit̄:in quo quidē prædicta oīa:& alia multa pro lege descripsit:falsa q̄busdā ueris immiscendo:asserēsq̧ Christū ad cœlos eleuatū:sed nō occisum; dixitq̧ ꝓterea iudā ꝓditorē dū Christū iudæi q̄rerent in spelūca in similitudine Christi mutatū:& loco eius crucifixū.Per singulos quoq̧ annos suos sequaces domū dei q̄ est in mecha si possent adire oīno iussit:quo cōuenientes circuire deberēt cū similibus uestibus īduti: & lapides per media foramina parietū tanq̄ dyabolū lapidando iactare.Ipsam.n.domū Abraā pro filiis suis potissimū hismaelitis orationis causam cōstruxisse dicebat:in eo quoq̧ Alcorā libro legē tulit:ut q cū adultera dep̄hēsus fuisset:statim lapidaret̄.Cū soluta āt octoginta uerberibus plecteret̄.Voluitq̧ fur:ut p̄ria & secūda uice tātū uerberibus cederet̄.Tertia uero manus:q̄rta deniq̧ pedes eidē ꝑciderent̄.His autē q hæc & alia legis suæ ꝓcepta seruarēt:ut asseruit dn̄us ꝓmisit paradisum:uidelicet delitiaꝝ ortum: ubi nulla īteperies:ubi nulla īcōmodi aut mali afflictio:sed oīum deliciarū fruitio p̄fecta erit.Nam ibidē optati cibi ad uota succedēt:pulcherrimasq̧ uestes ad amictū:& uirgines ad compressum angeli pulcherrimi illi ministrabūt.His āt q legē ipsam cōtēderēt gehennā & infernū cōminatus est. Successores mahumeti

5797 598 PHoca.21.cōstātinopolitanus īperator post Mauritiū impator factus impauit annis tredecim:hic cū cēturio eēt:militari tumultu augustus creatus mauritiū ꝓdictū cū Theodosio tyberio cōstātino & aduocato filiis aliisq̧ cōplurimis apud calcidonē interfecit: ueniensq̧ cōstantinopoli ut impator receptus magnā de se spem ꝓbuit:Romæ quoq̧ Phoca

declaratus ſtatim ſuā & uxoris ſuæ Leontiæ imagines in oratorio ſancti Cæſarii īter aliorū auguſto rū imagines cū ſummo gaudio collocauere. Sed rerū exitus multoꝝ fefellit opinionē: qđ ſuæ futuræ ſegniciei ꝓſagiū nomē accepit. Nā ſicut Plinius nono naturalis hiſto. libro ait: ph oca uitulus marinus noiat̄: q p̄ cæteris aīalibus grauiſſimo ſomno p̄mit̄: qđ ſenſiſſe uidet̄ Iuuenalis cū ait: ꝑ rē magna in tertia ſatyra: eripiunt ſomno druſo uituliſq; marinis. Tātæ. n. ſomnolētiæ & pigritiæ iſte phoca fuit: ut pſaꝝ rex Coſdra Romanoꝝ ꝓuincias grauiſſimis p̄liis opp̄ſſerit: ipſamq; ſanctā Crucē e hyetuſalē abſtulerit: captāq; urbē: chriſtianoꝝ tēpla ꝓphanauerit & diripuerit: & zachariā uirꝝ ſanctiſſimū eiuſdē ciuitatis patriarchā captiuū abduxerit. Quas ob res cū ēt phoca in ſuos maxime deſæuiret: & imperiū eius negligētia in dies depiret: Senatus eius homicidia nō ſuſtinens ad heracliū patriciū ī aphricā mittit: rogās: ut heracliū filiū cōtra phocā imperatorē mittat: qđ & ſtatī adīpletū ē: nā heraclius ip̄e nauigio cōſtātinopolī ueniēs: ſubito phocā deuicit & cœpit. Quo capto: primo eidem manus & pedes obtruncauit: & poſtea cum lapide ad collum in mare demerſit.

Plinius
Iuuēalis

Sauinianus Papa 67.
Horas canonicas hic cāpanis pulſare p̄cepit
Tertius pōtifex ī famis

SAuinianus papa: cuius patria ignorat̄: poſt Gregorium factus pontifex ſedit āno uno: 605 5804
mēſibus quinq; & diebus nouē: hic ſtatuit: ut horæ diei cū cāpanis pulſarent̄ in eccleſiis: diſtinguerenturq; officii gratia: & ut lāpades accenſæ cōtinuæ in templis retinerent̄. Veꝝ cū geſtis optimi beati Grego. aliquantulū aduerſaret̄: eo qđ in ſuo pontificatu fames plurimū īualuiſſet: inſtarentq; pauperes: ut Grego. pietatē æmularet̄: nil aliud reſpondiſſe fertur: q̄ Gregoriū popularē famā affectantē eccleſiæ patrimoniū largitionibus diſſipaſſe. Tanta inſuper ira atq; īuidia erga Gregoriū exarſit: ut eius libros exuri tētauerit. Vñ & beatus Gregorius eidē ꝑ uiſum apparuit: & ter dure redarguit: q̄rtoq; cū ſe corrigere nollet: ab eodē ī capite ꝑcuſſus expirauit. Cuius qdē cadauer ueluti īfamis ad pōtē miluiū delatū in quādā baſilica petri ſepelit̄. Et ideo tertius pōtificū habitus ē: q culpabili morte dānatus ſit: & tūc ceſſauit papatus mēſi. 10. & dies. 20.

Bonifacius Papa 68.

BOnifacius. 3. papa natione poſt Sauinianū ponti. ſedit menſi. 8. & diebus. 28. uir ſacer- 607 5806
dotio ſatis dignus: qui & gratiano teſtāte: ſynodo habita inſtituit ne quis anathematis pœna in locū demortui pōtificis aut epiſcopi ſubrogaret̄: niſi tertia ſaltē poſt eius obitum die: ut habemus in canone. 79. di. c. Nullū. Conſtituitq; ut nitidus pānus: quod corporale dicitur ſuper altari in conſecratione ſemper a ſacerdote poneretur: de conſe. di. i. Hic etiam conſtantinopolitanum patriarcham compeſcuit: ſeſe principem appellantem: iubente phoca: ut Romanæ eccleſiæ obtemperaret: uigeſima ſecunda di. c. Renouantes: ac ſic tandem e uiuis diſcedens in baſilica petri ſepelitur: & tunc uacauit ſedes menſem unum & dies ſex.

Bonifacius Papa 69.

BOnifacius quartus papa natione marſus de ciuitate Taleria patre Ioāne medico poſt 608 5807
Bonifaciū p̄dictū pontifex factus: ſedit annis. 9. mēſi. 8. & diebus. 12. hic templū ſanctæ Mariæ rotundæ: quod ueteres pantheon appellabāt a phoca imparatore impetrauit: qđ eiectis prius gētiū ſimulachris. 4. idus maii in honore beatæ Mariæ uirginis: omniumq; ſanctorū martyrū cōſecrauit: quo facto ēt paternā domum in monaſteriū redegit: ſuoſq; fundos eidem in monachorū uſum adſcripſit: qbus & prædicandi: baptizandiq;: ac abſoluendi poteſtatē tribuit: quibus geſtis inde paulopoſt diem extremum clauſit: & in baſilica beati Petri ſepultus fuit: & poſtmodum peſtem & aquarum inundantiam ceſſauit epiſcopatus menſes. 7. dies. 25.

¶ Cacanus hunnorū ſiue bauarorum rex. hoc anno apud bauaros hunnos regnū accipiens mul- 609 5808
tis annis regnauit: qui mox maximo comparato exercitu ex norico in italiā tranſgreſſus forum iulii & Venetias prouincias turpiter inuaſit: ac quoſdam lōgobardoꝝ p̄fectos ita ꝓfligauit: ut paulū abfuerit qn forūiulii ꝓuinciā omnino obtineret. Siſulphus āt eiuſdē ꝓuinciæ dux cū p̄lio aggredi tētaſſet: maximo cōflictu cōmiſſo Cacanus uictor euaſit. Et licet ea ī pugna multos e ſuis cacanus amiſerit: ꝓuinciā tum īuadere ſtatuit. Rex itaq; uictoria parta: duceq; īterfecto audiēs ducis uxorē Romildā cū filiis Rhodoaldo & Grimoaldo maximis opibus in q̄dā forumiulii urbe ſe cōcluſiſſe cupidie allectus eo cū exercitu acceſſit: ubi dū urbē obſidēs aliq̄do circūeqtaret: a Romilda ducıſſa a mœnibus flauis: criſpātibuſq; capillis uiſus ē: & eius amore capta oratores eidē miſit pollicēs ſe urbē ꝓditurā: mō eā ī uxorē duceret. Quo audito ille ꝓmiſit: & urbē accepit: q̄ capta ſtatī ipſā īcēdit & euertit ut uix urbis ueſtigiū cerneret̄: Romildā uero una dūtaxat nocte ad ſe admiſit: māeq; facto uelut īpudicā mulierē militibus ſuis paſſim ꝓſtituēdā expoſuit. Qua diu illuſa acutū ēt palū ī medio cāpi fixit: ī quo qdē & ipſā Romildā ꝑ media crura cōfixit dicēs. Talē maritū decet meretricē crudelē hr̄e. Eius uero filiæ nō m̄ris libidinē: ſed caſtitatē zelātes ne ab hūnis ꝯtamīarent̄: crudoꝝ pulloꝝ carnes īter mām̄as ſub faſcia ſibi appoſuere. Quæ ex calore putrefactæ fœtidū exhalabāt odorē. Quūq; eas hunni cōtingere uellēt: fetorē nō uolētes ſuſtinere: ab eis tanq̄ execrabiles repellebantur. At ſic puellæ nobiliſſimæ iſta aſtutia barbarorum libidinem euaſere: utile profecto ſeruandæ caſtitatis exemplum poſteris fœminis mandantes. Cacanus autē captiuos omnes in terram ſuam abducens: ibidem ꝓuberes omnes interfecit: & pueros ſub corona uendidit.

Vnde turpiſſimā mulieris ignomīniā: pudicitiæ magnæ exēplum

Heraclius

HEraclius. 22. cōſtantinopo. impator poſt Phocā impauit annis. 27. Hic ubi impiū ade- 611 5810
ptus eſt: magnū cōparauit exercitū: & Eleutheriū patriciæ gētis cubiculariū ſuū rei bellicæ ſciētiſſimū in italia ꝯcitus miſit: & ipſe contra pſas progrediens multas prouincias a ſe occupatas recuperauit: & ī ſuam prorſus poteſtatē redegit. Nā pſarū ducē ſingulari

certamine uincens interfecit:& Cosdram eo℞ regē oppressit:ac filiū eius captū & baptizatū in re-
gnum restituit:persidem deide ingressus turrim Cosdræ thesauris plenā cœpit & spoliauit:& ipso-
rum partē militibus suis dedit:partēq̃ in reparādis tēplis:quæ persæ diruperāt:ac uastauerāt:desi-
gnauit:ipse uero alia onustus p̄da cū septem elephantis Hierosolymā rediit:crucēq̃ domini a per-
sis captam secū deferens:eodē loco ubi antea fuerat:collocauit. Ob cuius rei memoriā exaltatio
sanctæ crucis dehic celebrari cœpta est.Zachariā quoq̃ p̄triarchā & alios captiuos in patriā suam Crucē xp̄i hi recuperat.
remisit.Rediens postmodū Cōstantinopolim lr̄is & ocio delectatus ad astrologiā ēt se cōtulit:&
imperii res in suos duces reiiciens luxui se imersit.Mortua nāq̃ Eudoxia uxore & partu:quo Con-
stantinū peperit: Myrtinū ex sorore neptem incestuoso sibi matrimonio copulauit:& heracliū filiū
ex ea suscepit.Illaq̃ paruo tpe post defuncta eius ex primo uiro filiā adolescentulā senex accepit
uxorē:& ut scelus sceleri adderet:qd sæpe contigit in euthicianā delapsus est heresim.Quāobrē in
extremo uitæ tpe:ut nōnulli tradunt:sarraceni & arabes duce mahumeto arma sumentes:ita eius
5804 duces seperarūt:ut perdita Antiochia & hierosolyma:hoiem primo fœlicē mox īfœlicissimū red-
diderint.Ve℞ cū arabum & sarraceno℞ impetu uideret:crucē dn̄i nostri Iesu xp̄i ex hierosolyma
Cōstantinopolim apportari fecit.Tandē Theodoro patricio cognomento Caliopa ad regēdam
italiam Exarcho misso morbo intercutis aquæ:quā græci hydropisim uocāt:diē obiit.Et tunc maxi Imperii magna icliatio.
ma imperii inclinatio fuit.

5814 615 DEusdedit papa natione Ro.post Bonifaciū p̄dictū pōti.sedit annis.4.hic cum eēt opti- Deusdedit papa 70.
mus pater:cle℞ mirumīmodū dilexit:& auxit:& tantæ(sicut fert̄)sanctitatis fuit:ut quē
dam leprosum sibi obuiū suo osculo statim liberauerit.Constituit aūt hic Gratiano re-
ferente:ne patrini filius puellā ex sacro fonte a p̄re lauatā in uxorē ducere possit:ut hē-
mus in cañ.30.q.i.c.Huius nāq̃ tpe multi terræmotus fuere:& scabies quædam ita ad elephātiam
5806 tendēs:ut deformitate cognosci homines non possent.Obiit deniq̃ quarto ferme pontificatus sui
anno:& in diui Petri basilica sexto idus nouembris sepultus est.Quo mortuo sedes uacauit men
sem unum:dies sexdecim.

¶ Sisebutus uesegotto℞ rex:Ricardi regis filius hoc anno regnare cœpit:& regnauit ānis.36.Hic
cū primū gentilis esset:xp̄ianus factus statim plurimas hispania℞ urbes quæ ad Romanos defece
rant:recepit:& iudæos in suo regno cōmorātes exhortatiōibus atq̃ aliis pœnis ad fidem xp̄i tādē Græci iperato.i hispania iperare desinūt.
conuertit:nec multo post cū esset strēnuus uir oēs hispania℞ ciuitates Romanis abstulit:At tuꝫ de
mum Cōstantinopolitani imperatores in hispania imperare desierunt.

5807 ¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Hysidorus noster post Leandrum hispalensis episcopus:beati Grego.papæ discipulus his tem-
poribus propter doctrinam:uirtutesq̃:ac crebra eius miracula maximo in precio ubiq̃ fuit:qui cū
esset multarum litterarum non mediocriter eruditus:multo ad fidem pertinentia litteris cōmēda-
uit.Quorum de numero ista sunt.

Ethimologiarum	li.20.	princi.disciplina adi.	Officio℞	li.2.	pri.Ea quæ de officiis.
De sūmo bono	li.3.	incipit sūmum bonum	Ad sororē florā	li.2.	princ.Dn̄æ sanctæ flo.
5808 Allegoria℞.	li.3.	incipit mysteria sacre.	Differentia℞.	li.1.	incipit īter deū & ho.

De astronomia. li.1. incipit.Dño & filio:Itē de uiris illustribus:& uocabulis grāmatices:Hi
storiā quoq̃ ab Adā usq̃ ad hæc tpa:ac ēt lōgobardo℞ gesta.Et quorūdā scō℞ uitas.Breuē quoq̃
Cosmographiā:& de naturis re℞:ac sup pētatheucū:atq̃ alia multa:& pene īnūerabilia:& cū san-
ctus fuerit habitus:eius natale.18.cal.febru.celebratur.

¶ Ioānes monachus uesegotthus gerundensis postea episcopus apud hispanos in lusitania proui
cia ortus hac tempestate christianā relegionem & prædicatione & scriptis ubiq̃ plurimū iuuit. Hic
cum sapere aliquid per ætatē cœperit:ardore & desiderio discendi ex hispania Cōstātinopolim pe
tiit:ubi cum littera℞ græca℞ & latina℞ doctissimus euasisset:in lusitaniā p̄uinciā suam rediit:atq̃
ibidē arrianā heresim inualescentē:sua doctrina facilime cōfutauit:Quāobrē hereticis odiosus fa
ctus in barchinonia relegatus fuit:demū post multas p̄secutiones in p̄riā reuersus monasteriū cō-
didit:& multa in eo cōclusus cōscripsit:ac rationē uiuendi monachis dedit.

¶ Eutropius sicr̄ hispanus ep̄s eruditissimus uir per hæc tpa hispanis p̄simū p̄fuit:atq̃ eos doctrīa
& exēplo in fide ꝯtinuit.Cuius uitā uirtutibus & miraculis illustrē: Verus hispalēsis ep̄s luculēto ser
mone postea descripsit.Eius itaq̃ festū apud hispanos.6.idus iunii celebratur.

¶ Anastasius persa monachus quidē sanctissimus:per hoc idē t̄ps pro xp̄i noīe a persis infidelibus
cum aliis.70.martyriū pertulit:naꝫ cū in palestina p̄dicaret: ab eisdē captus post m̄lta carceris uin
culorūq̃:ac uerbe℞ tormenta:quæ in Cæsarea eiusdeꝫ p̄uinciæ urbe fuerat p̄pessus:ad ultimū de
5810 collatus est:cuius corpus postea Romā delatū ad aquas salinas in beati Pauli monasterio reposi
tum est.Eius uero festum.x.cal.febru.celebratur.

5815 616 ¶ Adoaldus uero Agilulphi regis ex theodelinda filius post patrē cum matre ipse theodelinda re-
gnauit annis.x.huic nāq̃ pater ad p̄sidiū acq̃rendum uix dum quadriēnio theodoberti Francorū
regis filiā despōsauit:qui regno suscepto:ob matris prudentiā pacē cū oībus lōgobar.italicisq̃ per
decēnium quietissime tenuit.Quo in tēpore multa:ut diximus ecclesiis donauit.

Bōifaci⁹ papa.71.

BOnifacius.5.papa natione campanus pře Ioāne post eū sedit ānis.5.& die.x.Vir certe singularis hūanitatis atq̧ clementiæ:qui cū esset doctus multa ad iustitiā prinētia cōsti tuit:uidelicet:ne qs rōne delicti ad ecclesiā cōfugiens a nemine extrahi posset.Statuit itē ne acoliti martyꝝ reliqas attractare p̄sumerent:cū sit p̄sbyteroꝝ officiū: mandauit q̧ ut sacrilegi ubiq̧ anathematizenť.Voluit itē ut testamēta iussu principis facta ubiq̧ ualerent:& cū multa sanctitate insignitus esset:clericos religiose & honeste uiuentes unice diligebat.Tandem cū nōnulla cemiteria extruxisset:ac dedicasset:defunctus in basilica diui Petri collachrymantibus oībus sepultus est.Cessauitq̧ episcopatus dies.13. 618 5817

Testamēta iussu pricipis fcā ualēt

Eleuterius nonus exarchus natione græcus pŕiciæ gentis nobilitate insignitus:Heraclii impatoris cubicularius:& rei bellicæ sciētissimus:hoc āno post Ioānem:& Smaragdū exarchos ab Heraclio in Italiā missus sedit annis.5.qui statim ut Rauēnā applicuit sese italiæ regē declarauit:sed postea cū Romā petere uellet:ob arrogantiā a militibus suis in itinere interfectus est:quo mortuo milites caput suū Constantinopolim miserunt.

Honori⁹ papa.72

HOnorius primus papa natiōe cāpanus:pře Petronio uiro ꝯsulari Bonifacio pōtifi.p̄dictus subrogatus:sedit ānis.12.mē.11.& die.17.hic sanctissimus fuit pōtifex:qui collapsuꝫ q̄si cleꝝ & doctrina & exēplo:ac moribus renouauit:atq̧ multas in urbe ecc̄has restituit:& bti Petri basilicā tegulis æneis e tēplo Romuli ablatis cooperuit:ædēq̧ sanctæ Agnetis uia numētana extruxit:& sancti pācratii uia aurelia:& in aqs salinis sancti Anastasii:cuius corpus ex pside delatū Heraclius ip̄ator eidē miserat:atq̧ alias multas ædes ædificauit:qui cū pyrrhum p̄riarchā Cōstantinopolitanū hereticum:qui Heracliū ip̄eratoreꝫ deceperat:relegasset:uita decessit:& in petri basilica sepultus fuit:& tūc cessauit pōtificatus mēsi.7.& die.18. 622 5821 5837

Dagobertus.9.frācoꝝ rex:hoc āno Lothario pře defuncto regnare cœpit:& regnauit ānis.34. 625 5824
hūc ferunt bonis oībus fuisse insignitū:Arnulphus siqdē methensiū ep̄s magister suus ipsum in officio ꝯtinebat:hic cū eēt xp̄ianissimus uir beato Diony.martyri templū celeberrimū apud parisiū ædificauit:Veꝝ ab angelis infensus perpetuā cū eis suscepit inimicitiā:hic ītercessione Heraclii imperatoris omnes iudæos qui in regno suo erant baptizare fecit.

Arioldus.5.longobar.rex post theodolindæ obitum deiecto eius filio odoaldo adolescente regnare cœpit:& regnauit annis.12.de isto nil memoriæ dignū litteris mandatum inueni.

Seuerus papa.73

SEuerus primus natione Ro.pře Labieno post honoriū pōti.sedit anno.1.Vir siqdē singularis pietatis & religionis:paupeꝝ p̄cipue amator:& in calamitosos benignus: atq̧ in reliquos oēs gratiosus & munificus:& ad reparādas collapsas ecc̄has splēdidus: qui cū in his sūmope uersareť:statim obiit:& in petri basilica sepultus fuit:quo mortuo sedes uacauit menses.4.& dies.30. 635 5834 5839

Isarius.x.Italiæ exarchus patricius Cōstantinopolitanus hoc anno Eleutherio suffectus multis annis apud Rauēnā:& Romā primatū tenuit:qui postq̄ Seueꝝ scd̄m ꝯsuetudinē cōfirmasset pōtificē:erat nūc ꝯsuetudo:ut nullus in papā coronareť nisi prius ab exarcho cōfirmareť:statim oēs thesauros lateranensis basilicæ expoliauit:& ptem militibus cōcessit:partēq̧ secū Rauēnā detulit: reliquā uero imperatori Constantinopolim misit.

Ioan.papa.74.

IOānes.4.papa natione Dalmata pře Venātio scholastico uiro:post Seueꝝ pontifi.sedit āno.1.mē.9.& die.18.Hic pōtificatu suscepto statim mādauit:siqs res ecclesiæ aliq̄ temeritate inuadere p̄sumeret:ad q̄druplū restituere cogereť:ut hēmus in cañ.1.q.2.c. In antiqs.Et cū esset singularis pietatis uir:ex reliqs thesauris quos Isaurus exarchus in lateranēsi ecc̄ia reliq̄rat:multa captiuoꝝ millia per Istriā & Dalmatiā a captiuitate redemit.Quibus expletis plenus opibus bonis obdormiuit in dn̄o:&.4.idus octob.in petri basilica sepelitur:& tūc cessauit episcopatus mens.1.& dies.13. 636 5835

Rhotaris.6.longobardoꝝ rex post Arioaldum regem regnauit ānis.16.& mēs.4.qui licet multis fuerit p̄ditus uirtutibus:arriana tñ labe inquinatus:omnes longobardos in eadem præcipitanter traxit:ita ut nulla fuerit eius ciuitas subiecta:quæ duos non habuerit episcopos:unū:scilicet catholicum:& alterum arrianum.Et licet sæpius a Romanis pōtificibus fuerit requisitus:ut ab arrianis recederet:nequaquā a proposito uoluntatē mutare uoluit:in re tamē militari adeo præstās fuit: ut Ethruriā oēm:atq̧ Lyguriā cum locis maritimis usq̧ massiliā in suam redegerit potestatē. Tāti insuper fuit ingenii:ut leges quæ sola memoriæ in usu habebat:in seriem quandam redegerit:& librum ipsum adhuc extantem edictum appellari mandauerit:ab illo enim tempore:& supra Longobardi sine lege fuerant.Erat autem ipso in eodem codice referente annus.71.quo Lōgobardi italiam intrauerant:ut in eiusdem libri prologo patet.Hic autem cū aliquādo Theodorus Exarchus bellum indixisset:nec ipse certamen recusasset:adeo apud Scultenam Mutinæ urbis amnem acriter pugnatum est:ut Exarchus e suis septem millia eo in prælio amiserit.Tandem Rhotaris hic sine filiis defunctus eidē successit. 5844

hæ leges in codicē condidit quas edictum appellauit.

Viri doctrinis excellentes.

Eligius nonionensis ep̄s his t̄pibus ob īnumerabiles eius uirtutes multo in p̄cio fuit:cuius admirandā uitā ēt multiplex signoꝝ nūerus cōmēdat.Hic cū primū aurifaber hēreť:mūdo abrenūciās monachū sese ꝓfessus est:in quo mirabiľr crescēs ēt multa monachoꝝ cenobia ædificauit.Vñ scr̄m

est:ut eius

est:ut eius exēplo in galliis infiniti efficerent̄ monachi:cuius uitā cū oēs mirifice laudarent:ad eū
dem Nouionēsem ep̄atū tādē inuitū assumpserūt:ubi q̄tū circa xp̄ianā religionem ꝑfecerit:exitus
acta ꝓbarūt.Erat q̄ maxīe erga xp̄i pauperes bn̄ficus:bn̄ de xp̄i religione meritis assiduus:& ppea
cū e uita excessisset:inter sanctos relatus fuit:& eius natale.i.cal.deceb.celebratur.

¶ Aurea aūt uirgo sc̄issima ipsius eligii pōti.discipula per ip̄s tp̄s apud parisios disciplina & scita
te plurimū floruit:cuius sanctitate & ꝓdētia pmotus:Eligius ipsa.300.uirginibus præfecit.

¶ Vincentius beluacensis episcopus:hisdē temporibus:ut quidam asserunt sanctitate & doctrina
apud gallos multo in precio fuit.

¶ Iudochus heremita sanctus huic per hoc tp̄s nequaq̄ uirtutibus īferior fuit:qui cū esset britonuꝫ
regis filius:spretis mundialibus pōpis in heremū secessit:ubi cū aliquādiu sc̄issime uixisset:in pago
pontico tādem multis miraculis clarus in domino quieuit.

¶ Froseus item hiberniæ regis filius per id tp̄s cum duobus germanis.s.Foilano & Vulcano cōtē
ptis regni sui pompis monachalē habitū susceperunt:& in galliis ueniētes latiniachū cenobiū fun
dauerunt:& in magno precio euasere.

5837 638 HEraclion.23.Cōstātinopo.ipator post Heracliū patrē īpauit cū Martina nouerca ānis. heracliō
2.in locū tn̄ demortui heraclii.prio suffectus fuerat ꝯstātinus eius filius:sed.4.īperii su
scepti mense insidiis nouercæ martinæ & huius heraclionis germani ueneno extinctus
fuit:Mortuo igit̄ eo:heraclion hic īpiū tenuit.Sed cū turpiter & iniq̄ssime rēpu.admi
strarent:Senatus ꝑpsusq̄ Cōstātinopolitanus pp eoꝝ scelera in eos ꝯsurrexerunt:& Martinæ lin
guam:heraclioni uero nasum ꝑcidentes e regno expulerunt.

5824 THeodorus papa natione græcus:ex hierosolyma oriūdus p̄re Theodoro ep̄o post Ioā theodo.
nem pōtifi.sedit annis.6.mē.5.& die.8.qui pontificatu suscepto oīa quæ ad religionis papa.75
xp̄ianæ dignitatē ptinere arbitrabat̄ curioso circūspexit aīo:maxieq̄ erga paupes mi Cæreus
ra usus fuit pietate. Cōstituit āt hic īter cætera cærei pascalis bn̄dictionē fieri in sabbato bn̄dicat̄
sc̄o.Cēsuitq̄ neminē separari debere qui nupserit post simplex uotū:sicut testat̄ g̃ranus in cañ.17. in sabba
di.c.Si uir uorū.Hic pyrrhū p̄riarchā Cōstātinopolitanū:Sergiūq̄ ac Cyrū hereticos rursus exilio to sc̄ō.
dānauit:eo q̄ pyrrhus ipse heracliōnē augustū īstigauerat:ut Cōstantinū frēꝫ īterficeret:uū & po
5834 stea a ꝑp̄o Cōstātinopolitano occisus est.Theodorus āt his gestis ad rē diuinā ꝯuersus multoruꝫ
sc̄oꝝ corpa exornauit:& potissimū primi & Fœliciani:unāq̄ basilicā apud pōtē miluiū uia flāmi
nea ædificauit:q̄bus peractis defunctus est:& in bt̄i Petri basilica pridie idus maii sepultus:& post
cessauit episcopatus dies.52.

5839 640 COnstātinus.3.24.Cōstātinopo.īpator:post Heracliōnē ꝑdictū patruū suū īpauit ānis Cōstan
17.hic ꝯstātini heraclionis f̄ris filius fuit:uir certe pessimus hereticusq̄:ac reipu.desola tinus.3.
tor:cupidus quoq̄ & ad oīa facinora ꝓlapsus:qui suscepto īpio:statim paulū ep̄m he
reticū in locū pyrrhi p̄riarchæ ꝯstātinopolitani ēt heretici in despectū pōtificis Ro.suf
fecit:cuius q̄dē auxilio & ꝯsilio:atq̄ ꝑfidia ꝯstātius ipse in heresim pessimā deuenit:uū & Martinū Roma
papā postea exilio dānauit:hic nāq̄ ꝑfidus īpator cū exarchū Theodoꝝ in Italiā ꝯtra longobar. turpiter
misisset:& apud scultenā fluuiū turpiter ꝓfligatū ītellexisset:desꝑatione motus cū magno exercitu spoliat̄
5835 statim Romā uersus uenit:cūq̄ in apuliā ꝑuenisset:luceriā urbē cœpit:& direptā solo æquit.Inde
q̄ cū Ro.cū.20.milibus īgressus fuisset:q̄nta die ad direptiōes se ꝯuertit:& īter cætera uniuersas sta
tuas ex ære & marmore ad urbis ornamētū positas diripuit:& alia ecclesiaꝝ ornamēta sustulit:uū
& auarissimus hō plus urbi ī.7.die.detraxit q̄ barbari antea ī.200.&.58.ānis:ideq̄ ī malā rē abiēs
dum syracusiā ꝑuenisset:ibidem in balneo libidinibus uacans a suis interfectus est.

¶ Cæsarea q̄dā ꝑsaꝝ regis uxor:hoc āno ignorāte uiro cū paucis fidelibus ꝯstātinopoliꝫ uenit:& Persarū
ibidē sacrū baptisma deuotissime suscepit:quo audito uir eius ꝯfestim legatos ad īpatorē ꝯstātino rex xp̄ia
polim misit:qui uxorē ab eo repeterēt: q̄bus cæsarea r̄ndit nūquā in suā p̄riā se rediturā:nisi & ipse nus cuꝫ
rex maritus suus xp̄ianus efficeret̄.Hoc cognito rex mox cū.40.mil.ꝑsis ꝯstātinopolim ad impa uxore &
torē pacifice uenit:a quo perbenigne exceptus una cū oībus baptismū suscepit:quo suscepto mul multis
tis muneribus ab imperatore donatus in patriam suā cum uxore lætus rediit. aliis effi
citur.
5844 645 MArtinus eius noīs primus papa p̄ria tudertinus p̄re Fabricio post Theodoꝝ pōti.sedit Martin⁹
ānis.6.mē.1.& dieb.26.q pōtificatu inito statim ꝯstātinopoliꝫ legatos misit:q paulum pap.76.
p̄riarchā adhortaret̄:ut heresi dimissa fidē catholicā obseruare dignaret̄:at ipse nō mō
monitis pōtificis obtēpare uoluit:sꝫ ēt legatos pōtificis in diuersas īsulas ꝯstātii iussu &
auctoritate relegauit:quāobrē Martinus synodū.150.ep̄oꝝ Ro.ꝯgregauit:in q̄ Cyri alexandri.Ser
gi & pyrrhi ꝯstātinopolitanoꝝ p̄riarchaꝝ ꝯdēnationē ꝯfirmauit:& paulū p̄riarchā quāmaxīe pri
uauit:pp q̄d cōstātinus īpator īdignatus:Olympiū cubiculariū suū Italiæ exarchū stati creauit:mā
dans ei ut manicheoꝝ secta per oēm Italiā extēderet.Martinūq̄ pōti.aut captū ad se mitteret:aut
certe iugularet:olympius itaq̄ Romā cū uenisset:īuēta synodo nullū suū errorē suadere potuit:ob
quā rem lictorem interposuit:qui Martinū in ecclesia beatæ Mariæ maioris īterficeret:q̄d ille subi
ta cæcitate ꝑcussus ꝑficere nequiuit.Martino aūt reconciliatus Olympius paulopost uita decessit:
sed Cōstantius iterato Theodoꝝ exarchū in Italiā mittens:iussit oīno ut Martinuꝫ pontificē ad se

uinctū pduceret. Veniens quoq; Theodorus Ro. cū ad pontificē salutatū esset: ei ꝓfestim cathenas iniecit: & uinctū Cōstātinopolim misit. Indeq; usq; ad Cersonā ciuitatē in exiliū actus fuit. In qua urbe beatus Clemens papa: ut diximus: lōge antea exulauerat: ubi & ipse paulopost uitam finiuit multis uirtutū signis usq; in hodiernū diē refulgens. Et qa hic īter sanctos martyres relatus est: eius festū decima die mensis nouēbris celebraẗ. Hic aūt pōtifex ea in synodo multa ꝯstituit ad decorē religionis xp̄ianæ: & maxīe ꝑtinentia. Et prīo p̄cepit clericis ne oīno comam nutrirēt: ut hēmus in cañ. 24. di. c. Non liceat. Mandauit itē ut sponsi & spōsæ ante carnalē copulam a sacerdote bñdicerent. 24. di. c. Sponsus. Prohibuit quoq; diacones ordinari nisi castitatē ꝓfiterentur. 27. di. ca. dyaconos. Voluit insuper clericum post emendam in suā recipi debere dignitatē. 5. di. ca. Si quis. Vetuit p̄terea fidelibus xp̄ianis calendaꝝ obseruantias. 27. q. 7. c. Non licet. Cōstituit īsuper nil aliud præter aquā & uinum & panē in altaris sacro a sacerdote offerri debere: de ꝯse. di. 2. c. Nō oportet: præcipit deniq; omnibus episcopis ut sacrū chrisma singulis annis ꝯficerent: & per oēs diocesis suæ ecclesias destinarent de ꝯsecra. distin. 4. c. Omni tempore. Eo itaq; mortuo cum Romæ ignoraret. 14. menses uacauit episcopatus.

Clerici comam non nutriant

Colossus destruitur

maxīaꝫ stragem ĩpatoris recitat.

Vesegothi hispaniaꝫ sibi subiiciūt

¶ Sarraceni qui ægyptū incolunt tempestate hac discordiis orientalis & occidentalis ecclesiæ freti ex alexandria cū ingenti classe soluentes maximā aphricæ partē occuparunt: indeq; cum ingenti tumultu Rhodiū insulam peruenıẽtes urbem cœperūt: & collosum fama celeberrimū: a quo urbs primaria nomen acceperat: demoliti sunt: ex cuius ære: ut supra diximus. 90. camelos onerauere: & in Alexandriam misere. Dehinc multis in egeo mari afflictis insulis in siciliam peruenerūt: atq; ibi multa loca uastauerunt. Atq; ita sarraceni isti in his tumultibus ad. 150. hoīum millia de ĩpatoris exercitu interemerunt: hispanos quoq; uesegotthæ sibi subdiderunt: infinita prope damna ibidem christianis inferentes.

Eugenius papa. 77

EVgenius primus papa natione Ro. p̄re Ruffiniano: post Martinū pōti. sedit annis quasi. 3. Vir certe miræ pietatis: religionis: māsuetudinis: & munificētiæ: qui & Grano referente statuit: ut qlibet episcopus carceres hēret: ad pniam delinquentiū clericoꝝ: ut hēmus in Decretis. 81. di. c. Sacerdos. Voluitq; ut iuxta ecclesias sacerdotū domicilia cōstruerentur. 12. q. 1. c. Necessaria est. Mādauit quoq; monachis ne quauis ex cā sine sui supioris licētia claustrū exirent. 16. q. 1. c. Placuit cōi. Vetuit insup ut nullus inuitus monachus in mōasterio teneret. 20. q. 1. c. Si qui. Defunctus deniq; 4. nonas iunii in Petri basilica sepeliẗ: & tunc sedes uacauit mensem unum & dies. 28. 5850 651

¶ Rhodoaldus. 7. longobar. rex rhotaris regis filius: hoc anno patri in regno succedēs regnauit annis. 5. hic Gundibergā theodolindæ reginæ filiā duxit uxorē: quæ religionis matris imitatrix facta: sicut illa modoeciæ: sic & ipsa in papiēsi urbe Ioāni baptistæ tēplū mirificum ædificauit: pŕimo quidem auri & argēti apparatu: ueꝝ rhodoaldus rex libidibus īmersus cū aliqñ in adulterio lōgobardæ mulieris dep̄hensus fuisset: a uiro illius occisus fuit. 5851 652

Vitelianus papa. 78.

VItelianus papa ex oppido seginēsi ꝓuinciæ uolscoꝝ p̄re Anastasio natus: post Eusebiū ponti. suffectus sedit ānis. 14. & mēs. 6. uir qdē optimus & diuini cultus cupidus atq; assiduus. Quāobrē & ecclesiasticā regulā cōposuit cantūq; ordīauit: adhibita organi ꝯsonātia. Hic Theodoꝝ monachū uiꝝ optimū doctissimūq; in Anglia misit: & Cāthuarēsi eccl'iæ ep̄m p̄fecit. Qui Theodorus anglos p̄dicatione & exemplo ad Christū ꝯuertit: & in fide quādiu uixit: optime ꝯtinuit: unde & libꝝ egregiuꝫ ꝯscripsit: quo declarauit: qua pnīa dilui unumquodq; peccatū posset: de quo ēt in iure canonico pſæpe fit mentio. Tādē cū Vitellianus hic ecclesiam in oībus bene gubernasset. 6. calē. febru. defunctus in beati Petri basilica sepultus est: uacauit tunc sedes mensi. 4. dies. 15. 5853 654

¶ Ariptus. 8. lōgob. rex post rhodoaldū in regno succedēs: regnauit ānis. 9. Hic gūdualdi filius ex theodelindæ f̄r̄ fuit: q īter cætera apud papiā oraculū pŕcherrimū in honorē saluatoris ꝯdidit: & uariis ornamētis īsigniuit: ac fundis pŕimis dotauit. Duos hic filios teste Pau. li. 3. successores reliq̄t: uꝫ Partheritē: & gūdibertū quoꝝ tpa lōgobardi cū Ro. pacē seruātes īter sese: hi duo m̄ltis cladibꝰ agitauere. Grimoaldus. n. beneuētanus dux Rhomoaldo filio ibidē duce relicto cū īgēti exercitu Papiā uenit: & patheritē pueꝝ īde fugauit: & gūdibertū aliū f̄r̄eꝫ Mediolano expulit: q̄s res ītelligens clodoneus frācoꝝ rex ꝯdolēs adolescētiū īfortuniis: ꝯfestim magnū exercitū in Italiā misit: ut adolescētes primū in p̄rnū regnū restitueret: uñ & in citrapadana regiōe cruētissima ꝓlia cōmissa sunt. Veꝝ grimoaldus uictor exñs gallos italia pepulit: refert Paul. histo. li. 4. c. 5. Hac rōne gallos fuisse deceptos: & supatos: lōgobardi siqdē nō lōge ab astēsi urbe simulata fuga reꝝ oīuꝫ copia: ac uini maxīe optimi plena uasa relinq̄ntes detulerūt: gallica uero castra īgressi: rati uero uerā eē hostium fugam: leti in oēm cibi potusq; uoluptatē sese effuderūt. Qua re supuenientibus hostibus cū somno & crapula grauati essent: passim uelut pecora sine custode iacerent: ita ut ab hostibus cæsi uix superfuerit unus: qui tantā cladē Clodoneo regi nunciaret. 5855 656

Vide deceptiōeꝫ galloꝝ

¶ Gūdipertus igitur Ariperti prædicti filius. 9. Lōgobardoꝝ rex: defuncto patre regnauit in papia annis duobus: hic (ut præmissum est) cum patherite germano: qui mediolanum continebat: plurimum contendit: & demum regnum amisit. 5866 667

Adeodatus

Anno Mūdi a xpi incarnatiōe.

Deodatus papa natione Ro. patre Iouiniano post Vitellianū pontificē sedit annis. 4. mensi. 2. & diebus. 5. Fuit hic homo sanctimonia & religione pſmū decoratus: in deli- Adeodatus papa 79.
5867 668 quentes qdem clemens: in pauperes pientissimus: in hospites benignus: & erga miseros & calamitosos plurimū misericors. Qui in iro pontificatu monasteriū ubi ipse uitā monasticā duxerat: confestim in cœlio monte & ædificiis & fundis pſmū auxit: ecclesias alias nō nullas instaurauit: & ad abolenda ꝓdigia quæ sæpenūero tpe suo apparuerant: supplicationes frequentes habuit. Tādē cum e uita excessisset: collachrimātibus omnibus in uaticano in basilica petri sepultus fuit: & tunc cessauit ep̄atus mensi. 4.

Ezentius: alias missessus. 25. Cōstantinopo. impator post ꝯstātiū impauit mens. 6. hūc Mezentius
5868 669 Constantii impatoris militem: & natione armenū fuisse tradunt: qui ipsu3 dn̄m suum apud siciliam in balneo fraude interemit: hoc iteꝝ missessus mortuo Cōstantio du3 in sicilia sibi uendicat imperiū non ꝯciliatis militum aīs a superuenietibus ex italiā atq3 aphrica copiis statim interfectus est: & oēs copiæ ad ꝯstantinū constantii filium inclinatæ sunt: uerum cū oēs milites passim dilaberentur: sarraceni apud ægyptum hoc audientes magna comperta classe totā siciliæ insulā: & maxime syracusanam ciuitatē occupauerunt: & inde magna3 prædā: & præsertim ea ornamenta: quæ Cōstātius ex urbe Ro. secū detulerat: in Alexandriā detulerunt. Cōstantinus. n. ut p̄missum est: multa urbis Ro. ornamenta syracusas eo aīo adduxerat: ut inde Constantinopolim traiicerentur.

Onstantinus cōstantii filius. 26. Constantinopolitanus impator post p̄dictum missessum tyrānum impauit annis. 17. Vir utiq3 catholicus: modestusq3: ac omni bonitate ītegerrimus: qui suscepto imperio Heracliū: atq3 Tyberiū fratres suos in imperii cōsortiū accepit: licet sint qui dicāt eosdē fratres suos: ne ad imperiū aspirarent naribus mutilasse: inde mox ecclesias collapsas: quæ sub Heraclio ab Hereticis dirutæ fuerant īstaurauit: atq3 alias denuo pſimas ædificauit: & cū esset armoꝝ uir strēnuus sarracenos Ro. īmpio īfensissimos bello deuicit: ac uectigales reddidit: & sic pace cū eis inita Cōstātinopo. rediit: & ut græcos Ro. ecclesiæ uniret: sextā synodū Agathonis papæ rogatu ꝯgregauit: in qua qdē pmissum fuit sacerdotibus græcis uti posse uxoribus legitimis: latinis uero nequaquā. Deniq3 cū esset bonis opibus plenus. 16. ipe rii sui anno apud Constantinopolim e uita decessit. Cōstantinus
5868 669

Sacerdotib9 græcis uxores pmutant̄ latinis uero non

assumēs:īpauit annis.2.Nicephorus impator eius p̄decessor p̄lio a bulgaris in supiori mesia supatus statim occubuit:& scauratius eius filius in eodē p̄lio ēt uulneratus cum Cōstantinopolim reuersus fuisset:in locum pr̄is in impio successit:& tribus tn̄ mensibus īperauit:eo qđ michael iste eū dispoluerit:& illi etiam successit:uir sane pius & sanctaꝶ traditionū emulator:qui impio suscepto cōfestim in gallias ad Ludouicū īperatorē oratores transmisit:qui eum consulerent:quid de imaginibus fiendum censeretur:quos benignissime suscipiens illos ad pontificem romanum remisit dicens:hæc ipsa pontifici interesse decreuere:hic autem cum aliquādiu aduersus bulgaros præliis superior existens:postremo apud andrinopolim uictus fuga-

Monachus efficitur — tusq̄ copias atq̄ aīu3 amisit.Cōstātinopolimq̄ reuersus impio se abdicauit:& monasteriū ītrans usq̄ ad mortem religiosissime ibidem uixit.

¶Ioānes parthiciachus.13.Venetoꝶ dux:hoc anno post Iustinianū fratre3 in Riuoalto aboībus 6012 813

dux cōstitutus:ducauit annis.23.& dieb.19.hic fratri Iustiniano prudētia & religione psimilis fuit: & diui Marci templū a fratre fundatū excellētissime pfecit:hic ex senatuscōsulto exercitum in methemauco ꝯtra Obeleriū methemaucensem nonū ducē ibidē exulatum duxit:& eo tandē superato:ac īterfecto methemaucensem ipsam ciuitatē destruxit.Quamobrem Ioānes ipse a Ludouico īpatore in Frāciā uocatus accessit:cuius absentia senatus Venetus castellano ep̄o:& duobus ciuibus Riuialti curā admīstrationis reipu.quoad usq̄ regrederet̃ tradidit:deniq̄ cū bona gr̄a ex francia reuersus:cū nimiū luxuriæ ocioq̄ uacaret:& reip.curā postpōeret:ciuili tumultu e ducatu deii

Monach⁹ effectus est. — citur.At ille in se reuersus delictū recognouit:& monasticū habitū suscepit:īgressusq̄ monasteriū reliquū uitæ suæ tempus in orationibus lectionibusq̄:ac ieiuniis contriuit.

¶Bernardus āt caroli magni nepos hoc āno post pipinū a carolo magno italiæ rex d̄clarat̃:& regnauit ānis

gnauit annis.9.Hunc aūt cū carolus constituit regem: mādauit ut in oībus Ludouico eius filio & imperii successori obtēperaret:sed carolo mortuo eius mandatis obsequi noluit:imo qbusdā epis italicis & seditiosis ciuibus instigantibus ab impio oīno defecit:& ciuitates quasdā ac populos in sua uerba iurare coegit.Quā ob cām ludouicū imperatorē in se ad iracundiā concitauit:& ppea quosdā copiaꝝ suaꝝ duces cum ualida manu ex gallia in italiā contra Bernardū misit.Quorum īpetus cū ipse bernardus retardare conaret:ab ipsis in alpibus supatus est:& ibidē seditionis auctores capti statim necant:ipse aūt Bernardus quāuis supplex ueniā ꝑcaret.Aquisgrani pductus capitali supplicio punit:episcopi quoq; tanti mali auctores & rei synodali Decreto in mōasteriis diuisis tanq̄ ad carceres perpetuas relegati fuerunt.

6014 815 LVdouicus eius noīs primus cognomento pius scđs post carolum galloꝝ impator:hoc anno patre carolo defuncto imperiū suscipiens:impauit cū Lothario filio ānis.25.qui īperio suscepto ꝯtra uascones qui ab impio defecerant:bellū induxit:cū qbus per multos annos grauissima bella cōmisit:& tādē in suā potestatem eos redegit.Deīde britones seu anglos res nouas moliētes armis in officio cōtinuit.At postea saracenis cæsareā augustam īcolentibus ꝯcessit:his optīe & fœliciter gestis apud aqsgranū conuentū habuit:ubi & Lothariū natu maiorē assentiētibus cunctis imperii sociū sibi delegit:& pipinū scđm aquitaniæ:ac Ludouicū tertiū filiū bauariæ reges appellauit:post ꝯtra Bernardū prædictū italiæ regem ab impio deficiētē bellum mouens eū supauit:& interfecit:ut prædictū est:quo tumultu sedato in saxones iterum ab īperio deficientes copias mittit:eorūq; tyrānū uero marchū regnum affectantē & secū aggredi ausum superat & interfecit:bulgaros ꝑterea panonios inuadētes primo qdē reppulit.Veꝝ cum naydo aquitaniæ ꝑfectus rebellasset:aderemani saracenoꝝ regis auxiliis fretus tm̄ bellū omittere necesse fuit:hanc obrē bulgari per panonias in Dalmatiā infesto agmine penetrarunt:sed anteq̄ Ludouicus ipse in Naydonē mouisset:magnā hispaniæ partē deficientibus ppl̄is iam occupauerat dimissa circūquaq; classe:quæ maritimas uexaret ciuitates:solus āt Bernardus barchinonēsis comes terra mariq; uexatus in impatoris fide permāsit.Lotharius uero italia pacata in galliā rediens:cū ludouicus pater carolū:cui caluus postea cognomen fuit:natu minimū f̄ribus cæteris in oībus ꝑferret:inuidia stimulatus:ipsum ludouicū patrē impio deposuit:& captū in custodia reclusit:uerū eodem anno inter eos ꝯuētiōe facta ipse Ludouicus liberatus in īperio restituit.Erat aūt ludouicus natura clemens:atq; mitissimus:qui cū regni & ecclesiæ iura semp tutatus fuisset.25.imperii sui anno moritur:& in beati Arnulphi basilica sepelitur.

6016 817 STephanus eius noīs.4.papa Iulio p̄re Ro.natus:hoc anno leoni pontifi.suffectus:sedit an.3.& mē.7.uir qdē nobilissimus & nobilissimis parētibus ortus:ac multæ doctrinæ & integritatis pontifex:qui suscepto pōtificatu post.3.mē.ad ludouicū in gallias ꝑfectus apud Aurelianos ipsum inunxit:ac coronauit:atq; inibi campulanis (qui tūc in ualescebant)sedatis cōpositisq; italiæ rebus Romā rediit:secū crucem magnæ existimationis deferens:quā qdem ludouicus p̄dictus imperator sua impensa beato petro dicauerat:moriens denīq; hic sanctissimus pōti.in beati petri basilica sepelit:& tunc cessauit episcopatus dies.xi. Stephanus papa.100.

6019 810 PAscalis eius noīs primus papa bonosi cuiusdā Ro.ciuis filius:hoc anno stephano prædicto pōti.succedens:sedit ānis.7.mē.3.diebus.7.Hunc p̄dictus stephanus ponti.dum uiueret:pp eius uirtutes atq; doctrinā monasterio beati Stephani abbatē ꝑfecerat:inito igit pontificatu ꝯfestim cleris qbuscūq; anathematis pena mandauit:ne ecclesiastica bn̄ficia a quouis sæculari obtinere ꝑsumerēt:ut hētur in cañ.16.q.4.c.Sqs clericus.Deīde lotharium italiæ regem a ludouico patre constitutū in basilica beati petri inunxit:augustūq; ēt appellauit:postea multa sanctoꝝ corpora minus religiose iacētia in urbe cū magna ueneratione ītroduxit:honestiusq; recōdidit.Et templū beatæ Praxedi a fundamētis extruxit:multa quoq; sanctorum corpora inibi & ꝯgregationē græcoꝝ collocauit.Ferunt ēt beatæ Ciciliæ ecclesiā ab eo conditam fuisse:ubi tanq̄ in honestiori loco ipsius uirginis:ac Valeriani Tyburtiiq; corpora sociarent.Multas ēt basilicas uetustate quassatas restituit:ac multos captiuos ꝑsolutis creditoribus liberauit.Tandem cum nullum religionis prætermisisset exemplum.8.pontificatus sui anno moritur:& in beati petri basilica sepelitur. Pascalis papa.101

6020 821 MIchael iunior.40.Cōstātinopolitanus īpator:post leonē a se īterfectū:īpauit annis.9. Nā michael senior:cū ab impio se abdicasset:leoni pardi p̄ricii filio īpiū dimisit:qui suscepto īpio statim Gruminū bulgaroꝝ regē andrinopoli potitū:& in Cōstātinopoli arma uertentē circa urbis mœnia īterfecit:pp qđ oriētale īperiū per aliqđ tp̄s pacatum fuit:cūq; & ipse.8.annis īpasset:ab isto Michaele domesticoꝝ suoꝝ comite īterfectus est:& ita imperiū huic michaeli per arma pmissum est.Qui pricipatu accepto:ꝯfestiꝫ Veneris ihibuit ne mercimonia occidētis in asiam ꝑferrēt:eosq; cōpulit classem ī auxiliū siculoꝝ ꝯtra saracenos mittere. Michael

6026 827 EVgenius eius nominis secundus papa:natione Roman9:patre boemūdo natus:hoc anno pascali prædicto suffectus:sedit annis quattuor.Cuius tempore octauū scisma fuisse ferunt:uidelicet inter hunc Eugenium & quendam nomine Zinzinum:propter patrum discordias.Sed Eugenius hic ꝑpter eius religionē:sanctitatē:doctrinā:huma- Eugenius papa.102.

nitatem: atq; eloquentiam omniũ consensu tãdẽ obtinuit: qui inito pontificatu: cum Roma fame ingenti laboraret: frumentum adeo abundanter in urbem introduxit: ut nullibi uilius quã ibidem annona uenderetur: pauperũ uero pupillorũ: ac uiduarũ causas ita tutatus est: ut ab oĩbus pauperum pater appellaretur. Tandem cum optimus hic pontifex in artibus hic perseueraret: ab emulis (ut quidam aiunt) oculis excæcatur: & martyrio coronatur: eiusq; corpus in basilica petri cũ omni deuotione sepelitur.

Excæcatus fuit

Valẽtin⁹ pap.103.

Valentinus papa patria Ro. Leontino patre natus: Eugenio põtifici suffectus: sedit diebus.40. Qui apud pascalẽ & Eugenium pdictos pontifices sanctissimos a teneris annis enutritus: doctrinã & rationẽ bene uiuendi usq; ad maturã ætatem didicit: adeo qp pe uirtuosus & sanctus euasit: ut cũ tantũ dyaconus haberet: summum pontificatus gradum Valentinus ipse meruit. Creatus itaq; omniũ consensu põtifex: nõ secus quã in priuata uita se habuit. s. in pietate: clementia: & liberalitate: ita ut nulli maiorũ in pontificatu scds sit habitus. Verum existentibus fortasse hominũ peccatis: qui tunc aderant. 40. pontificatus sui die mortẽ obiit: & in beati petri basilica sepelitur. 830 6029


Greg. papa.104.

Gregorius.4. papa: Ciuis Romanus pře Ioãne natus. Valentino pontifici succedẽs: sedit annis.16. uit nobilitate insignitus: sanctitate clarus: doctrĩa & eloquẽtia pcipuus: ac diligentia solitudineq; rebus in oĩbus admiratione dignus. Qui pontificatu suscepto: mox corpus beatissimi Gregorii transtulit: & ubi nunc iacet magnis cũ ornamentis collocauit: corpora ẽt Sebastiani: & Tyburtii ad basilicã petri transferri curauit. Insuper & rogatu Ludouici impatoris oĩum sanctorũ cõmemorationem in calẽ. nouẽb. instituit obseruandã: quã quidem celebritatẽ galli: & germani primo obseruare cœperunt: post multa aũt bona opera: denique hic sanctissimus Grego. obiit: pontificatus sui anno.16. & in basilica petri sepelitur: & tũc sedes uacauit dies quindecim. 831 6030

Oĩum scõrũ festiuitas

¶ Grandinem autem miræ magnitudinis hoc anno in galliam decidisse tradũt: quæ pecora multa & nõnullos homines interemit: uisum est tũc in ipsis grandinibus quoddã grãdinis granum durissimum longitudinis pedum duodecim. 832 6031

¶ Centum Ethruriæ oppidum.



¶ Centũ cellensis Ethruriæ oppidum: quod nũc ciuitas uetus appellatur: hoc ãno ab aphris saracenisq; in eiusdẽ portu: ex aphrica delatis occupata: & bonis oĩbus expoliata exurit. Supioribus eni tpibus regnãte Bernardo caroli magni nepote in italia: saraceni iterũ destruxerunt eã: sed Greg.3. ut supradictũ est: eãdem ciuitatẽ seu oppidũ pœne desertũ restituerat. Fuit ipse locus per tẽpora hadriani imperatoris ciuitas non ignobilis: in qua idem Hadrianus cẽtũ ædificauit cellas: cẽtũ uidelicet iudicibus ibidẽ ab ipso ĩstitutis: pro audiendis causis eo psente deputatus. Quo qdẽ in loco: ut supra diximus: diuus pr̃ Augu. heremitas sanctos inuisit: & ibidẽ nõnullos edidit libros: ut ipse Retractionũ suarũ libro cõmemorat: & sunt qui dicãt eũdẽ libros de trini. dei ibidẽ ĩchoasse: hi itaq; saraceni inde Romã cũ exercitu ueniẽtes urbẽ oppugnauere: & suburbanis ĩcensis ẽt beatorũ petri & pauli basilicas exussere: sed mox a Guidone lombardiæ marchione: auxilio ẽt lõgobardorũ saraceni ipsi ex italia pulsi sunt: qui ex italia recedẽtes Tarẽtũ & siciliã oẽm ĩuaserũt: quã magna ex pte occupata: panormũ urbem uastauerũt. Bonifacius autẽ Corsicæ dux cũ auxiliis prĩo genuẽsiũ suorũ ac quorũdã tuscorũ classe in aphrica delatus: inter uticam & Carthaginẽ q̃ter cũ eisdẽ congressus: tantã illorũ stragẽ edidit: ut coacti fuerint Mauri suos ex sicilia reuocare: qui patriæ laborãti opẽ ferrent: hac itaq; rõne italia: & sicilia hostibus liberatæ sunt. 833 6032

¶ Bartholomei apostoli translatio.

¶ Sicardus qdã beneuentanorũ pfectus: huic bello psens extitit: qui ueritus ne sanctissimi bartholomei apři corpus in barbarorũ manus deueniret: ex lypari insula illud cũ magna ueneratiõe Beneuentum transferri fecit.

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Rabanus monachus natione germanus: maguntinus archieps theologus qdẽ pclarissimus: ac ĩsignis poeta: per hoc tps in prosa & carmine duobus dicendi modis pšmũ ualuit: & multo in precio fuit: qui ex ingenii sui magnitudine multos cõmentatus est: & edidit lib. quorũ tituli sunt isti: put ĩuenire potui: & prĩo sup geñ. li.4. ĩcipit. In prĩcipio. super Exodũ. li.4. Exodus exatus. Itẽ super epřam ad Ephesi. li.3. super Leuiti. li.i. sequẽtis libri. De institutiõe clericorũ li.i. sup Deutero. lib.i. Hæc sunt uerba: sup Matthe. li.8. Expectationẽ itaq;: sup librũ palipo. & sup Macha. lib. cõmẽtatus est: habuitq; sermones ad ppřm přres & elegãtes. Itẽ de laude sanctæ crucis. li.ii. De uniuerso li.22.

De diuinis

De diuinis officiis li.i. De cõputo dyalogũ li.i. De q̃stiõib⁹ canonũ. De p̃riarchis li.i. Et alia q̃dã.

¶ Strabus item monachus gallus: emmentissimus theologus & commentator diligentissimus Rabani prædicti auditor: per hæc quoq; tẽpora ipso p̃ceptore suo inferior fuit: q & ipse Vincentio gallo in suo historiali speculo testante hæc quæ subiecta sunt perpulchre commentatus est: uideli cet super librum numeri lib.i. super regum libros: lib.4. sup iudith lib.4. sup hester lib.i. sup librũ sapientiæ lib.3. super ecclesiasticum lib.10. super Hyeremiam lib.i. super macha. lib.3. super actus apostolorum li.i. de officio ecclesiæ li.i. Ad Ludouicum imperatorem: & multa alia.

¶ Theodul. Aurelia. episcopus uir gñe sciaq; ac disciplina præcipuus: his ẽt tpibus in p̃cio existẽs: apud Ludo. iper. falso accusat̃: & carceri mãcipat̃: ubi & nõnulla isignia edidit mõumẽta: & p̃ci pue uersus illos q i ramis palmarũ ante fores ecclesiaꝝ decãtant̃: cõposuit: u3: glia laus & honor tibi sit rex christe redeptor: qbus & aliis multis editis contigit imperatorem in festo palmaru3 illac iter facere: dumq; episcopus illos decãtari faceret: imperator demolitus est: & optimum: atq; in sontem episcopum absoluit: & ad suum episcopatum cum gloria remisit.

¶ Deusdedit monachus mõtiscassini abbas religiosissimus: uir hisdẽ tpibus ob sanctitatẽ: atq; do ctrinã multo in precio fuit: & multa composuit: ob quod Sicardus Beneuentanorum Tyrannus illum cœpit: & ob denegatam sibi pecuniam in carcerem coniecit: quo quidem in loco non sine sanctitatis & martyrii opinione tandem uitam finiuit.

THeophilus.i.&.40. Cõstãtinopolitanus ĩpator: hoc anno Michaele iuniore mortuo succedẽs: ĩpauit annis.15. Hic ẽ ille: quẽ Michael p̃dictus ipator cũ classe maxima ad sa racenos miserat: s3 uisa multitudĩe illos aggredi timuit dõec a petro Venetorũ duce.60 triremiũ classem obtinuerit: cui cõiũctus i illos stari duxit. At saraceni pterriti Tarẽtina obsidiõe soluta ueneris uela dedere: sed casus magis quã uirtute Sabbas eorũ dux cũ christiãis ɔfli gẽs uictor euasit: & oẽs Venetoꝝ Triremes cũ militibus suis: aut cœpit: aut demersit. Theophil⁹ ãt cũ paucis Cõstãtinopoli fugit. Elatiq; hac uictoria saraceni oĩa lõge lateq; depopularũt. Cũq; An chonã ciuitatem etiam diripuissẽt: & domũ redirent: permittẽte eo in medio maris fluctibus obru ti sunt. Theophilus autẽ hic post multos cõflictus deficiens: Michaelem filium successorẽ dimisit. Theo- philus

6035 836 ¶ Petrus Gradenicus pola oriũdus.14. Venetus Ioãni duci: hoc anno suffectus: ducauit annis ui gintinouẽ. Qui magistratu suscepto cõfestim Ioãnẽ filiũ ducatus cõsortẽ sibi cõstituit: & in deuo tionis signũ ecclesiã diui apostoli in urbe ædificauit. Inde a Theophilo ipatore p̃dicto rogatus ex senatuscõsulto.60. naues seu triremes eidẽ in subsidiũ cõtra saracenos misit: q oẽs tãdẽ a sarace nis superatæ: aut captæ: aut demersæ fuerũt. Eo etiã regnãte post p̃dictã cladẽ: q̃sdam etiam naues mercimoniis p̃ciosissimis onustas e Syria ueniẽtes idẽ saraceni in Tergestinũ sinũ interceperunt: & oẽs mortales in illis repertos ad unũ usq; trucidarũt: Veꝝ cũ dolosus iniquusq; uir haberet̃: & eius oĩs itẽtio ad rapiendũ: cõprimendũq; duceret̃: & oĩa per nephas coaceruare: & congregare anni teretur: seditione tandem in eum mota apud sanctum zachariam finitis uesperis obtruncatus fuit & in eodem loco sepultus. Sunt tamen qui dicant id filio nomine Ioannes duci non sibi cõtigisse.

6040 841 LOtharius Ludouici p̃dicti impatoris filius tertius Galloꝝ impator: post patrẽ impera uit cũ Ludouico filio quẽ imperii cõsortẽ fecerat annis q̃ndecim. Huic Lothario pipi nus & Ludo. ac Carolus cognomĩto Caluus fuerũt fratres. Sed Ludo. p̃re defũcto p aq taniæ regno qđ eorum frater pipinus iã defunctus tenuerat: oẽs decertare cœperunt: Ludouicus.n.& Carolus cõtra lothariũ hũc eorũ fratrẽ pro hmõi regno acriter decertarũt. In quo quidẽ p̃lio multi utrinq; cecidere. Lotharius tñ postremo uictus ex agro Frontanici aq̃sgranũ cõn fugit. Inde etiã deturbatus instantibus hostibus uienã cũ cõiuge: ac liberis se cõtulit. Quo audito fratres illũ cũ exercitu insecuti sunt: pp qđ Lotharius illũ comitatũ totũ amisit: & adeo eius exerci tus eo in p̃lio dilaceratus fuit: ut uix solus e trecentis eq̃tibus a tam grãdi strage p labi potuerit. S3 sergius pontifex Ro. his auditis totius regni ĩteritũ miseratus ad eos placãdos ex italia legatos stre nuos misit: q una cũ regni p ceribus pacis fœdera inter eos hoc pacto composuerunt: uidelicet ut pars illa occidentalis regni q̃ a britãnico oceano usq; ad Mosam flumẽ ptinet Carolo caulo ob temperaret: Ludouico ueto germania usq; ad Rheni fluenta & quicquid trans renum genitor pos sedisset: cõtingeret: Lotharius autem imperii titulo romam cum italia obtineret: eam partem gal liæ: quæ olim narbonensis: nunc romana prouincia appellatur: addentes etiam eam partem quæ inter scaldum & Rhodanum fluuios Lotharingiæ nomen ipsum accepit ab ipso Lothario rebus igit̃ cõpositis. Lotharius hic Ludouicum filium suum imperii socium asciuit. Et cũ senex effectus fuisset: & ipse inter filios regnum suum diuisit. Ludouicum imperatorem relinquens: his ita gestis ipse monachorum habitum suscepit: & non ita multo post uitam cum morte mutauit. Lotharius Monachus effectus ẽ

6045 846 SErgius eius noĩs secũdus papa natione Ro. patre Sergio natus: post Gre. pontificẽ se dẽ hoc anno accipiẽs: sedit annis.2.& mẽ.3. Hic cũ prius osporci uocaret̃ ob deformita tẽ noĩs mutare uocabulũ coactus est: & se Sergiũ appellari fecit: & inde mutandorum nominũ cõsuetudo sumpta est: ferũt hunc ex illustri familia natũ a suis maioribus nõ degenerasset: qppe q nutritus fuerat a sanctis põtificibus Leone.3. Stephano.4.& Eugẽio secũdo: quorũ doctrina & moribus plurimũ claruit: Hic itaq; pontificatu suscepto in ornandis tẽplis aĩum Sergius Papa 105. Consuetudo mutãdi põtificũ noĩa

adiecit:& inter cætera basilicas Siluestri & Martini uetustate collapsas restituit:in easq; multa san ctorum corpora collocauit:& iuxta basilicam sancti Siluestri monasterium a fundamentis in honorem apostolorum Petri & Pauli construxit:ubi integre res agerent diuinæ. Re autem publica bene & optime ab ipso gubernata patriæ pater appellari meruit:ac sic moriens in beati Petri basilica sepelitur:& post sedes uacauit men.2.& dies quindecim.

Michael — MIchael eius nois.3.Theophili p̄dicti ip̄atoris filius.19.&.40.cōstātinopolitanus imperator:hoc anno patre defuncto una cū Theodora matre ip̄auit annis.11.& postea solus annis.13.q ip̄io inito:mox legatos ad Nicolaū pōtifi. maximū & q̄maxie ad uisenda apostolorū limina trāsmisit:qbus & patenā aureā cū calice similiter aureo magni pōderis cum gemmis magnæ extimationis ornatos dono misit. Quos legatos pontifex perbenigne suscipiens ēt cū muneribus magnis domū remisit:hic Basilium quendam uirum strenuum tādem imperii consortem fecit:a quo demum ut solus imperaret:interfectus fuit. 847 6046

Leo Papa 106. — LEo.4.papa ꝓfessione monachus:patre Rodulpho Romano natus:hoc anno Sergio pontifici suffectus:sedit annis.8.men.3.& die.6.Vir certe religione:innocētia:pietate: humanitate:oīq; bonitate atq; doctrinā p̄clarus:cuius gesta præclara si cuncta cōscriberent:uoluminis modū excedere uiderentur.Fuit nāq; tantæ sanctitatis ut orationibus suis basiliscū serpentem:cuius uenenato anhelitu perierant multi:e fornace sanctæ Lucinæ depulerit:crucisq; signo maximū illud incendiū extinxit:quod diu per domos saxonū & longobardorū uagatū fuerat:& diui Petri basilicæ appropinq̄bat.Ob cuius rei memoriā mandauit assumptionis octauas:qua ītercedente hoc miraculū impetrauerat ꝑpetuo celebrādas:hic igitꝰ urbis mœnia & portas uetustate collapsas restituit: & turres.15.a fundamētis erexit.4.coronatorū corpora sua diligentia īuenit:qbus sub altari collocatis eoꝶ tēplū īstaurauit:ac multa alia sanctoꝶ corpora ibidē addidit.Dūq; his sanctissimis uacaret operibus:saraceni cū magna classe cōtra neapolitanos Romanosq; uenere:cōtra quos pōtifex ip̄e quāta potuit manu eis statim auxilio fuit.Verum ut sanctū decebat pōtificē prio ante dominū orationē fundens dixit.Deus cuius dextera beatū Petrū ambulātē in fluctibus ne mergeretꝰ erexit &c.orationeq; fusa signū crucis ꝯtra hostes faciēs pugnādi copiā suis dedit:qui post lōgū certamē hostes uirili aīo superarunt:atq; cū ingēti cæde fugarunt.Inde cū gaudio Ro.reuersus:statim uaticanū mœnibus cinxit:& a se deīceps uaticani locus leonina ciuitas appellata est.Consueuerant enim hostes antea leui incursione basilicam Petri in uaticano spoliare:& propterea id pontifex efficit: atq; ita urbem ipsam in quinq; annis absoluit: postea fores petri a saracenis direptas ex ipsorum saracenorum manubiis restituit.Tandem bonis omnibus repletus ad cœlestia regna gloriosus migrauit. Cuius corpus.16.calen.augu.collachrymantibus cunctis in beati Petri basilica sepelitur: atq; inter sanctos relatus eo die: cuius natalitia celebratur.Et tunc cessauit episcopatus dies quindecim. 848 6047

Miraculū grāde — octaua assūmptionis īstitutio — oratio deus cuius dextera beatū petrū — leonina ciuitas

Anglia ecclesiæ ro.efficitur tributaria — ¶ Alidulphus quidam anglorum rex:uir quidem christianissimus & Ro.ecclesiæ deuotissimus: hoc anno in anglia regnum accipiens:regnauit annis.7.uir quidem optimus ac sapientissimus: q inter cætera memoratu digna ob singularem religionem uniuersam insulam Romanæ ecclesiæ tributariā fecit:uoluit nāq; ut singula domus quot annis singulos argēteos ip̄i ecclesiæ psolueret. 850 6049

Ludouicus — LVdouicus eius nois.4.galloꝶ imꝑator patre Lothario hoc anno defuncto imperauit solus annis.21.nā Lothariusq(ut diximus)iā natu grādæuus sumpto monachi hitu hūc impatorē designauit:& cū exercitu in italiā ad pcipiēdā coronā uenire suasit: q nimia elatus fœlicitate quocūq; iter faciebat:oīa cædibus & rapinis īuoluebat:uerū cū romæ appropinq̄sset:ei Romani ciues honoris gratia omnes obuiauerunt:q̄obrē omnē ferocitatē deposuit:& mitior oībus in rebus esse cœpit:ꝙ ei p̄ter sententiā urbem ingredi licuisset. Deductas itaq; cū crucibus & clero ad beati Petri gradus pontificē Sergiū offendit:& mutuis osculis mutuaq; data & accepta salutatione in octaua penthecostes templum beati Petri sunt ingressi: ubi pontifex ipsum Augustum declarans imperii corona eum coronauit:atq; quicquid honesti postulasset quotiens ab urbe discederet:facile concessit.Cæsar itaq; & Augustus declaratus: & coronatus statim Roma egrediens:pacato agmine Papiam concessit:ubi deinceps omnem uitam suam Romam eundo & redeundo contriuit.Seditiones tamen & conspirationes & ipse a Carolo filio sustinuit. Quam ob causam multos in cisalpina gallia principes propter suspitionem interfecit. 856 6055

¶ Edimundus anglorum rex:hoc anno post Alidulphum patrem anglis regnare cœpit & regnauit annis.14.uir quidem & ip̄e:ut pater religione & sanctitate præcipuus:qui cum esset acertimus christianæ religionis defensor:multa bella contra daunos infideles gessit:a quibus multas incursiones & damna perferens cum esset uiribus impar:tandē superatus & captus martyrio coronatus ē. 857 6056

Ioannes Papa fœmina — IOannes.7.papa natiōe anglicus:post Leonē pōtificem pōtifex factus sedit annis.2.& men.5.hunc tradūt fuisse fœminā:q̄ adolescēs admodū ex āglia athenas cū quodā doctissimo amasio suo ꝓfecta ibidē bōaꝶ artiū p̄ceptores audiēdo tātū ꝓfecit: ut Romā ueniēs:paucos admodū ēt ī sacris lr̄is h̄rt pares:ea qppe legēdo disputādo docēdo orādo tātā bēiuolētiā & gratiā sibi cōparauit:ut mortuo Leone p̄dicto pōtifice ī eiusdē locū(ut multi affirmāt)oīum cōsensu pōtifex crearetꝰ:ueꝶ postea a familiari cōpssa grauidatꝰ:& papa existēs ꝑperit.Nam 858 6057

perit. Nā ex uaticano ad lateranēsem basilicā aliquādo ad letanias ꝓfecta iter Coliseū & sanctum Clemētē ꝑter spem doloribus circūuēta sine obstetrice aliq̄ publice pepit: & eo loci ab oibus mortua: ibidē sine ullo honore cū fœtu misera sepulta est: ad cuius detestandū spurcitiē & nois cōtinuādā memoriā: in hodiernū usq; summi pontifices rogationū cū populo: & clero sacrum agentes: cū locum partus medio eius in itinere positū abhominentur: eo omisso declinant ad diuerticula uicosq;: & sic loco detestabili postergato reintrantes iter proficiunt: quod cœperunt. Et ad euitandos similes errores: statutum fuit ne quis de cætero in beati Petri collocaretur; sed priusquam perforatā sedem futuri pontificis genitalia ab ultimo dyacone cardinale attractarentur. Mos creando rū ponti ficum Ro.

6046

6059 860 Benedictus. 3. papa natione Roma. patre Petro oriūdus; postea suffectus illi mulieri sedit annis. 2. & mēsi. 5. & die. 9. q ob uitæ sanctitatē merito Benedictus appellari debuit. Ferūt qppe in eius electione oēs patres sic unanimiter cōuenisse: ꝙ tāquā lydus a deo in terra missum uidebat. Ipse autē flendo deū & sanctos testes faciebat se nequaquā dignū eē: q tātæ sedi ꝑficeret: sed oibus acclamātibus: & eius electionē oīno approbātibus initus pontificiū munus suscepit: qd cū iniisset: psæpe & ieiuniis & orationibus uacabat: deum rogans: ut sancte & itegre ecclesiā gubernare posset: qui tātæ māsuetudinis tātæq; animositatis uir fuit: ut taȝ in pōtificatu quā in priuata cōstitutus uita carus oibus acceptusq; haberet. Nā qcqd in pōtificatu uerbis istituit: facto & opere i oibus cōprobauit. Opa. n. misericordiæ cupidissime psolués: funeribus sacerdotū semp iteresse uoluit. Visitabat nanq; ifirmos: alebat pauperes; desperatos & calamitosos cōsolabat: necnon & uiduas: pupillos oppssosq; acerrime tutabat: & his artibus omnē uitaȝ suā cōtinue ducebat. Multasq; ecclesias uetustate collapsas i urbe restituit: eisq; multa dona obtulit. Tandem uir sanctus moriens suum corpus ante fores ecclesiæ beati Petri sepeliri mandauit: & tunc uacauit sedes dies quindecim. Benedictus Papa 107.

6047

6061 863 Nicholaus eius nois. i. papa: patria Roma. patre Theodosio post Benedictum pontificē sedit an. 9. men. 2. & die. 20. & post hūc: ut aliqd dicūt sedes uacauit an. 8. mēsi. 7. & die. 20. Hic perfectissimus ponti. in oibus fuit & magno Gre. in oibus psimilis: eo ꝙ a teneris annis bene & sancte educatus fuerit: q etiā Benedicti ꝑdecessores sui corpus ꝓpriis manibus tumulo cōmendauit: quē & post multas orationes uigiliasq; ac ieiunia patres pōtificē licet abſentē creauere: quo audito Gregorii magni pōtificis more uitādi honoris cā in uaticanū fugiens ibidē latuit. Sed inuētū in atriū lateranēse pduxerūt: nolentēq; etiā in solio collocarunt apostolico. Deinde in basilica Petri cōsecratus; sumpta de more pōtificia corona multa cū ludouico Cæsare q ꝑsens aderat: locutus est: tū ad pōtificatū: tum ad imperiū pertinētia. Michael quoq; constātinopolitanus imperator audita eius fama; ut ꝑmissum est: uisendi gratia legatos cū muneribus Romā trāsmisit. Cū autē hic pōtifex post multas pturbationes a molestiis liberatus fuisset: multa ad cultū diuinū prinētia: & qdē memoratu digna gessit opera: & i primis cū multas basilicas restituisset: postmodū ludouico ꝑsente & approbante multa instituit: & primo ne ullus sæcularis princeps: aut rex ꝑsumeret usurpare quæ sunt sacerdotū: ut testatur Gratianus i canone. 10. di. c. imperiū uestrum; uoluit ut pontificū ꝑdecessorē suoꝝ decretales atq; epistolæ auctoritatis uim ubiq; obtinerēt: ut. 19. di. c. Romanoꝝ pōtificū. Vetuit itē inferioribus sub anathematis pœna ne superioribus maledicere ꝑsumerent. 21. di. c. Submittit. Constitutionē ꝑterea ppulchrā de Ro. pōtifice deligendo ordinauit: ut. 23. di. c. In noīe dñi nr̄i. Mādauit rursus oibus fidelibus christianis ne sacerdotis cōcubinarii missam audirent. 32. di. c. nullus missam. Decreto quoq; publico statuit. Si qs ꝑ papa se igereret: nisi unanimiter ab oibus fuisset electus nō apostolicus: sed apostaticus cēseret. 49. di. c. Si quis apostolicæ sedi. Mādauit ēt iudicibus oibus ne ullā ferrēt sententiā parte aliq̄ absente 3. q. 9. c. Reuera. Noluit itē decreto eodē ullū a sede sua deiici episcopū pp ifirmitatē. 7. q. 1. c. Pōtifices. Cōstituit isup nuptias nō clandestine: sed publice celebrari. 30. q. 1. c. Nostrates. Voluit deniq; ut in cœna dñi sacerdotes pp solēnitatē istitutiōis sacrari. Gloria in excelsis deo: i missa canerēt: de ꝯse. di. 1. c. Glīa i excelsis: Noluit ꝑterea baptismi sacramētū iterari: ēt si a pagāo mistraret: de cōse. di. 4. c. A quodā iudæo. Hic demū pōtifex in oī uirtutis genere illustratus cum moriret ex testamēto mandauit suum corpus ad prædecessoris sui exemplū ante fores basilicam beati Petri sepeliri. Nicola9 Papa 108.

6049

6055

6063 864 ¶ Sanguinē aūt hoc anno apud Brixianā cisalpinæ galliæ urbē ꝑter tres dies & noctes pluisse dr. ¶ Locustæ insuper innumerabiles hoc ipso anno in galliā apparuere: senas alas sexq; pedes habentes: quæ ut castrorū acies turmatim uolitantes uniuersa quæq; uiriditatē habentia uastarūt: omnibusq; consumptis in britannicum mare sese præcipites dedere; ab undisq; demersæ i terram reiectæ fuerunt: & aerem inficientes maximam & generalem hominum mortalitatem suscitarunt.

6057 ¶ Tyberis quoq; fluuius & ipo hoc anno adeo Ro. urbē uexauit ut nō nisi lintheribus e uico ad uicū trāsire liceret: uñ & mētæ basilicæ i roma & ꝑserti sci Laurētii Lucina; & mōasteriū sci Siluestri cū uniuersa ipa regiōe illa occupauerit: ut diluuiū istare putaret: q̄ inūdatiōe multæ domus: multæq; arbores euersæ fuerūt. Sata quoq; Romæ i tota cisalpina gallia dissipata sunt.

¶ Bulgarorum conuersio.

¶ Bulgaria Boemiæ regni pars est: cuius rex his tpibus litteris & admōitiōibus Nicolai papæ ad fidē xp̄i cū oī ꝓuincia ꝯuersa est: qbus statim pōtifex ipē epos atq; ꝑsbyteros destinauit. Qui pulso

a discipulis quos docebat stilis cõfossus mortẽ crudelissimam pertulit: & martyr Christi habitus ẽ.
¶ Anastasius etiam ecclesiæ Ro. bibliothecarius: & ipse his temporibus utraq; lingua plurimum eruditus: multo ĩ precio habitus est: qui ĩter cætera suæ uirtutis opera: septimam uniuersalem synodum & unam Dionysii Hierarchiam: ac multas sanctorum uitas Caroli imperatoris prædicti gratia in latinum eleganter & docte transtulit: atq; alia quædam composuit.

6080 881 ¶ Mimenus anglorum rex hoc anno post edumūdum prædictum regnare cœpit & regnauit an. 22. qui dum galliam crebris excursionibus uastare & perturbare non desisteret a sancto Mauro diuinitus tandem interfectus est. Quo sine prole mortuo angli de regno inter se contendere cœperunt: q̄obrem ab excursionibus cessauerunt: & multorum malorū galli immunes & liberi fuerunt.

6081 882 Carolus eius nois. 3. cognomēto Grossus. 6. gallorum ĩpator post Caluū ĩpauit an. 22. hic gallię ac germāiæ rex primū existēs a Ioāne pōtifi. ut ĩ urbe Ro. liberius uiuere liceret impii corona donatus: augustus appellatus ẽ: uoluerat. n. (ut dixi^us) ioānes pōti. Ludouicū Balbū supioris Caroli filiū frācorum regē ĩpatorē declarare: sed Romāi ꝯturbati ipsum pōtificem in uinculis coniecere: quibus malis permotus pontifex: postq̄ Ludouicus duobus annis ĩpasset: & iā assumpto ueneno obiisset: Carolū hūc induxit: & solus ĩpauit an. 10. Qui ĩpii dyademate ĩsignitus cõfesti in normanos q frāciā & Lothoringiā ĩfestabāt: bellū duxit: atq; eos tā acriter pdomuit: ut Rodifredus eorum rex pacē supplex peteret: & ab hoc xp̄i fidē cū oĩ populo susciperet: quē ĩpator in gratiā suscipiēs de baptismatis fonte leuauit: Ferūt hūc Carolū post multa bella cum Normanis & panonibus strenue gesta ita aĩo & corpe debilitatū fuisse: ut ab optimatibus suis impio deiiceret̄: quo deiecto Lādobertus qdā lōgobardus aĩo erectus in italiā surrexit: & apud rauē. regnum occupauit: propter quod tam in gallia quā germania atq; italia multiplicata sunt mala. | Carolus

6084 884 ¶ Ludouicus autem & Carolus Ludouici Balbi filii: hoc anno francis regnare cœperūt: & regnarunt annis. 5. De quibus nil memoriæ dignum habemus.
¶ Ioānes particiacus Vrsi ducis filius: hoc anno post patris ĩteritū. 15. Venetorum dux confirmatus ducauit annis. 6. uir disciplinis oĩbus (ut aiūt) apprime eruditus: non ludis: nō iocis: aut uoluptatibus aliq̄bus ĩtētus: sed doctrinā: & iuste uiuēdi formā ex patris sui ĩmutatiõe sumēs: cuius tāta fuit ĩgenii dexteritas: tātaq; eloquētia: ut facile qcqd uellet: & qd nollet dissuaderet: nihil tn̄ nisi sanū & ꝙ iustitiā saperet ĩ senatu ꝓponens populiq; sui cõmoda mirumimmodum curans ipse enim solus Comaclum ciuitatem de Rauennatibus cœpit: & populo suo addidit: q̄obrem iam imperii fines apperire cœpit. Diuites nāq; quoad uixit in officio cōtinuit: & pauperes ꝓ uiribus pauit & fouit: ac ciuitatē multis ædificiis auxit: & sua impēsa ecclesiā sanctorum Cornelii & Cypriani in Mathemaucensi littore pulchram ædificauit. Verum cum omnia tanq̄ numa Pompilius Romanus bene ordinasset: sexto magistratu sui anno ducatui cessit: & uitam priuatam deuotissime duxit. | Magistratui cessit.

6085 886 ¶ Leo & Alexander Basilii imperatoris græci filii. 4. & 40. constantinopolitanus imperator hoc anno patre defuncto imperium suscipientes: imperarunt in oriente annis. 17.

6088 889 Martinus papa natione gallus: patre Palumbo: hoc anno Ioanni. 8. suffectus sedit an. 1. & men. 5. uir quidem superbus atq; ambitiosus: qui cum malis artibus pontificatū obtinuisset: breuiter: & merito quidem in eo permāsit. Et ideo nil memoria dignū gessit. | Martinus Papa iii.

6089 890 Adrianus. 3. papa pr̄ia Ro. Bn̄dicto pr̄e natus: Martino p̄dicto pōtifici succedēs: sedit anno uno & mē. 3. Hic uir magnanimus fuit: & iō ĩ initio pōtificatus sui statuit ne ĩpatores de cætero ĩ pōtifice creādo aliquo mō se ĩtromitterēt: neue eius auctoritas expectaretur: sed decreuit libera esse cleri suffragia: ut gratianus refert in decretis. 62. di. per totum: unde propter eius animi magnitudinem clerus: populusq; Ro. magnam de deo concepit spem. Verum exigentibus fortassis hominum meritis: qui nunc aderant: repentino tempore sublatus ẽ: & ĩgemiscētibus cūctis ĩ btī Petri basilica sepelit̄. ¶ Normādiorum regni pricipiū. | Hadrianus Papa iii.

¶ Normania q̄ ẽ gallorum regni ps a Normāis nuprime ad fidē xp̄i ꝯuersus illā ĩcolētibus nomē assumpsit. Hi nāq; una cū Danis p galliā igne ferroq; debacchātes a carolo p̄dicto ĩpatore multis p̄liis attriti coacti sunt xp̄i fidē & uictoris leges accipe. Fuerat. n. carolo ĩpi postq̄ eos supauerat ĩ aĩo oĩno gerere hāc ĩ getā delet̄. Sed cū uideret id n̄ sine suorum magna clade fieri posse: ptē illā galliæ illis ad ĩcolēdū ꝯcessit: q ultra tanq̄ flumē ẽ: & q̄ hodie normādia ab ipa gēte uocat̄: hac tn̄ lege cõcessa: ut singulis ānis uectigal frāciæ regib⁹ aliqđ afferret: ne ui s; caroli ipius ĩpatoris bēignitate loca illa obtiuisse uideret̄: Horum igit̄ prius dux post rhotifredū regē: Robertus fuit: q gēuit Gulielmū. Gulielmus āt ricardū. Ricardū uero alio noĩe ricardū secū: & robertū Guiscardū: q Apuliā: Calabriam: & siciliā: ut infra dicemus: deuicit: ac uenetos & Alexiū græcorum imperatorem superauit.

6091 892 Stephanus huius nois. 5. papa patria ro. pr̄e Hadriāo post hadrianū p̄dictū pōtificē sedit an. 6. & die. 9. Hic quoaduixit ĩ multa pturbatiõe normāorum: hūnorūq; ac italicorū sp fuit: sed multorum uirorum illustriū: & q̄maxi e scitate u; Luitprādi Papiēsis ecclesiæ diaconi uuldridi: Bauari: & Berardi pictauiēsis ep̄i mirifice recreatus fuit: eorum uita & mores multū xp̄ianā fidē adiuuerit: & multa mōasteria maximis sumptibus ĩ utraq; gallia ꝯstruxerint. Obiit deniq; hic pōtifex scūs sexto pōtificatus sui āno: sepultusq; cū p̄ribus suis ĩ basilica btī Petri. | Stephanus Papa iii.

6062 893 ¶ Petrus candianus sextusdecimus uenetorū dux: anno primo huius Stephani pontificis Ioanni

duci suffectus ducauit anno uno & men.6.Vir quidem rei militaris præstantissimus multa prælia contra illyricos strennue gessit:uerum cum sclauos seu illyricos apud muranum uno prælio supasset:alio prælio reintegrato ab illis superatus:& tandem interfectus fuit:atq; ibidem in gradensi ecclesia sepultus:eo mortuo Ioannes particiacus rursus licet inuitus magistratum sumpsit:qui extinctis illyricoꝝ ipsorū perturbationibus cum ducasset men.6.iterum principatui cessit.

¶Petrus cognomēto tribunus.18.uenetorum dux post cādianū p̄dictū factus dux:ducauit an.23.& die.7.uit & ip̄e animo atq; armis īsignis:q ungaros ex Scythia pauloāte ī panoniā delatos:uniuersam ꝓuinciā uenetā ferro flāmaq; uastātes & fedātes nauali p̄lio aliquādo uicit:& in turpissimā fugā uertit:nā ciuitatē nouā:hoc est Eracliā Clugiāq; ac aggeris caput:iā oīno depopulati fuerant:& a taruisio usq; mediolanū cedibus omnia fedauerant:sed eius uirtute ac beneficio uniuersa prouincia mundata est.Eamobrem hic dux inter cætera sua monumenta partem urbis Venetiarum a riuo alto castelli ad sanctam Mariam in Iubanico muro cinxit:& canalem maius cathenа ferrea clausit:postremo pace ubiq; parta moriens apud monasterium sancti zachariæ sepelit.

¶Michaelis archāgeli apparationem:ut eius legenda manifestat:huius Stephani pontificis anno.4.in apulia iuxta Sipontum urbem in monte Gargano facta fuisse constat:quo quidem in toto postea ob huiusmodi memoriam oppidū una cū tēplo ædificiis:alioq; apparatu clarissimo conditum fuit:ad quod nunc usq; totius christiani orbis populi maxīo cōcursu frequētare dicitur.

Formosus Papa 114. — FOrmosus papa hoc anno post Stephanū pontificē electus:sedit annis.5.& men.6.hic cū portuensis eēt ep̄us Ioānis.8.pōtificis sæuitiā ueritus episcopatū deseruit:& in galliā fugit:sed cū reuocatus redire nollet:anathemate notatus:ecclesiastica ēt dignitate priuatur:hoc ideo:ut fertur ei accidisse:ꝙ eius coniurationis cōscius & auctor fuerit:q̄ Ioannes ipse pōtifex in uīcula cōiectus fuerat:hac igiͭ cōtumelia pmotus Formosus ab urbe discessit:& iureiurādo affirmauit se nunquā Romā uel ad episcopatū amplius rediturū. Sed Marinus Ioānis successor ipsuȝ postea iuramēto solutū ī patriā & ī suā restituit dignitatē:unū & ad pōtificatū nō ita multo post largitiōe potius q̄ uirtute:qbusdā ꝯtradicētibus assumiͭ:hūc nihil aliud memoriæ dignū egisse ꝯstat:nisi ꝙ bti Petri basilicā leui pictura exornauit. 894 6093

¶Viri disciplinis excellētes.

¶Remigius altisiodorensis episcopus diuinarum scripturarum insignissimus commentator per hæc quidem tempora clarus existens multa ad commune commodum commentatus est: & potissimum in Mattheum euangelistam ac Pauli epistolas.

Et super cantica canticorum	li.i.	De officiis diuinis	li.i.	in canonē missæ li.i.	
De festiuitatibus sanctorū	li.i.	Ad episcopū eduoꝝ	li.i.	in totū psal.pulchre	

Incipit prophetia diuina inspiratio.Et sermones multos.

¶Breno abbas Gingniaci cenobii patria Burgūdus ex quadā comitum clarissima familia natus his temporibus ob sanctitatem & clarissimam doctrinam mirifice laudatur.

Cluniacensiū ordinis primum mōasterium — ¶Gulielmus āt cognomēto pius Aqtaniæ dux & aluerniæ comes:hisdē tpibus:& fide ꝯuersatiōe moribus:religiōeq;:atq; doctriа ī pcio maxīo fuit.Qui cū uirili ꝓle careret:cluniacēse mōasteriū Burgūdiæ ī paterno fūdo magnificētissimis īchoauit opibus:& brenonē p̄dictū uiꝝ doctissimū ei dē loco abbatē p̄fecit maximis ꝓuētibus ei designatis:unde monachi possent uiuere.

Arnulphus — ARnulphus.vii.galloꝝ imperator:hoc anno post Carolū.3.augustus declaratus:imperauit annis.12.Hic qppe caroli p̄dicti nepos:& germaniæ Rex fuit:quem formosus pōtifex a persequentibus iniuriatus in italiā in sui tutelā euocauit:& primo q̄dem igressu Bergomo ciuitate nostra capta Ambrosium eius comitē suspēdio necauit:indeq; Ro. petens Formosum ponti.in pristinā dignitatē restituit:a quo deinde coronatus in Frāciā rediit:hic primo quidem sumptis armis strenue Maguntinos debellauit:inde in normanos qui cum Danis alias Dacis per.40.an.galliam infensissime uastauerant adhuc rebellantes:monens tandem maximis cladibus perdomuit.Verum postea nimio successu elatus ita se uoluptatibus īmersit:ut non multum a suo cognomento distaret:unde & in omnibus:& præsertim ecclesiasticis contumax & rebellis esse cœpit. Quamobrem iusto dei iudicio longa infirmitate correptus: nullo medicorum suffragio unquam defendi potuit.quin pediculari morbo consumeretur. 894 6093

Ambrosius bergomi comes

Pediculi hūc interficiunt

Bonifacius Papa 115 — BOnifacius.6.papa natione tuscus:hoc anno Formoso pontifici succedens:sedit die.15.cuius res gestæ propter temporis breuitatem nullæ habentur: legitimæ tamen & recte creatus fuit pontifex:moriens uero in beati Petri basilica sepelitur. 899 6098

Stephanus Papa 116. — STephanus eius noīs.6.papa patria Ro. Anagninus episcopus a Formoso papa dudū creatus post Bonifaciū ponti.sedit an.1.& men.3.qui creatus pontifex tāto odio Formosi nomē psecutus est:ut statim decreta oīno abrogauerit:& nō modo actibus ei de seuit:uerū etiā multa cū rabie consilio habito Formosi ipsius corpus e tumulo extrahi fecerit:tractumq; pontificalibus exui uestimentis:ac sæculari indui habitu:& postea abscisis duobus dexteræ eius digitis in Tyberim proiici:deinde reliquum corpus in laycorum sepultura sepeliri mandauit:magnum nanq; & inauditum fuit hoc scandalum:tādem uero pœnitentia ductus(ut quidam aiunt)relicto pontificatu monasterium ingressus maximam pœnitentiam egit. 900 6099

Horrendū scādalum

Papatū dimisit

Romanus

6100 901 ROmanus papa Stephano surrogatus: & ipe sedit men.3.die.21.qui non ambitione aut largitionibus (ut multi sui tpis) pontificum munus obtinuit: sed de more Petri eum obtinuit seu adeptus est. Verum tamen & ipse scandala scandalis addidit: quia pontificatu inito stephani pontificis acta decretaq; improbauit: atq; destruxit: horum nempe pontificum intentio atq; uirtus tota in alterius nominis ac dignitatis extinctione erat. Romanus Papa 117.

6102 903 THeodorus.2.papa natione Ro.post Romanum sedit die.20. De isto etiam propter tẽporis breuitatem nulla habetur memoria nisi quod creatus pontifex: & ipse in uiis seditiosorum põtificum ambulauit: qui nulla uirtute præditus: postposito dei timore atq; honore Formosi acta restituit: eiusq; sectatores multo in precio habuit. Thodorus Papa 118.

¶ Constantinus leonis imperatoris filius.5.&.40.constantinopolita.imperator post patrem imperauit una cum Alexan.patruo suo an.2.moxq; solus annis.39.hic nanq; ignauia & pontificum scandalis fretus: symbathicum prothospatarium suum in italiam magno cum exercitu trāsmisit: qui beneuentum ciuitatem antea a longobar.per.30.an.possessum.3.men. postea quam obsideri cœperat: in potestatem suam redegit. Verum tertio anno post Guido longobardus uir magnanimus græcis pulsis urbem recuperans denuo ad longobardos suos redire fecit.

¶ Elphredus anglorũ rex hoc ipso anno: post Mimenũ regem regnare cœpit: & regnauit an.40. uir tum ingenio: tumq; sanctitate: ac rebus bene gestis plurimum insignis: quem ferunt hoc modo suum contriuisse tẽpus: octo uidelicet diei horas in orando meditãdo legendo ac scribẽdo exolue bat: alias.8.in regni negotiis: reliqua uero in sui corporis cura. Optius uitæ ordo

6103 904 ¶ Carolus cognomento simplex Ludouico Balbi filius: hoc anno post patrem regnum accipiẽs regnauit annis.26.de quo nil memoratu dignum habemus.

¶ Saraceni qui aphricam incolebant per hoc ipsum tempus siciliam & apuliam ingressi occupato gargani mõte magnam inde hominum & pecorum uim abduxere: quo audito itali omnes tumultuaria manu comparata magnam ex hostibus edidere cædẽ & prædam omnes recuperarũt.

6104 905 ¶ Vngari qui & hunni gens scythica quæ superioribus diebus e finibus magno numero egressa fuerat: ut ad consanguineos ungaros panonias incolentes peruenirẽt: cum eosdem propriis expulissent sedibus: & ibidem diu dominati fuissent: tempestate hac hostili manu Italiam & germaniã: ac galliã ita inuadunt: ut ferro ac flamma omnia quoquo proficiscerentur: absumerent: nulli ætati aut sexui parcentes: hi aliquando carnibus humanis uesci soliti fuerant.

IOannes.9.papa natione Ro.post Theodorum ponti.sedit an.2. Qui etiam ipse suscepto pontificatu: formosi pontificis causam in integrum restituit: contradicente tamen magna populi Ro.parte: quamobrem magna in eo orta est seditio: qui timore perterritus. Rauennam profugit: atq; ibi septuagintaquattuor episcoporum consilio habito & Stẽphãi res gestas iprobat: & formosi acta restituit: asserẽs a Stephão male iudicatũ fuisse: hic át p̃ ter scãdala nil aliud memoria dignũ gessit: nisi q̃d seditiões ꝓpe exti ctas reuocauit & suscitauit. Ioannes Papa 119. Scãdalũ aliud

6105 906 BEnedictus.4.papa natione Ro.post ioãnẽ pontifex suffectus: sedit an.3. Vir certe clemẽtia & humãitate p̃clarus: qui maxima tũ laude tũ maxime ĩ tãtis corruptis põtificuꝫ moribus uitã cõstaret. & sine ĩfamie notã p̃duxit: ue tamen nec quippiam ab ipso factitatum compertum habemus: quod magnopere laudari possit: acciderat enim illi ætati quod omnis uirtus: tam in capite quã in membris ex hominum ignauia consumpta fuerat. Benedictus Papa 120.

6106 907 LEo papa: cuius patria ignoratur: post Benedictum pontificem sedit tantummodo die. 40. quo quidem die ab eius præsbytero christoforo familiari dominandi cupiditate allecto: cum maxima seditione capitur: & in uincula conicitur: qui uidẽs se honore spoliatũ: & maxime a familiari: cui multa contulerat beneficia: dolore aĩ paulopost obiit. Leo Papa 121.

CHristophorus át leone deiecto: papatũ ĩuadẽs: sedit men.7.q & ip̃e sicut põtificatũ malis artibus adeptus ẽ: ita & male amisit: & mẽsurã quã leõi dño suo mẽsus fuerat & ip̃e recepit: q̃a .7. mẽse põtificatu deiectus mõasticã uitã obire cogit̃. Sergius át eius successor postmodũ cognita hoĩs iniqtate illũ e mõasterio traxit: & ĩ custodia publica in uinculis coniecit: nec multo post ad maiorem sui pœnam in arctiori custodia eum reuinxit: ubi & tandem miserabiliter defecit. Christophorus Papa 122. Hic in mõasterio ĩcluditur

SErgius eius noĩs.3.papa natione Ro.patre bñdicto: post Christoforũ p̃dictũ; sedit annis septem & mẽ.3.& die.15. Hic itaq; dyaconus existens. Formosi factionẽ ne pontificatũ consequeretur: plurimũ ꝓsecutus fuit: ea ꝓpter a Formoso ipso reprobatus est: sed ipse suscepto põtificatu in galliã fugit: ibiq; Lotharii regis gratiã & bẽiuolẽtiã obtinens eius auxilio in italiã rediit: & Christoforũ monachũ papatus inuasorẽ capiẽs ẽt in uĩculis reuincit. Formosi quoq; acta itez ĩprobauit: atq; ĩ ultionẽ suæ iniuriæ: eius cadauer e sepulchro tractũ ac si uiueret capitali affecit supplicio. Corpus uero ĩ tyberi trũcũ ꝓiici iussit tanq̃ sepultura ĩdignũ: oẽs præterea per Formosum ordinatos denuo admitti & ordinari mãdauit: ferũt tñ ipsuꝫ corpus post Sergii mortẽ a piscatoribus ĩuẽtũ & ĩ basilicã delatũ: dumq; funus celebraret̃: sanctorũ imagines ibidẽ positæ cunctis cernẽtibus eundẽ corpus adorasse: ob quã rẽ creditur Formosum tali iniuria ĩdignum fuisse. Sergius itaq; lateranensem basilicam nupertime uetustate collapsam restituit. Sergius Papa 123. Scãdala scãdalis addita uide

Ludouicus — Mala tēpora — Hic capitur: & oculis priuatur

LVdouicus eius nōis.3.Arnulphi īpatoris filius hoc anno a frācis & germanis patri im- 908 6107
perator surrogatus:īperauit an.6.licet ad imperii coronā puenire minime potuerit cō-
fuso existente impio.Dolebāt.n.Romani & uniuersi italiæ populi quod ad germanos
trāsferet̃ impiū:& ꝓpheta Ro.pōtifices transalpinos impatores usq; ad othonē primū
deīceps imperii corona īsignire uoluerūt:fuerūt.n.hæc tpa pōtificū ambitione:& sæua(ut ita dixe
rim)eoꝝ tyrānide īfœlicissima.Pōtifices nāq; postposito dei timore atq; diuino cultu inimicitias
nō minus ac si eēnt tyrāni crudeles īter sese exercebāt.Impatores uero ignauiæ dediti ab īdustria
& īpatorii nōis dignitate defecerāt.Ludo.igit̃ cū Berēgario Foroiuliano duce q a lōgobar. regibꝰ
originē ducēs regnū paternū repetebat:armis decernēs eū prīo qdē superat:moxq; renouato ꝑlio
apud Veronā ciuitatē Ludouicus hic cum ingenti suorum clade capitur & oculis priuatur:ac sic ī-
perium quod annis.100.&.10.Caroli magni progenies possederat:demū ad lōgobardū transfert̃.

Berēgarius

BErenga.autē eius nōis.1.Foroiulianorū dux:ex lōgobardorū regū stirpe ꝓgenitus:& in 912 6111
bellicis artibus prudētissimus:hoc anno apud Veronā Ludouico ꝑdicto superato prius
in italiā imperiū sibi uendicauit:atq; ita impauit an.4.Nō tamē itali nr̄i in deligēdo im
peratore cōcordes fuere:qa alii etiā lōgobardi Guidonē spoletanū ducē italiæ regē de-
clarauere:cōtra quē hic Berēga.bellū ītulit maximū superauitq; ac demū īterfecit.Itidē fecisse di-
cit̃ Ambrosio alio Bergomēsi comiti:qbus sublatis & īterfectis berēga.in unū copiis suis cōtractis
eū Ro.ēt bellū gessit:qd qdē lādonis papæ prudētia cito sedatū fuit:plurimas ēt cōcertatiōes cū lā
berto guidōis spoletani ducis filio habuit:a quo nōnulli affirmāt postq̄ ab ungaris cū.14.armato-
rū milli.apud forūiuliū fugatus fuerat:apud Vero.supatus ē:grauissima qppe bella īter italos: ger-
māosq; ac frācos ꝓ impii possessione fuere:q̄ sine multo ꝓuinciarū īcōmodo & multorum interi
tu extingui potuere:ferunt hunc berengariū a Landone pontifice Ro.fuisse incoronatum.

❡ Conradus autem alamanus mortuo Ludouico imperauit in gallia an.7.Sed nec ipse inter im 913 6112
peratores connumeratur:cum non ad imperii coronam peruenerit:nec in italia imperauerit: qui
moriendo coram regni sui principibus Hēricum Othonis saxoniæ ducis filium designauit regem.

Anastasius Papa 124.

ANastasius.3.papa natione Ro.hoc anno Sergio pōtifici surrogatus: sedit an.2.& men. 915 6114
2.Hic quippe cum esset uir bonus:modeste:& integre in pontificatu uixit : a quo haud
quicquam habetur quod merito repræhendi queat.Et certe hac in re plurimum laudā
dus est:qd præter sui temporis pontificū morem neminem eorum qui ante se in ponti
ficatu fuerūt:ulla maledicētia ꝓsecutus ē.Eaq; in innocētia moriens in beati Petri basilica sepelit̃.

Monachus efficitur

❡ Vrsus eius nōis secūdus genere particiacus decimusnonus Venetorū dux:hoc anno post Petrū
tribunū ducem legitimis omnium suffragiis creatus ducauit an.9.In quo quidem magistratu ui-
tam integerrimam duxit:& quantum in se fuit reipu.suæ semper consuluit:& inter cætera ab impe
ratore conrado priuilegium signandi pecunias obtinuit:erat nanq; uir catholicus & religiōis ama
tor:qui cum omnia bene recteq; ex sententia ordinasset:officio a se abdicato monasticam uitam
CONradus eius nois primus natione Sueuus:quintus Germāorū imperator: hoc anno biennio post henrici mortē:postq; multā cōtentionē:legiptimis omniū suffragiis imperator & Augustus creatus:imperauit(īter regno supputato)an.30.uir in re militari admodū p̄stans.Qui & apud Henricū p̄dictum Cæsarē diu militiæ dux extitit.Cum quo etiā multa bella strēnue gessit.Qui inito principatu:coactis in unū p̄pere copiis in Italiā mox descēdit:& Romā uadēs:a Ioāne pontifice Romano imperatorio titulo fuit inunctus. Suscepta igitur imperii corona:mox lōgobardos rebellātes & per uaria nostræ italiæ loca:& maxime per Venetiam:atq; hemiliam passim & ubiq; dep̄dantes rep̄ssit:atq; cōtriuit:Indeq; Helliprandū Mediolanēsiū tū principē duxit.eo q̄ urbē suā & multas lōbardiæ urbes ab imperio discedere p̄curasset: ueniēs itaq; īperator hic cū ualido exercitu Mediolanū:ipsam urbē primū obsedit & suburbia omnia succendit:eo.l.aīo:ut urbē quoq; uniuersam sibi rebellem cōcremaret.Sed uirtute ac magnanimitate helyprādi uicecomitis:& hortatu Coloniēsis Archiepiscopi id ei suadentis obsidionē soluit:ac inde recessit.Cū ille intra missarū solēnia beatū Ambrosiū urbem & populū tuentē īspexisset.Discedens deinde ex italia in sclauos & ungaros statim duxit:atq; eos breui pdomuit. Quibus fœlicissime ex sentētia gestis.Nonnullas & qdē perutiles tulit leges:īter q̄s hæc una fuit.Vt q̄ cum princeps pacē infringere tēptasset:capitis pœna plecteref̄.Hac ratione motus lapoldū quēdā Germaniæ comitē acerrime p̄secutus est.Quod ab eo turbandi ocii & q̄etis ortū fuerat initium:q sibi cauens:cū uxore & liberis in solitudine aufugit:atq; ibidē p̄ timore diu dilatuit.Nūcios p̄terea misit:qui Græcis & Normanis de regno Apuliæ cōcertātibus:ab armis discedere imperarēt.Romanis quoq; excidiū interminatus est:si ulterius quemadmodum cœperant pontifices Romanos se ditionibus uexarent.Quo tandem mortis genere Conradus hic:uel ubi obierit:non inueni.

Ioannes Papa 155.

IOannes papa:eius nominis uigesimus:benedicto pontifici hoc anno suffectus: sedit annis nouē:& diebus nouem.Hic patria Ro.patre Gregorio portuensi episcopo natus nullis initiatus Sacramentis pōtificium munus suscepit.Quem postea Romani seditionibus & apertis præliis plurimum uexauere.Sed tandem Conradi Cæsaris potentia & auctoritate liberatus fuit.Cuius qdem uita mirifice ab omnibus laudata fuit. Eoq; mortuo: sedes uacauit dies octo. 1022

¶Mediolanensium principum initium.

¶Helyprandus

1013 ❡Helyprandus quidam Facii Angleriæ comarchi filius:hoc anno patre ipso rebus humanis exēpto:ex totius Senatus populiq; cōsensu Mediolanensium regni habenas suscipiens: regnauit annis triginta:uir qdē eo cōsilio:atq; uirtute insignitus:ut in toto Cisalpinæ galliæ urbē eidē par non reperiret.Qui cum maxime ī singulari certamine oblectaret:fortissimos etiā ꝓpugnatores sæpenumero deuincebat.Quē cū Conradus Augustus:post multa facinora ab eo strenue gesta:aliq̄do intuitus fuisset:ipsum īgenio dexteraq; plurimū ualere adiudicauit:& a Stephano supradicto panonū Rege aliquando īterrogatus:q̄lē fore helyprandū Mediolanēsem putaret:Vellē inqt:tā ferax scia rei militaris & uirtute corporis sæculū haberemus:ut aliquos elyprando nō ex iniuria ꝑferre possemus.Hic igit helyprādus:ut ex qbusdā habemus historiis:cū Mediolano multisq; aliis lōbardiæ urbibus imperaret:ac tū rei militaris sciētia:tumq; regni magnitudine aliis ꝑferret: effecit (ut ita dixerim)ut totius orbis reges in se uno oculos conuerterent:propter qd & Conradus Cæsar eidem bellū implacabile īdixit:eo q urbē ab imperii obediētia alienauerit.Et ꝓpterea egit: ut oēs cōfines Regulos in eū concitarent.Veniens itaq; Conradus Cæsar cū exercitu mediolanū:postq̄ diu urbē obsedisset:tandē Baueriū quēdā theutonicū necessarium suum miræ magnitudinis & fortitudinis uirū:quē q̄si achillē: aut Hectorē oēs elyprandi copias ꝓfugaturū existimabāt:cōtra hūc helyprandū ex Alemania accersiuit.Cum hoc uiro uastissimo:tandē helyprandus hic cōi decreto singulari certamine extra mediolanū certamen assumpsit:quē & post longa diraq; certamina helyprādus iste per medias pectoris crates pforauit.Quæ qdē uulnere:cū ex equo theutonicus decidisset:helyprandus cōfestim ipsum ruentē intercepit:ac suo proprio ipsum iugulauit gladio. Post cuius ruinā Conradus imperator:mox die secunda tristis factus:cū lachrymis e mediolanensium finibus cū oī exercitu abscessit.Soluta urbis obsidione helyprandus cōtra cōfines Regulos: quos cum Conrado sensisse nouit:arma mouit.Sed omnibus ueniam petētibus:ipse uerterat:aīo magno eos benigne suscepit:& deinceps cū īgēti sua gloria in pace qeuit.Tandē uero Conrado Cæsare mortuo:cū helyprandus cōtra henricū Imperatorē eius successorē in Germaniā profectus eēt febribus agitatus e uita migrauit.Quo mortuo cū maximis omnium lachrimis humatus est. Et pater patriæ appellatus est:quem matres:ut moris erat:per annum planxerunt.

❡Vicecomitum Angleriæ Genealogia.

❡Helyprandus itaq; prædictus Angleriæ comes:Mediolaniq; priceps(ut diximus) Faciū habuit patrem Angleriæ comarchū.Cui Facio(sicut quædā mediolanensium testant historiæ)pater fuit Oppizo:uir bellicæ artis peritissimus:qui sub Othone primo fœliciter militauit.Oppizoni autē pater fuit Atho:totius italiæ generalis imperator:hinc pater adibertus:qui fuit Berengarii: qui fuit hugonis:qui fuit Guidonis:cuius īmunera magnifice gesta apud clarissimos comperiunt scriptores: licet ad manus nostras non peruenerint.Hic satus a Bernardo angleriæ comarcho: patrē habuit. Desiderium regē:Desiderii aūt pater Astulphus rex:q fuit Rachis:q fuit peridei: qui fuit Gualuagni angleriæ comitis.Hi omnes:etsi prospere per se pugnauerint:tamen ab alienigenis multis cladibus afflicti fuerunt.

❡Angleria Oppidum Lombardiæ.

❡Agleriam autē nūc Castrū Olim ciuitatem fuisse cōstat:quod & a Mediolano longe miliario quadragesimo:in ripis urbani loci in altis montibu s:& in præruptis rupibus magna ex parte inaccessibilibus situm nemo dubitat.Quam quidem ciuitatem post Troianam cladem quidā Troianus princeps profugus nomine Anglus primo fundauit:& a se angleriam nominauit.Eam siquidem populosam & amplam aliquādo fuisse:ex eius ruinis coniici potest. Quam cum Sostri euertissent:postea nunq̄ coaluit.De qua Stephanardus quidam chronicus his uersibus ait.

Angleriæ uicinæ lacu munitur & arcis
Præsidium ligures hæc quam tenuere coloni.
Vrbs antiqua fuit antiquis diruta bellis.
Ipsa redacta solo:nūc pauco cōtenta colono.
Nobilitatis habens priscæ uestigia seruat.
Delubra q̄ reficit ꝓpe mœnia sparsa p agros:
Hostibus est ullis uix expugnabile castrum.

Eo itaq; loci adhuc castellum in tumulo positum est:quod nostris temporibus Doromei clarissimi Mediolanenses ciues multarum diuitiarum potentissimi summa cum diligentia custodiunt: cui adhuc subest Burgum non ignobile.

❡Angleriæ āt ipsius urbis reges:hi fuerūt:primo anglus ipsius cōditor:cui successit abida:deinde phisoch rex:post quē philus eius filius:q genuit puneciū regē:punecius aūt elimach.elimach uero albanicū:albanicus sememūdū:Sememūdus aūt aliū noīe albanicū:quo regnāte: Romulus urbē ro.cōdidit.Post uero albanicū ipsum regnauit ascanius:quo tpe Numa Pōpilius Romanis imperauit:Ascāius āt genuit Galeremūdū regē q Thusciā suo subiecit ipio:post quē Elimach secundus:q regnare cœpit īsubribus & Ethruscis:q genuit Rachim:Rachim uero genuit Belouesum regē:q multis armatus militibus:tāta uirtute cōtra hostes pugnauit:ut ad postremū totius ferme italiæ regno sit potitus.Quo mortuo:in regno eius filius noīe Brigninus successit:qui genuit Brunisedū:quiq; & ipse animi uirtute gallos Romanosq; cōgressus euasit uictor gloriosus. Brunisedus āt falarandū genuit.Falarandus uero Bridomariū.Et Bridomarius liciū genuit filiū:quo qdem tempore Pompeius & Iulius Cæsar ciuile gessere bellum:Sub hoc autem Regium Dyadema Angleriæ:ac Mediolanēsiu; cessauit:Vbertinus autē ex Angleriæ familia postea surrexit uir uiribus fortis

qui ingentem draconem apud Mediolanum populo spectãte claua solus interfecit:post quẽ qdẽ noĩe maximus apud mediolanũ magistratũ suscepit:maximus ãt genuit miloné athletam illustrẽ qui supra humanas uires fecisse dicitur. Crothonẽsi miloni psimilis: qui uidelicet Taurũ in olympico certamine ictu dexteræ occidisse dicit̃: & per Stadiũ in humeris suis sine fatigatione portasse: totumq; una die illũ manducasse:nec uereor dicere:illũ eũdẽ fuisse. De quo Valerius de mortibus non uulgaribus meminit:quod & Gellius noster noctium Atthicarũ lib.15.affirmat dicens ipsũ demum exitum habuisse miserandum:post quem eius filius Rolandus surrexit:uirtute & fortitudine patri æqualis:nec & ipse Rolando palatino inferior:qui apud angleriam oppidum suum arcẽ pugnacissimam extruxit:& puteum profundissimum effodit:qui nunc usq; Rolandi puteus nuncupatur:post hunc mediolanenses & angleriæ comites substitere usq; ad Gualuagnum angleriæ & Mediolani comitem. De quo in Genealogia huiusce familiæ pauloante diximus.

¶ Petrus uigesimus nonus Venetiarum Dux ex Gradenica gente familia nobili natus:hoc anno bonis omnium suffragiis dux creatus:ducauit annis.4. De quo nil memoria dignum habemus: nisi ꝙ quarto principatus sui anno seditione contra eum exorta e magistratu deiectus fuit:atq; cõstantinopolim missus:ibidem in quodam monasterio tanq̃ in carcere reclusus est. 1026 6226

¶ Vrsus autem patriarcha trigesimus Venetiarum dux:hoc anno petro prædicto e magistratu deiecto:uniuerso assentiente populo eidem surrogatus ducauit anno uno. Qui magistratu suscepto statim tumultus:& seditiones in urbe compescuit:& multa digna laude in repu.peregregie confecit. Verum tamen cum sciret neminem posse duobus dominis seruire urgente conscientia:post annum uniuerso astante Consilio & populo sua sponte se magistratu abdicauit. 1030 6229

¶ Henricus frãcorũ rex Roberti supioris regis filius:qui fuit Vgonis magni:hoc eodẽ ãno post patrẽ regnũ suscipiẽs:frãcis regnare ĩcipiẽs.30.annis regnauit. De isto aũt nil memoria dignũ habet̃.

¶ Dominicus urseolus primus supra trigesimũ uenetiaꝝ Dux:hoc anno patriarcha prædicto magistratu se abdicante:adeo hãc prĩcipatus dignitatẽ importune q̃siuit:ut nil ambitione:aut fraude ad id obtinendũ ꝑtermiserit:qđ ad eandẽ rẽ cõsequẽdã ꝑtinere arbitrabat̃. Vnde & his artibus etiã per arma Ducatũ tandẽ obtinuit. Eoq; modo Dux constitutus tumultuante populo tertia die timore perterritus:Rauennam confugit:ubi paulopost morbo contracto lugubrem uitam finiuit. 1031 6230

¶ Dominicus autẽ Gradenico.32. Venetiarũ Dux eo ipso anno:quasi euoluto: Vrseolo prædicto urbe & dignitate pulso:bonorũ omnium suffragiis dux & princeps creatus:ducauit annis decem & mensibus.4. Hic cũ susceptus fuisset princeps senex admodũ & quasi decrepitus habebat̃: erat nihilominus grauis & ingẽti sapientia illustratus. Qui magistratũ suscepto:omnium cõsensu: magnã Synodũ sua in urbe cõgregauit:in qua qdẽ constituit Ne quis deinceps Dux sibi consortem: aut successorem constituere præsumeret:aut ullo modo fieri permitteret. Videbat enim hic sapientissimus prĩceps iã unũ quẽq; factiosũ & ꝑ potẽtẽ:eo deuẽisse morbo:ut corruptis suffragiis tãtã dignitatẽ ĩ Senatu obtĩere uellet. Tãdẽ bõa senectute ꝯfectus:deficiẽs ĩ zachariæ tẽplo sepelitur. 6237

Benedictus Papa 156.

Benedictus papa eius noĩs nonus:natione tusculanus patre Alberico: benedicti octaui nepos:hoc anno Ioãni põtifici suffectus:sedit ãnis.10.mẽ.4.& diebus.9. Hũc Ro.tãq̃ ignauũ & nullius precii uirũ deiecerũt:eiusq; loco Ioannẽ Sabinũ episcopũ constituerunt: & Siluestrũ tertium appellauerunt. Quo post quadraginta nouem dies pulso:Benedictus hic denuo restituitur. Is autẽ post mensem & dies uiginti unũ:cũ cerneret se iterũ eadem discrimina subiturum:Ioanni archidiacono sancti Ioannis ad portã latinã: qui postea Gregorius sextus est appellatus:pontificium munus:uel uendidit uel permisit. Hanc ob rem Benedictus merito ab omnibus accusatus:& diuino iudicio pariter damnatus. Nam post mortem eius cuidam sancto heremita ipse Benedictus monstruosus ualde apparuit:a quo interrogatus. Cur tã horrendus & deformis uideretur. Quia in præsenti inquit sine lege ratione q; humana uixi. Ideoq; uolente deo:& beato Petro apostolo:cuius sedem omnibus probris inquinaui:imago mea plus feritatis & bestialitatis habere uidetur q̃ humanitatis. 1032 6231 6238

¶ Haimericus ungarorum Rex:Stephani regis sancti ex Gilla uxore filius: his temporibus cum aliq̃diu post patrem regnasset: adhuc una cum sponsa uxore sua uirgo existens:migrauit ad dominum. Qui postmodum propter ipsius frequentia miracula sanctus ab omnibus extimatus est.

¶ Gerardus patricius Venetus panonũ eps:uir utiq; bõus atq; doctissimus:hisdẽ ẽt tpibus martyrium ab hostibus christianæ religionis æquissimo pertulit animo. Nam ipsum sanctissimum pontificem:ipsi increduli comprehendentes:ad quendam currũ ligauere: atq; in monte altissimo educentes:ipsum in præceps dederunt:& ita turpiter laceratum interfecerunt. 6239

¶ Rodulphus ultimus burgundionũ rex:hoc anno:cũ multis annis regnasset:& plurimas suoꝝ seditiones cõpescuisset:nec quietẽ suo in regno nancisci posset. Cõradi Cæsa.fidei ꝯfisus:se & regnũ suum eidẽ subdidit. Quod plane regnũ cũ ipse imperator suo sub dominio acceptasset: illud in ꝓuincia redegit: & deinceps Burgũdia nõ regnũ uel titulũ regale:sed ĩpialis ꝓuincia appellata est. 1034 6233

¶ Burgundia itaq; regio:est Galliæ celticæ prouincia:quæ: ut præmissum est: in hodiernum usq; tempus sub regibus fuit. Atq; ita eo modo regia dignitate amissa: Ducatus titulum accepit. Cuius duces cæterorum christianorum duces facile antecellunt.

¶ Andreas

¶ Andreas āt Stephani ꝑdicti uiri sancti panonū regis secūdus filius: & ipe aliquot annis post hay
mericū fratrē regnasset: hoc anno Bebla eius fratre assentiēte Salonē filiū more Dauid regis regē
cōstituit: & aliquādiu uiuēte adhuc patre regnauit. Sed patre ipso Andrea defuncto. Salon a Lati-
slao Beblæ filio pulsus est: quē tamē Imperator post aliquantulū temporis in regnum restituit.
¶ Comitus alias Ciuitus anglorum rex: cum diu in anglia regnasset: & diuina opera eo in regno
plurima gessisset: hoc anno: uoti & religionis gratia Romam uenit. Vbi cum uoti sui compos effe
ctus esset: statim a pontifice maximo multis donatus muneribus suam in patriam rediit: & filiam
suam henrico Conradi Cæsaris filio in matrimonium locauit: qua locata statim mortem obiit.

¶ Viri doctrinis excellentes.

¶ Cāpanus natione lōbardus: doctor celeberrimus: philosophus & astronomus maximus: hac tē
pestate magno in precio existēs: nōnulla opuscula accuratissima edidit: quoꝝ lectio ecclesiaꝝ re-
ctoribus nō sunt spernēda. De qbus habent̃: hic infra notantur. De cōputo ecclesiastico opus ma
gnū & insigne: quod incipit. Rogauit me unus ex his. Item de compositione quadrantis. Incipit.
Scire debes ꝙ circulus: calēdarium quoq; lib.i. alia quoq; in astronomia composuit.
¶ Bruno herbipolensis epus conradi huius Cæsaris patruelis natione theutonicus: in diuinis scri-
pturis admodū studiosus: uita & cōuersatione sanctissimus: q ob meritoꝝ suoꝝ excellētā: sancto-
rū cathalogo fuit ascriptus. Hic īter cætera suæ disciplinæ opa: his tēporibus cōportauit: ex antiquo
rū patrū scriptis ī totū psalteriū pulchrā explanationē li.i. q incipit. Beatus uir qui non abiit.
¶ Guimundus auersanus archiepiscopus: antea monachus diui Benedicti & ipse hac tempest a-
te in diuinis scripturis plurimum effulsit: qui cum esset sæcularium litterarum ualde eruditus: & ip-
se scripsit contra Berengarium hereticum Thirronēsem: De corpore & sanguine christi libros tres.
Incipit primus sic. Ad rem his temporibus. Et quædam alia.
¶ Alphanus Cassinēsis Monachus: Salernitanusq; episcopus his tēporibus cū esset in diuinis scri-
pturis nobilissime doctus: philosophusq; ac Theologus maximæ opiniōis: scripsit q̄dā ꝓfundi Ser
monis opuscula: e qbus extāt. De unione uerbi dei & hominis li.i. De unione corporis & animæ
li.i. De quattuor humoribus corporis li.i. Atq; alia quædā magnæ eruditionis uolumina cōposuit.

6237 1038 HEnricus eius nominis secundus Cōradi prædicti cæsaris filius: siue ut alius placet gener Hēricus
sextus Germanorū imperator post patrē Cæsar & Augustus ab electoribus factus. Im secūdus
perauit annis.17. Qui imperio assumpto magnū cōparās exercitū: statim aduersus Ol
dericū boemoꝝ Regē dubio marte diu pugnauit. Sed altero anno certamine repetito.
Oldericū ipsum certamine superauit: & cōpræhendit: quē sibi tributarium factū: incolumē postea
dimisit: mouens deinde in ungaros iter se de regno discidētes: Salonē a Ladislao pulsum: in regnū
restituit: postmodū cū apud Romā multi pro pontificatu cōtenderēt: cū magno comitatu ad cō-
ponendā pacē Romā uenit: ubi Synodo cōgregata Benedictū nonū: Siluestrū tertium: & Grego
rū sextū pontificatu se abdicare coegit: & Fidegerū Bābergensem episcopū: qui clemens secūdus
dictus est: creauit pontificē: a quo etiā mox imperii Coronā accepit. Quo facto: Romanos ī uer
ba sua iurare cōpulit: ut de cætero pōtificū electioni se nequaquā interfuturos: nisi de mādato im-
peratoris id facere cogerent̃. Dispositis hoc modo rebus: Capuam proficiscēs multos milites secū
adduxit: qui saracenis regioni īfestis resisterent. Atq; in Germaniam regressus. Ibidē tēplū celeber
rimū in honorem beati Georgii martyris Bābergi condidit. Quod cū cuperet in cathedralē Eccle-
siā consecrari: annuente Benedicto pōtifice maximo: singulis annis ipsam ecclesiam daturā Ro.
pontifici cētum argēti marchas cū uno equo fallerato repromisit. quod quidem donū leo nonus
postea ab Imperatore accipiens: ipsi Bambergensi ecclesiæ tale tributū remisit: Vincētius gallus:
& martinus scriptores. De huius Henrici ortu miraculoso: diui nāq; ꝓmotione historiā admirabilē
īmo admiratiōe multa dignā cōposuere: q̄ si credimus: mirabilis ꝓfecto deus ī oībus opibus suis.

6238 1039 SIluester papa eius nominis tertius: natione Ro. patre Laurentio: in locū Benedicti ex- Silue-
pulsi hoc anno surrogatus: non nisi men. duobus sedit. Quia post id tēpus: suorum fa- ster
ctione restitutus fuit. Eo sic. pontificatū deuenerat: ut q plus largitionibus: aut ambitio Papa
ne ualeret: is talē gradum obtineret. Hic cum primum Sabinēsis cardinalis eēt: suis lar 157.
gitionibus contra Benedictum papam pontifex creatus fuit: sed quia non per hostiū in ouile ouiū
intrauerat: ideo ut fur & latro merito pulsus est: & Benedictus denuo restitutus. Ac sic omnia in tu
multu existentia: modo unum modo alium Romani appetebant.

6239 1040 GRegorius papa: eius nominis sextus: sedit in scismate annis duobus: & mensi.3. Hic au Gregori
tem in ecclesia sancti Ioannis ad portam latinam archidiaconus existens: pontifica- us
tum (ut dictum est) a Benedicto nono accepit: quamobrem Henricus Cæsar habita sy Papa
nodo: & Benedictum prædictum & Siluestrum: ac hunc Gregorium abdicare se pon- 158
tificatu coegit: & Clementē secundum pontificem creauit. Hunc tamen nonnulli uirum optimū
& bene de ecclesia dei meritū fuisse dicunt. Cū sedē apostolicā labefactatā sua uirtute animiq; ma
gnitudine restitueritt. Quia latrones hic īde debacchātes e medio sustulerit: & ecclesiæ dictionē re
cuperauit: prius tamē interdictis: & execrationibus admonitos: post ui & armis domitos: hāc obrē
a multis homicida & sanguinis humani effusor potentissimus habitus est. Necnon a cardinalibus

omnibus facinorosus prædicatus:propter quod in egritudine constitutus: qua & mortuus est: hic Gregorius cardinales omnes ad se uocauit:hosq̃ uerbis & rationibus castigans:id se iuste & charitatiue fecisse rettulit:qđ ipsi liuore iniqtatis crudelitatis fecisse repræhēdebant. Et ut me uerū dixisse sciatis ī qt:cū mortuus fuero:corpus meū añ fores ecclesiæ sistitote uestibus obseratas:Si portæ nutu diuino aperient:me dignū christiana sepultura cēsitote:sin aliter: corpus meū una cū aīa dānatū:quo uolueritis eiicitote.Mortuo itaq̃ pōtifice:cardinales mādata eius fecere: & stati coborto graui uēto:portæ aptæ sūt:corpusq̃ cū admiratiōe oīu3 & magnæ scītatis opiniōe īcolatū ē.

Clemēs Papa 159 — Clemens papa:eius nominis secundus Bambergen⁹ episcopus:syndegerus antea uocatus uiuentibus adhuc Gregorio:Siluestro:ac Benedicto pōtificibus: henrico Cæsare imperante ac iubente in synodo congregata:pontifex creatus sedit mēsibus.9.& diebus 7.nec post eum sedes uacauit:quia illo adhuc uiuente Damasus ī pōtificatu successit: quē tamen in augusto creatum.Romani ueneno e medio sustulerunt. 1041 6240

Damasus Papa 160 — Damasus papa eius nominis secundus:natione Bauarus:nullo populi cleriq̃ consensu pontificatum occupans:sedit tantum diebus.23.Adeo enim corruptela hæc inuoluerat:ut cuicūq̃ ambitioso liceret Petri sedē turpiter occupare:sed deus maliuolo & ambitioso uiro:ī exēplū cæterorū obstitit:qa tertio &.20.tyrānidis suæ die mortuus est. 1042 6241

¶Dominicus eius noīs q̃rtus trigesimusſecundus Venetiarū dux:ex nobili cōtarena familia natus;hoc anno inde mortui Dominici gradenici ducis loco suffectus:ducauit an.25.mē.9.Vir sane prudētissimus:ac suæ reipu.amator.Qui suscepto magistratu ex sanatus sui cōsilio: Gradū urbem nuper a Pepo patriarcha Aquileiensi auctoritate & cōsensu Benedicti pōtificis captā & spoliatam ac dirutā:eiusdē et pōtificis cōcessiōe maxīa īpēsa ipsa3 īstaurauit.Insup cū eēt admodū religiosus & pietatis amator:sua opa & īdustria Mōasteriū sancti Angeli itra urbē:& ī ꝓpinquo loco ī maris littore aliud Mōasteriū scī Nicolai de lido fundauit & erexit.Et ipo tādē plenus dierū:& opibus bonis sepeliri se fecit.Huius nanq̃ prudentia cōpertū fuit in toto magistratus sui tempore: nil contra senatum rēq̃ pu.suā molitū fuisse mali:sed omnia in pace:summaq̃ iusticia cōseruata fuisse.

Leo Papa 161 — Leo papa:eius noīs nonus natione alemanus post damasum papā:pōtifex factus:sedit an.tribus & mē.2.& diebus.6.Mortuo nāq̃ damaso pōtifice ꝑdicto:Romani ad Imperatorē usq̃ in Saxoniā misere:rogātes sibi pōtificē dari optimū:qbus Cæsar statim Bauonē epm tulēsem uirū doctissimū & bonū ac simplicē obtulit ac destinauit. Qui cū Romā ꝑ uesuntiū ciuitatē in pōtificali habitu peteret:qdā Cluniacensis Abbas & ildebrandus Monachus Sena ethrusca urbe oriūdus eidē forte obuiauerūt:& eū ueluti apostatā rephendentes dixerūt:ut papalia ornamēta oīno deponeret:uidelicet ab impatore potestatē nō habēte cōcessa: quorū iussa humiliter exequēs:in pegrini habitu īuitū Romā pduxerūt.Qui ad cardinaliū: cleriq̃ ac populi cōspectū pductus:se uelut īcautū accusauit:eo Imperatori ī hoc paruerit.Rogauitq̃ ne Petri sedē diutius uacare sineret.Clerus āt ildebrādo monacho suadēte ipsum Bauonē in pōtificē elegit:leonēq̃ nonū uocatū.Qui hoc mō pōtifex factus.Ildebrādū ipsum mōachū illico cardinalē dyaconū fecit.Fuit itaq̃ pōtifex hic:uit pietate:īnocētia:benignitate:gratia:& hospitalitate adeo insignis:ut eius domus semp peregrinis & paupibus patuerit. Qua ex re cōtigit: semel ante fores suas leprosum pauperē īuenite:quē ꝑ misericordia in lecto suo collocari ꝑcepit:māeq̃ facto nusq̃ pauperē īuentū fuisse.unde creditū ꝓ certo fuit:christū illū fuisse:q pauperis noīe eo in loco recubuit:in rebus ꝑterea ad religionē ptinētibus tāta diligētia usus est.Vt mādauerit Clericorū domicilia oīa iuxta tēpla cōstrui debere:ut habetur in canone.12.q.i.c.Necessaria.Tantæ deniq̃ auctoritatis & reuerentiæ fuit:ut præ cæteris pontificibus:suis admonitionibus Constantinopolitanū Imperatorem impulerit:sepulchrum domini a Barbaris iam septem & triginta annis dirutum restitueret.Hic igitur cum esset uir eruditissimus studiosusq̃:nonnulla edidit opuscula:in quibus eius eloquii uenustas & sententiarum sublimitas cōmendat.E quibus sunt ista: uidelicet: De extirpandis heresibus li.i.Ad constantinū monachum Imperatorem li.i.ad patriarcham cōstantinopolitanū li.i.Contra errores græcorum li.i.Ad episcopos Affricæ & ægypti li.i.Epistolarum ad diuersos librū unum:moriens deniq̃ multis claruit miraculis:& apud sanctum Petrum sepelitur. 1049 6248

¶Viri disciplinis excellentes.

¶Hugo cluniacensis abbas:homo sane ꝑter doctrinam genere:pietate:religione:clementiaq̃ īsignis:p hos tēpus in Odilionis abbatis loco substitutus:nōnulla pscripsit eruditiōe & laude digna.

¶Lafranchus lōbardus patria papiēsis eximius doctor:& Anselmi egregii Doctoris ꝑceptor: his tpibus ī Gallis īsignissimus fuit.Qui cū apud parisiū legēdo scribēdo: & disputādo clarissimus haberet:diuīo spū tractus, Scolis abrenūciauit:& ad ꝓpria remeauit:ubi rebus suis paupibus erogatis factus Mōachus(ut qdā aiunt)maxīa cū humilitate quoaduixit soli deo tāquā uerus xpi seruus militauit:hic reliqt post se īgēii sui monumēta egregia.De qbus reperiunt subiecta.Et prio.Opus īsigne ī oēs apostoli Pauli Epřas li.14.ī psalteriū cōmētarioꝝ li.i.Gesta Gulielmi comitis li.unū. Aduersus Berengariū turonensem hereticū insignē librū: qui Syntilariū nuncupatur: qui incipit lafrāchus misericordia dei catuariensis episcopus:Vnde uidetur quod fuerit archiepiscopus.

¶Berengarius autem doctor natione Gallus patria Turonensis andagauensis archidiaconus ꝑ

hæc tempora

hæc tēpora:cū diu apud multos sanctitate:doctrinaq; insignis clarusq; fuisset:ob doctrinæ suæ amplitudinē primo confusus:in Eucharistiæ sanctæ sacramento turpiter errauit. Et multorū animos ipso suo errore infecit:sed diuina postea illustratus gratia: & multorum doctissimorū uirorum cōmonitionibus & scriptis improbatus suum errorem publico in concilio Vercellis habito humiliter emendauit:ut habemus in Decretis De conse.di.2.c.Ego berengarius.Emendatione itaq; hoc modo facta statim studio Sophisticæ disciplinæ omisso:primo omnia sua paupibus errogata:sese paupertimum effecit:& reliquum uitæ suæ tempus sanctissime contriuit.

¶ Theobaldus etiam quidam nobilis francus:uir utiq; religiosissimus eisdem quoq; temporibus apud uicentinos italos & doctrina & uitæ sanctitate multo in precio habitus est: ac quadam opuscula composuit:quæ tamen uidere non merui.

¶ Hermanus contractus natione germanus Monachus diui Benedicti. Ingenii eminentissimi: uir hac tēpestate cum diuinis scripturis eruditissimus:exercitatusq; multum fuisset.Essetq; philosophus poeta astronomus rhetorq; ac musicus perfectissimus nulli sui temporis secundus:esset præterea trium linguarum:uidelicet latinæ græcæ & arabicæ sufficienter īstructus:scripsit oratione soluta & carmine plurima præclara uolumina:de quibus habentur subiecta.

De Musica	li.i.	De monacordo	li.i.	De sex ætatibus mundi	li.i.
De cōpositione astrolabii	li.3.	De utilitate astrolabii	li.i.	De Eclipsibus	li.i.
De computo	li.i.	De quadratura circuli.	li.i.	De ꝯflictu rythmiachiæ	li.i.
De phisonomia	li.i.				

Vitas plurimorū sanctorum li.i.Hymnos & uarias prosas scripsit: imo composuit dulci melodia diuersos cantus atq; in honorē beatissimæ uirginis Mariæ pulcherrimas ac plurimas edidit & decantauit laudes:quas inter illa celeberrima habeť: quæ Incipit Salue regina misericordiæ:& alma redemptoris mater:transtulit etiam nonnulla e Græco & arabico in latinum. Magni ac præclarissimi Comitis Sueui filius fuit. Cuius præclarissima laus hæc extitit: qđ destituto oī corpis roboř se totū tāq; generosi aī prīceps litteris sacris deuouit:atq; dedicauit:ī qbus assiduus maxīe ꝓfecit.Et bibliothecā oī generis librorꝫ mirabilē sibi construi fecit.

6249 1050 ¶ Gottifredus tertius apuliæ Cōes Tācredi normani filius hoc anno Diogone & hunfredo eius fratribus defunctis in apuliæ comitatu substitutus:multos annos regnauit:eo etiā anno eius consobrino noīe guaymaro Salerni principe:a suis interfecto:gisulphus surrogatus ē. Qui ambo paulo post beneuentū urbē Ro.pōtifici subiectā occupantes:magnū incendium suscitarunt:aduersus hos Leo pontifex auxilio Imperatoris ꝓfectus:cū ipsis congredi tēptauit:sed pontifex ipse ab ipsis prælio superatus:etiam cum aliquibus Cardinalibus captus est. Normani tamen capto pontifice sicut docuit:maxima in pontificē usi reuerentia:eū cū omnibus suis Romam cū honore remisere. Quam ob liberalitatem postmodum pontifex reuersus:sua auctoritate ipsis normanis eam gubernandam permisit:ac quæcūq; alia de italia tunc temporis tenebant. Quo facto Gothifredus uita functus bagelardum filium in ea reliquit hæredem.

1051 ¶ Cōciliū uercellēse hoc anno ī eadē uercellarꝫ Italiæ urbe leōis pōtificis iussu ꝯtra supradicti Beregarii errorē celebrať.In quo qdē cōcilio idē Berēgarius ādagauēsis archidiaconus cuiusdā ecclesiastici erroris auctor damnatus fuit:& postmodum(ut dictum est)illustratus optime uixit.

1053 ¶ Theodora uirgo græca mulier sane præclarissima.3oi.quondā Imperatricis uxoris Michaelis etheriachis Constantinopolitani Imperatoris soror:hoc anno Constantino monacho eius cognato atq; ipsius sorore imperatrice uita functis:ut erat mulier ingentis animi atq; uirtutis imperii dignitatē assumens:duobus annis illā prudentissime ac iustissime adminstrauit. Qua demum obeunte:Michael cognomento Nouitius per arma eidem suffectus est Imperator. Qui & ipse eodeꝫ anno ab Isautio Comiano ab Imperio deiectus:monachus efficitur: isautio item post quattuor annos per arma pulso Constantinus cognomine Dioclesim imperium occupauit.

6253 1054 VIctor papa eius noīs.2.natiōe alamanus e Bauaria regiōe oriūdus:hoc anno leoni pōtifici suffectus:sedit an.2.& mē.3.ac diebus.14.Hic oīum cōsensu pōtifex electus ac cōfirmatus:statī magnā Synodū florētiæ celebrauit:ī q̄ multos epos & ꝑlatos: tū Symoniæ:tū fornicatiōis cā notatos epatu & dignitatibus priuauit:ac clerū admōuit: qđ maxime ad se ptineret:pœna ꝓposita his qui leges canonicas īfringerenť:aut trāsgrederenť: tandem ad extremā horā ueniens ibidē uidelicet florētiæ in dn̄o obdormiuit: & post sedes uacauit dies.ii. Victor Papa 162.

6254 1055 ¶ Othus Angleriæ comes: Mediolaniq; prīceps unicus helyprādi gnatus:hoc anno patre defuncto:adolescēs ī regnū succedēs:regnauit an.55.Qui paternæ nō īmemor uirtutis īter primos illius suæ ætatis adolescētes effloruit.Erat īter cætera maximi īgēii adolescēs maximaq; rerꝫ gerēdaruꝫ sapiētia:ad pacē qdē & ad bella ꝯtractāda idoneus:& potissimū ad litterarū studia īsignitus.Sceptro itaq; p̄mo suscepto oībus uno aīo eē cœpit:ac diuites & egenos uno ordine habuit:& cū christiāissimus habereť: Alexādrū pōti.maximū natiōe Mediolanēseꝫ maxīo ī honore atq; tutella suscepit.Cuius qdē potētia Cadoli adulterini pōtificis exercitus primo ꝓfligatus fuit: inde eius uirtus ubiq; diuulgata & cognita:galliarꝫ principes cū pro terræ sanctæ recuperādæ Synodū apud claromontē cōgregare deberēt:ad hūc othonē etiā litteras dederunt: ut & ipse tāto apparatui auxilio adesse dignaretur.Qui & pōtifici Roma.imprimis aliisq; regibus & principibus libentissimo

annuit animo:hierosolymā tandē cū reliquis ad bellū profectus:uniuersam iudæā atq; Samariā;
breui tēporis spacio christiani cōquisiuere:dūq; urbē hierosolymā obsiderent:& circa eandē cū reliquis christicolis othus cū suis hyemaret.Quidā princeps transiordanē nomine uolux uiso othone:ut erat audacissimus:p interpretē hūc othonē ad singulare certamē & cōflictus inuitauit.Quæ
res ab eo exorata facillimū ꝓmeruit uotū.Atq; ita sextā post diē ambo armati ad duelū ꝓcesserūt.
Eo.n.tēpore othus hic.p īsigne septē in scuto coronas gestabat insculptas:uolux uero aliter ornabatur:Ex eius nāq; cono uipera ænea surgebat mitis inuoluta atq; implicata spiris:quæ infantē excoriatū adusq; costas deuorare uidebat̄ humeritiū & brachia extabant:& bipatēti ore pene uociferare uidebatur.Cum his igitur īsignibus ambo in pugnam processere.Et primo quidem occursu cū
Othus uolucem lācea ex equo præcipitem dedisset:statim eleuata claua:adeo illi caput cōfregit:
ut cerebrū totū p solū spargeret̄:Quo quidem mortuo Othus illi galeā exuit:& eius spolia uniuersa pro triumpho reportauit.Deniq; cū Mediolanum cū gloria redisset:illud insigne Christo domino nr̄o in tēplū obtulit.Atq; ita sibi successoribusq; suis:eā uiperam pro singulari insigne perpetuo
portandā delegit:quā usq; in hodiernū diē Mediolanenses principes & reliq uicecomites gestare 6156
cernunt̄.Tandē uero ab hyerosolimis reuersus:dum Impatoriæ res fluctuarēt:et Mediolanēsiu;
rex aliquātulū perturbari cœperūt.Quas qdē cū q̄ lancea sedasset a suis excitatus:magno exercitu
coacto in Germaniā cōtra duos Impatoꝶ exercitus cōmigrare ꝓposuit.S; re nūdū cœpta īmatura morte sublatus ē.Ac cū ingēti totius populi luctu & mœrore in diuæ Mariæ tēplo sepultus fuit:
hic cum Luciam genere franceam duxisset uxorem:ex ea Andream solum genuit filium.
¶ Egeluotus Cantuariensis episcopus sapiētissimus atq; doctissimus uir his temporibus:cū apud 6157
Cinitonē anglorum regē magno haberetur in ꝑcio:in anglia diē obiit:& multis signis atq; uirtutibus clarus effulsit.Hic doctissimus uir cū diui Aurelii Augustini deuotissimus haberetur:aliquādo
e Ro.in Angliā rediens teste uincētio gallo li.historiarū suaꝶ.26.apud Papiam unū ex Brachiis ip
sius diui Aurelii Augustini cētū talētis argēti & talēto auri emit:& in angliam secū magna cū reuerentia pduxit:illudq; in ciuitate uēturia collocauit.Huius etiā monitu & suasione(ut iam ꝑdictum 6158
est)Cinitus supradictus Anglorū Rex multa Monasteria Construxit:ac multas ecclesias & erexit
& instaurauit:qui cū beatissimæ uirginis Mariæ deuotissimus haberet̄:multa in eius laudem edidit monumēta:atq; alia plurima composuit memoratu digna.Ex quibus inter cætera extat Epistolarum liber pulcherrimus.In quarum una gratias agit ipsi Cinitoni regi:quod largitatis eius uiscera in impensis ecclesiæ Carnotensis effuderit.

Hēricus tertius

HEnricus eius nominis tertius Hērici ꝑdicti filius septimus Germanorū imperator hoc 1057 6156
anno patre eius defuncto:licet Adolescens ab electoribus Cæsar & Augustus electus:
imperauit annis.48.Vir in bono leuis:in mala uero pertinax:qui suscepto imperio factus elatior:deum immortalē spreuit:ac religionē christianā cōtēnere cœpit.Et a patriis moribus oīo auersus factus Calcē & cornua cōtra dei ecclesiā superbe nimiūq; erexit.Quāobrē Stephanus papa & reliq sui tēporis per successionē pontifices Ro.eū hereticū pronūciarūt:ea
maxime de causa:quod summorū pōtificū auctoritatē potentiamq; semper diminuere subuertereq; statuisset:hic cū a Nicolao secūdo papa:una cum Agnete uxore sua imperii coronā accepisset:toto sui pōtificatus tēpore:ob beneficiū acceptum nihil cōtra ecclesiā Ro.moliri tēptauit.Sed
Nicolao defuncto cōtra Alexādrū secūdū Scismata suscitauit plurima:& Cadolum parmensem
episcopū(uxore eius Agnete reclamāte)pontificē creauit:cuius rei causa multa scādala:multæq;
cædes hinc inde exortæ sunt.Cognito autem postmodū errore suo apud Mantuā urbē Henricus
ipse ueniā supplex expostulauit & obtinuit:Alexādro nāq; pōtifice defuncto.Gregorius eius loco
suffectus:hunc eundē Henricū admonuit:ne deinceps ecclesiastica beneficia per Symoniā alicui
cōmitteret:cuius sanis admonitionibus nō modo nō obtēperauit:ueꝶ etiā Agnetē Imperatricem
bene admonentē ab administratione prorsus depulit:Quæ Ro.profecta nō diu dolore animi superuixit.Tū uero Grego.tātam nō ferens iniuriā:Henricū ipsum omni regia administratiōe & dignitate priuatū anathemate notauit:cognita itaq; Gregorii pontificis censura.Henricus hic per literas ueniā supplex ꝑcatur.Cuius ꝑcibus permotus pontifex canossum agri Regiensis oppidū:ad
Mathildā comitissam:ex ciuitate Vercellarū cōcessit:illic igit̄ Henricus Imperator cū oībus copiis
suis propere properans:deposito Imperiali ornamēto nudis pedibus super glaciē per triduū ueniā
precari non destitit:cui demū pōtifex ipse Mathildi comitissę & adelay sabaudiensis comarchi interuentu pro uenia præstitit:& absolutionis beneficiū eidē concessit:pace itaq; iureiurādo firmata
Imperator Papiā uersus iter arripuit.Vbi paulopost pacis fœdera abrumpens rebus nouis studere
cœpit:& quorūdā episcoporum seditionibus cōcitatus Grego.pontificē denuo deponere studuit:
qbus fatuitatibus alamani principes īdignati:statim post habito isto Henrico Rodulphū Saxōiæ
regē ipsius Henrici ducem uirum utiq; modestissimum Imperatorē creant:qui coactus humiliter
Imperii gubernacula suscepit.Qua ex re indignatus Henricus multos:tum sæculares:tumq; ecclesiasticos uiros interfecit:& habito episcoporū male sentientiū conuentu:gibertum quendā olim
Rauennatē archiepiscopum cōtra Grego.pontificē creat:eumq; clementē appellat.Rodulphus
autem apud Saxoniam exercitu cōparato in eum duxit:& maximo commisso prælio Henricus
superatur:

superatur: qua quidem clade adeo perterritus fuit: ut per decem & septem dies uix inueniri potuerit: quo q̄dē in tēpore germani Henricū eius filiū eiusdē nōis q̄rtū in eius locū suffecerūt. Qui simul postea in unū copiis iūctis: in Italiā uenerūt: & Clemētē scismaticū secū adduxerūt: & Romā simul hostili aīo ītrauerūt: ubi ꝓfanata Petri basilica: & demolito porticu ipsius basilicæ Grego. pōtificē in hadriani mole aliq̄diu obsiderūt. Sed cū ferre oppugnationē pōtifex nō posset: ad Guiscardū apuliæ Ducē ꝓ auxilio misit. Qui cō citus: magno cū īpetu Romā uenit: quo aduētu Henricus pauefactus statī ī Germaniā cū suo clemēte adulterino cōfugit: ubi sinistro marte cū Saxōibus & Rodulpho pugnās: q̄ttuor militū milia uno prælio amisit: q̄bus incōmodis ecclesiā dei ꝑturbare destitit: uerū pniciosissimus homo nō destitit: multos Germāiæ Italiæq̧ principes ꝑliis lacessere: ut eos sācta hierosolymorū auerteret expeditiōe. Tādē uero malorū suorū pœnas debitas luit. Quia eius iunior filius: excandescēs maximisq̧ probris & ꝑliis ipsum afficiēs apud leodum urbem cum prælio superauit & profligauit: qua iniuria & damno confractus cum mœrore uitam exegit lugubrem: ac demum cum dedecore multo uitam exalauit: spiræ sepultus.

6256 1057 STephanus papa eius nomiuis .9. natiōe lothoringus cassinēsis abbas Federicus antea uocatus eo ipso anno: quo & Hēricus Cæsar post Gregoriū pōtificatum adeptus sedit mē. 4. Qui statim ubi pontificatuȝ iniit: curauit ut Mediolanēsiuȝ ecclesia quæ a Ro. ducentis ferme annis se subtraxerat: prima inter alias eam maiorem superioremq̧ cognosceret: quæ etiam nunc usq̧ maxima cum obedientia perseuerat: eo itaq̧ ipso anno florentia defuncto in cathedrali ecclesia ibidem sepelitur. Stephanus Papa 163.

6257 1058 BEnedictus papa eius nominis decimus natione Campanus ualetrensis eṗs hoc anno quorūdā nobiliū factione clero dissentiente Stephano pontifici suffectus sedit mē. 8. & diebus. 20. Et quoniā nō per ostiū: sed per uim: & largitionibus intrauerat: ab ildebrando monacho pontificatu deiicitur: quo pudore ductus statim uiletras exulatum prexit. Benedictus Papa 164.

6258 1059 NIcolaus papa eius nōis secūdus natiōe Sabaudiēsis Gerardus antea uocatus florētius eṗus: uir oī uita ꝓbatus: abrogato Benedicto nō legiptime creato Senas pp bōæ eius uitæ famā a cardinalibus eṗisq̧ canonice electus: sedit an. 3. men. 6. & diebus. 25. Qui pōtificatu suscepto: statī Sutriū cōcessit: atq̧ ibidē cōcilio hīto benedictū ṗdictū pōtificatu se abdicare coegit: Inde Ro. ꝓficiscens aliud apud lateranū cōciliū habuit: in quo uir prudēs formam pontificū Ro. a cardinalibus eligendorum instituit: sic habemus in decretis di. 23. c. in nomine domini. In eodem quoq̧ concilio reuocatum ab errore Berengarium prædictum fuisse ferunt. Henricum autem tertium ibidem imperatorem & Augustum ipse declarauit. Imperiiq̧ corona insigniuit. Moriens deniq̧ cessauit papatus dies. 12. Nicola9 Papa 165.

¶ Bonifacius illustrissimæ Mathildis comitissæ pater. Vir q̄dē nobilissimus atq̧ sapientissimus: ac multaꝝ diuitiaꝝ potētissimus hoc anno apud Mātuā lōbardiæ urbē suā: uita excedēs maxīa cum funeris pōpa ibidē sepelit̄. Hic igit̄ e Lucha ethrusca urbe oriūdus extitit: q pp īgētes eius in oī genere uirtutes atq̧ diuitias beatricē Hērici secūdi Imperatoris sororē hr̄e ꝓmeruit uxorē: ꝑ q̄ ēt multas ciuitates obtinuit: & eas quoaduixit cū īgēti moderatiōe gubernauit. Sed eo mortuo (ut ꝑfert̄) Beatrix eius cōiūx illustris fœmina magistratū ipsius Mātuæ: Ferrariæq̧ ac canussii oppidi q̄ndecī annis pacifice tenuit: in q̄bus eius unicā filiā noīe Mathildim uitæ sanctæ q̄ secūdū ṗceptū dn̄i cū eruditiōe bonaꝝ litteraꝝ illustrē effecit: atq̧ īsignis moribus & ṗclarissimis uirtutibus educauit. Hic nāq̧ cordata christianissimaq̧ fœmina īter alia suarū uirtutū monumēta duo in Italia fundauit: erexitq̧ monasteria: uidelicet frixonariæ in agro lucēsi: & aliud Canusinum in rogiēsi agro: & istud quidem celeberrimum: quibus & ṗdia atq̧ donaria cōtulit plurima: Demū & ipsum post multa bona opera egregie confecta apud Pisas infirmitate correpta decimaoctaua aprilis die plena operibus bonis ibidem in domino obdormiuit: ubi & sepulta fuit.

¶ Robertus normanus cognomēto guiscardus: hoc anno gotthifredo eius fratre defuncto cui iā diu Robertus hic frater calabriæ & Apuliæ comitatum spōte cesserat ægre ferens q̄d gotthifredus Begelardū filiū ipsius comitatus hæredē īstituisset: pulso begelardo nepote calabriā & Apuliam de nuo occupat. Troia adeicta: q̄ Ro. pōtificibus parere cōsueuerat. Quāobrē idignatus pōtifex ro. nōnihil roberto huic succēsuit: uerū cū postea Nicolaus pōtifex a capitaneis quos nr̄is tpibus Romani Barones appellāt: agitatus Robertū hūc ad Aq̄lā urbē in colloquiū accersiuit: & tandē pace cōposita Robertū hic Beneuentū & Troiā ac cætera quæq̧: q̄ Iuriū ecclesiæ tenebat: placide restituit: q̄ urbanitate cōmotus papa: statim terræ apuliæ & omniū q̄ aq̄sierat & possidebat: sub Ducatus titulo ipsum legiptimū hæredem & possessorem instituit. Quo facto Robertus in capitaneos proceres Romanos ducens: eos tādem omnes domitos pōtifici Ro. parere cōpulit: pauloq̧ post idem Robertus ecclesiæ Ro. uectigal factus: auctus aīo gulielmū fratrē apuliæ ṗficiens: ipse in calabros iterū duxit: ac sic breui tpe una cū fratribus totā reatinā terrā: q̄ nūc Aprutii regio nuncupatur: obtinuit: & eā gonfredo fratri gubernādā tradidit. Indeq̧ reuersus calabros brutiosq̧ ac oīa q̄ ī ipso regno erant in suā frattumq̧ potestatem redegit. Et tunc primum robertus hic calabriæ & apuliæ frattum consensu rex se appellare fecit. Et ita pluribus annis regnauit.

1059 ¶ Alexius constantinopolitanus imperator: hoc anno patre eius romano diogene cognominato

defuncto:in imperio paterno succedens:imperauit annis.15. Cuius tempore propter prædecessorũ negligentiam:eorum imperium adeo a saracenis imminutum est. Vt uix thraciã:gallatiam: pontum:thessaliam:macedoniam:& achayam prouincias retinere posset:quin ex ipsis prouinciis: nũc mauri:nunc saraceni aliquid quottidie sibi subriperent.

¶ Ludouicus Henrici francorum regis filius:hoc anno patre adhuc uiuente francis regnare cœpit:& regnauit annis.14. 1060

¶ Monstrũ seu portentũ fœminei sexus:hoc anno:in Britãnico pago:teste Vincẽtio gallo li.26. nascitur:& ad maturam usq; ætatẽ pducit. Duo:uidelicet habẽs capita:& q̃ttuor brachia:cæteraq; gemina:usq; ad umbilicũ. Inferius uero oĩa singularia:comedebat:uidebat:loq̃bat:una flebat & ridebat:altera tacebat:ore gemino mãducabat:sed uno meatu digerebat. Tãdem una defuncta: altera pene triẽnio supuixit:mortuã portãs:donec & molis põdere & fœtore cadaueris defecerit.

Alexander Papa 166. ALexander papa eius noĩs secũdus:natione Mediolanẽsis:lucẽsis primo epus:& Anselmus antea uocatus:hoc anno:pp nimiã eius humanitatẽ & humilitatẽ atq; cõsumatã; doctrinã absens:Nicolao põtifici surrogatus:sedit.ii.an.&.mẽsibus sex. Qui põtificatu suscepto:statim Romã prexit:sed cæteri lõgobardi epi qdã Giberto parmẽse epo annuente:in unũ cõgregati ĩdignũ eẽ dicẽtes:aliunde q̃ ex lõbardia põtificẽ eligẽdũ eẽ: Ab Henrico imperatore obtinuerũt.(Agnete uxore dissentiẽte)ut papã eligerẽt:quẽ uellent. Illi aũt cõcilio coacto cadolũ parmẽsem Antipapã delegerũt. Cui statim oẽs lõgobardi pter Mathildim comitissam & uirũ eius obedientiã pstiterunt. Qui cadolus a capitaneis Ro. uocatus:in pratis Neronis descẽdit. Vbi & bis cõtra Alexãdrũ armata manu pugnauit. Vñ & multi ex utroq; exercitu cecidere. Irrũpente uero othone Mediolanẽsiũ principe:& Gotthifredo normano:ac aliis compluribus:cadoli exercitus superaẽ. Tãdẽ Hẽrico impatore intercedente. Cõciliũ Mãtuæ ĩdicit. In q̃ qdẽ scismate cõposito. Alexãder cõfirmaẽ:& Carolo ueniã petenti ignoscit. Vbi ẽt multa ad ecclesiæ utilitatẽ: Gratiano testante cõstituta sunt. Et prio neqs oĩno missam sacerdotis cõcubinarii audire psumat: ut habeẽ in canone di.32.c.ptor:& distin.81.c.Siqs mõ. Voluit tamẽ:ut psbyterorũ filii auctoritate apostolica initiari possent:ut.56.distin.c.Apostolica auctoritate. Statuit quoq;:ut clerici & sacerdotes a Symoniaco sciẽter initiati:oĩno deponi debere:ut pria q̃stione prima cap. De cætero. Vetuit itẽ Monachis ĩtra claustra existentibus:Clericorũ officia admitti debere: ut sextadecima q̃stione pria cap. Iuxta calcidonense. Vetuit ĩsuper clericis oĩbus a layco ecclesiastica beneficia obtinere: sextadecima q̃stione septima cap.p laycos. Statuit quoq; ne qs excõmunicatus aliũ excõmunicare psumat:quartadecima q̃stione prima capitulo. Audiuimus. Cõpletoq; cõcilio e Mãtua Romã proficiscens:dum Luca iter faceret:maiorẽ urbis ecclesiam beato Martino dicatã:cuius episcopus ipse fuerat:sacris solẽnibus adhibitis consecrauit:ac eius canonicos ob beniuolentiæ magnæ inditiũ: speciali priuilegio mitra pastorali insignitos reddidit. Multis etiam priuilegiis:ut ex eorum annalibus habetur.ipsam ciuitatem insigniuit. Tandem Romam profectus:haud multo post super uixit. Mortuus deniq; in lateranensi ecclesia sepelitur. 1062 6262

¶ Ingẽs fames & lugubris pestis:hoc anno teste Vicẽtio gallo li.uigesimosexto p totũ mũdũ fuit.

¶ Dominicus Siluius eius noĩs q̃ntus trigesimus q̃rtus Venetiarũ Dux:hoc anno:ĩdemortui Dominici cõtareni ducis loco: oĩum bonorũ cõsensu dux creatus: ducauit an.13. & mensibus.5. Hic præ cæteris Venetis prĩcipibus honorabilior & illustrior extitit. Et ppterea Nicephorus græcus imperator magnanimus:q Michaelẽ & Andronicũ eius filiũ ab imperio deiecerat:Sororem suã speciosissimã eidẽ uxorem dedit. Cuius q̃dem ĩtuitu hic Dominicus princeps cõtra rogeriũ apuliæ & calabriæ ducem Dyrachiũ imperii iuris ciuitatem obsidentẽ;:nõ modicã classem auxiliarem trãsmisit. Ab cuius obsidione impator ipsum rogeriũ depulit:magno illato acceptoq; damno. Et eam ob rem male gestã. Dominicus hic a populo magistratu priuatus est. De huius igiẽ speciosissimæ ac elegãtissimæ uxoris delitiis multa ac multa referunẽ memoriæ digna:Refert nãq; Petrus Damiani & Vincẽtius gallus lib. uigesimosexto:q tã delitiosa tanq; uoluptuosa mulier erat: q dictu audituq; ĩcredibile uideaẽ. In primis.n.hæc delitiosa fœmina cõmunibus aq̃s se abluere dedignabaẽ:sed eius serui suo iussu quottidie cælestẽ rorẽ magno cũ labore colligebant:& ex ea artificiosa balnea cõficiebant. Cibos ĩsup suos nullo mõ tãgere uolebat:sed ipsos ab Ethnicis minutissimos in frustra ĩcidi mãdabat:ac sic illos fistulis aureis absordebat. Cubiculũ eius:& alia quæq; uestimẽta cũ toto corpore oĩbus aromatibus & Timiamatibus redolebãt:adeo ut Salomonis delitias superarent:quã tãdẽ diuinũ iudiciũ(& qdẽ iuste)ita percussit: ut adhuc uiuens toto corpore tã tetro fœtore cõputrescere cœperit:ut nõ solũ eius cubiculũ:sed & totã aulã ĩcredibili:immo ĩtollerabili fœtore ita cõpleuerit:ut nullus seruientium fœtorem ipsius tollerare posset. Nõ seruus: non ancilla cuiuscunq; conditionis foret apud eam substitere posset. Et uix tandem uilissima ancilla inuenta fuit:quæ eidem ministrare potuerit:& illa etiam non sine specierum redolentium auxilio:apud eam remanere potuit:Diutius itaq; ipsa misera hoc langore decocta:miserabiliterq; cruciata:amicis quibusq; lætantibus:miseram tandem exalauit animam:Hæc ille:ut supra. 1065 6264 / 1068 6267

Nota de muliere deliciosa nimiũ

¶ Ordo uallis umbrosæ hic initium suscipit.

¶ Ioannes gualbertus patria florentinus:monachusq̃dẽ deuotissimus. Religiõis uallis umbrosæ ordinator 1070 6269

ordinator & princeps: hoc anno miraculis plurimis clarus: cælestia regna petiuit. Quā ob causam paulopost Gregorius huius nōis septimus pōtifex: Eū in sanctorū cōfessorū numero merito retu lit. Hic itaq; uir sanctus: patre Gualberto ciue florentino natus: hac de cā (ut ex eius habet historia) ad monasticā religionē se cōtulit. Cū inimicitias aliqdo aduersus finitimos gereret: q fratrē suū crudelē in modū obtruncarent: die qdā ex agro florentiā rediēs armatorū multorū manu stipatus opportune in eū q fratrē īterfecerat: nō pcul a monasterio diui Meniati montani īcidit. Qui cū se circūuentū uideret: nec ulla salutis spes sibi pponeret. Ad huius Ioānis Gualberti pedes humiliter procidit: supplexq; p Iesum xpū crucifixū postulās sibi ueniā cōdonari: & fraternæ cædis culpam ignosci. Quibus pcibus pmotus Ioānes oē illud qd susceperat: odiū de fratris nece cōfestim īfregit: & culpā oēm cōdonauit. Nec eo cōtētus: sed cū uterq; ī diui Meniati tēplo ante crucifixi effigiem cōstitutus: ipsum inimicū Ioānes hic obtulit: & xpi dñi nrī exēplo doctus: crimen oē eidē remisit. Quæ res quā deo grata quāq; accepta fuerit: miraculo īcredibili cōprobauit. Nā illico cūctis q ibi aderāt cernētib⁹. Ea crucifixi imago motu capitis illud cōprobasse uisa ē. Quod qdē posteris p ce lebenimo miraculo: ea crucifixi imago seu effigies usq; in hoc tpus demōstrat. Talis itaq; miracu li monumēto uir sanctus pmotus: statim se religiōi cōtulit: & ut Eremita in ea appēnini parte: quæ umbrosa uallis dicit: secessit. Vbi & uitæ sanctitate dei summi in se gratiā exptus ē. Atq; ita illius sa cri ordinis uallis umbrosæ illis in locis: tēplū & Cenobiū posuit. A quo postea multa alia loca nomē & originē traxere. Quæ qdem sancta religio grisei coloris induta: quantis floruerit uiris digni tate episcopali & sanctitate ac scientia clarissimis infra suis in locis dicemus. Ipsam enim religionem plurimi pontifices Ro. infinitis priuilegiis & gratiis honestauerunt.

¶ Viri doctrinis excellentes.

tinuisset:militibus suis in prædã dedit.Qua capta & spoliata celeri gressu Romã cõtendit:igressusq; urbem & ex more põtifice salutato.Ab eodem iperii coronã apud sanctũ petrum accepit.Verũ dum põtifex Hadrianus ipsum icoronare statuisset:neq́d tumultus excitareť.Leoninæ urbis portas claudi fecit.Ex quo pp̄lus Ro.idignatione cõmotus:ui per Hadriani põtem in uaticanum erupit:ac iperatoris familiã inuasit:& multos uulnerauit:in quos mox ultio ab exercitu iperatoris facta est.Multos enim romanoꝝ:aut cædit:aut captiuauit:sed iperator põtificis p̄cibus delinitus:cõfestim captiuos icolumes dimisit:nec ita multo post dum in germaniã rediret.Cremonã Cisalpinæ galliæ ciuitatem obsedit:& eã multis icursionibus afflixit:ac lacerauit.Mortuo deinde hadriano põtifice:successori eius admodũ aduersari cœpit.Vnde &.4.pontifices scismaticos ꝯtra eũ successiue creare fecit:quo & q̄dem seditiõibus & perturbatiõibus ecclesia Ro.fere collapsa est:quibus iniuriis ꝑmotus Alexãder pontifi.Federicũ ipsum & duos scismaticos pontifices Anathematis uinculo colligauit.Quãobrem Federicus oẽm ecclesiæ dictionẽ(pulso Alexã.)occupauit:& cum multæ eidem ciuitates resisterent:spoletum urbẽ & oẽm fere cisalpinam uastauit.Sed dum in põtificẽ nimiũ exardesceret & crudesceret:& quãmaxĩe in lõbardia ihũaniter iperaret.Gualuagnus angleriæ comes:ac tunc Mediolani prĩceps adiuuantibus sociis ciuitatibus eius copias ita frequẽtibus præliis attriuit:ut cũ pontifice Ro.pacis fœdera libenter inire coactus sit:& maxime q̄ otho eius filius a Sabastiano Venetiaruꝫ prĩcipe captiuus tenebatur.Eas ob res Federicus Venetias ad Alexan.ponti.humiliter accessit.Et ibidem deposito iperiali uestimento in ianuis basilicæ btĩ Marci populo uniuerso astante & spectante humi se ꝓstrauit:& ueniã eidem suppliciter expostulauit.Qui suscepta pœnitentia:& itegra obedientia ꝓmissa:iureiurãdo pacẽ perpetuã firmauerunt:atq; ita Venetoꝝ opa Federicus hic absolutionis b̄n̄ficiũ impetrauit:& ecclesiæ Ro.reconciliatus fuit.His ex s̄nĩa bene gestis:federicus magno sibi exercitu cõparato:pro Syriaca expeditione sumpsit.Et per ungariã iter faciens:tandẽ Constãtinopolim ꝑuenit:ubi Isaach græcũ iperantẽ offendit:qui federici potentiã ueritus traiicere bosphoꝝ hortatus est.Trãsmissis itaq; copiis:federicus p̄rĩo philomenã urbẽ de turcis accepit:ac Iconii agrũ uastauit.Indeq; cũ multas barbaris cædes dedisset:tãdem armeniã minorẽ totã occupauit:& in suã potestatẽ redegit:ibidẽq; ꝯstitutus:dum aliq̃n rapidum amne lauãdi cã iexplorato ingressus fuisset:ab aquis mox suffocať.Cuius funus tãdẽ a filio reptũ Tyrũ perduciť:atq; ibidem cũ magno oĩum luctu sepelitur.Quo mortuo filius eius exercitum in Anthiochenũ agrum perduxit:ubi & partim morbo:partimq; fuga:tãdem cõsumptus est.Fuerat.n.federicus hic magnanimus:largus:strẽnuusq; atq; facundus:ac in oĩbus semp gloriosus:de cuius gestis multo plura infra dicemus.

¶ Vitalis Michael primus & quadragesimus Venetiarum dux:mauroceno duci hoc ãno suffectus: 1154 6353
sedit annis.17.De isto nihil memoriæ dignũ habemus:nisi q cũ regnasset annis.17.ob eius impru
dentiam apud paleæ pontem:anno ætatis suæ.70.a ppřo obtrũcatus fuit:eo q classem peste infe
ctam in urbe ĩtroduxisset.Eoq mortuo corpus eius apud sanctum Zachariã sepultum fuit.

¶ Gualuagnus aũt Angleriæ comes:Mediolaniq princeps:unicus Andreæ principis filius:hoc an 1155 6354
no patri in regnũ succedẽs:regnauit annis.27.Vir certe inclitus & celebri laude dignus:qui ab parẽ
tis sui æquitate minime exorbitauit:pter hoc:q bellũ pace semper carius habuit.Dixit enĩ se nunq̃
cursum a ctuum:nisi si aut in hostes rueret:aut fugientes ĩsequeret.Quod bñ pře mortuo ostendit.
Quia de nihilo aliud q̃ de bello gerendo meditabat.Vnde prĩcipatu inito:primo suo cõgressu in
laudenses mouit:qbus supatis & pfligatis ẽt papienses sibi infensos plurimũ lacerauit:ac Cremo-
nenses pari mulcta affecit:post modũ contra Comenses:qui pdictis ciuitatibus p fidia tulerãt:ppe
rauit:& eorum ciuitatem pturbauit.Deinde maiore exercitu congregato in Gulielmũ montisferrati
marchionẽ duxit:quẽ Casali obsidione concludens:eo usq ipsum perduxit:ut præ fame mulos &
mures:ac herbæ:quas pecudes non comedunt:oppidanis pro suis deliciis haberent.Tandẽ ne fa
me deficerent:deditionẽ fecit.Et eo cũ oĩbus capto uectigalia sibi cõstituit.Contra Federicũ ĩpa-
torem demum cũ ĩgenti uirtute dimicauit:atq eius legiones sapientissime pfligauit:& licet p urbe
cõseruanda multa incõmoda & dãna atq uulnera in proprio corpore pertulerit:nunq̃ tñ aĩo cõtri
status fuit:post deniq concertatiões & uastationes(Iudæis urbẽ prodentibus) Impator urbẽ cum
exercitu ĩgreditur:& cũcta in direptionẽ data:tantã crudelitatem in ciues exercuit:ut nõ ætati:aut
mediola sexui:aut dignitati parcere uoluerit:sed oẽs cædi:& pro seruis hẽri mãdauit.Ablataq mediolanen-
ni euer- sium opes:& domus dirutæ:ẽt mœnia oĩa per circuitũ pœnitus euertit.Vrbeq solo æquata Federi
sionem h cus aratrum duci:& sal spergi in uictoriæ signũ præcepit:his gestis Gualuagnus cũ ioanne epo:ac
recitat. multis ex Vicecomitũ familia captus:& in Germaniã ad perpetuos carceres relegant.Hunc itaq
Gualuagnũ captũ Federicus:ut aiunt:triduo sub mensa sua admodũ canis tenuit:& multis flagel
lis eũ cædi pcepit:perductus aũt in Germaniã gualuagnus:& in cõpedibus cõuictus:multis annis
afflictus fuit:post multos aũt annos Gualuagnus cõpedibus fractis:custodibusq ĩterfectis in Ita-
liam in habitu rustico uenit.Vbi mediolanensiũ ciuibus cõuocatis:& in unũ collectis:adiuuãtibus
sociis ciuitatibus:ac græcorum imperatore ab ĩtegro ciuitatem reposuit:ac mœnibus cõmuniuit:& p
uirili oĩa restituit.Tãdẽ Gualuagnus hic uir ĩuictissimus cũctis filiis priuatis aĩ dolore & senio gra-
uatus ægritudine cõtraxit:atq die qnto:quo & ægrotare cœpit:uitã cum morte mutauit: qui fuit
annus dñi.1182.Quo fine uirili sobole defuncto:mediolanenses per senatũ more romano:se suaq
rexere:ac ita per duos &.50.annos usq ad Turianorum tyrãnidem seruatum est.

Hadrianus papa 179. Hadrianus papa eius noĩs quartus:natiõe Anglicus,pfessione monachus:hoc ãno Ana 1156 6355
stasio põtifici suffectus:sedit annis.4.& men.x.Hic cum esset egregius declamator ab
Eugenio.3.in Noruegiam,puinciã conuertendã missus fuit:& ita illam(ut dictũ est)ad
xpi fidem cõuertit:qui magĩratu suscepto:minis ac pcibus a Ro.populo ten tatus fuit:
ut scilicet liberam urbis administrationem Consulibus relinqueret:quod se facturum constantissi
me recusauit.Quam ob cãm populus indignatus Cardinalẽ unum multis affici plagis fecerunt:
unde põtifex eos acerba & dura execratione:ac ĩterdicto persecutus est:itidem fecit in Gulielmum
Neapolitanũ & Siciliæ regem:qui multas ecclesiæ occupauerat urbes:uerum postea pontifex eũ
in gratiam receptum:omnia errata pepercit:hic itaq romanam dictionẽ plurimum auxit & circa
lacum sanctæ Christinæ seu uulsinũ multa castella erexit: atq muniuit:& prædia Comitibus co-
emit:primusq põtificum urbem inhabitauit:quã etiam mœnibus & ædibus cultiorẽ reddidit:ubi
aliquantulum immoratus:romam reuersus est:sed ibidem malignam Consulum conuersationem
odio habens.Agrignanum petiit:ubi paulopost deficiens:corpus suum romam delatum in basili-
ca beati Petri sepelitur.

¶ Gulielmus Rogerii regis filius secundus Neapolitanorum seu apuliæ & siciliæ Rex:hoc anno
patri in regnum succedens:regnauit annis.12.siue ut aliis placet.15.Hic patre defuncto: ut erat aĩo
ferox mox beneuentana suburbia Ceperanumq:ac Babuchum in Hernicis de ecclesia occupat.
Inde hadrianus papa cum anathemate notat:& induxit Emanuelẽ græcum ĩperatorem:ut ei da-
ret quinq millia librarum auri:& Gulielmum etiam fugaret:tres apuliæ ciuitates ex fœdere habi-
turus.Quod intelligens Gulielmus hic pluriora põtifici obtulit:ut eum placaret:quæ oblatio plu
rimum placuit Hadriano:sed quidam cardinales restitere:unde Gulielmus indignatus: omnia in
Apulia bello attriuit.Et apuli:& Salertini deditionem fecerunt: pontifex uero indignatus contra
Cardinales: gulielmum in gratiam recepit:& utroq regno eum inuestiuit:iurantem se Romanam
sedem perpetuo ueneraturum.Inde apuliæ reges singulis annis uectigal pontifici persoluere con
sueuere:hic itaq gulielmus qui magnus dicebatur: tandem deficiens gulielmum filium dimisit
successorem & hæredem.

¶ Gulielmum etiam heremitam ordinis nostri professum:uirum utiq sanctissimum olim Aqui 1157 6356
taniæ galliarum prouinciæ ducem & pictauiensium urbis comitem:per hæc quoq tempora in gal
liis & uirtutibus & miraculis clarũ fuisse constat:qui a primæuo iuuentutis suæ a beato Bernardo

Abbate sufficienter in litteris aliisq; uirtutibus instructus: dum cūctis celsior haberet: mortem præ oculis: scilicet iugiter constituit. Timensq; ne aliquando ipsa subitanea morte raperetur: sprens sæculi pompis in uastam Heremū secessit: & ibidem sub diui patris Augu. regula pfectus christi seruus esse cœpit: factus itaq; religiosus: deinceps quanto in sæculo altior: in honoris cacumine antea fuerat: ita tanto se humilius sub conditoris regimine subdidit: & sicut antea insignitus & loricatus barbaros hostes ingenti animo propulsare consueuerat: ita in deū conuersus loricam super nudu; induens crebris orationibus: uigiliis: ieiuniis: disciplinisq; corpusculum suū indesinēter affligere uolebat: quibus armatus præsidiis hostes spirituales atq; peccata colluctando superauit: hanc obrem multi non modo sæculares: uerum & eiusdem ordinis pfessores: atq; alii priuati: quibus uitæ ipsius fama nota fuerat: ad eum confluebant: & tanquā bonum parentem & doctorem: atq; ordinis instauratorem paruo adhuc sub tugurio boni obseruabant discipuli: is itaq; Cisterciēsium ordinis in gallis modico tempore plurimum auctum: ac maximo in precio habitum: suum heremitaru; ordinem adeo in omnibus labefactatum: dirutumq; ac uastatum animaduerteret. ita ut nulla quasi in eo religionis facies materiæ uideretur: collabentia nāq; uidebat Mōasteria: collapsaq; oratoria: desertos ortulos: & quid plura & laborantem prorsus omnium religiositatis charitate & inopia ordinem offendit: ut nullu; ferme religionis indicium in eo uidebatur. Ordinis igitur sui uir sanctus calamitate permotus animum ad instaurandum ipsum: moresq; religiosorum suorum componēdos ita adiecit: ut breui conualescens: ex multitudine religiosorum & monasteriorum a se restitutorum meliorem faciem ordinem ipsum heremitarum diui Augu. in galliis per se tulerit: hanc obrem ordo ipse ea in regione eum non modo patrem: uerum etiam ordinis institutorē appellauit. Vnde & deinceps ordinis fratres non augustinenses: sed gulielmitas uulgo appellauit: hic itaq; cōcessione Anastasii pontificis: ac hadriani eius successoris relicta heremo ciuitates primus ex heremitis incolere cœpit: & primum monasteriu; apud parisiū sub mendicitatis titulo extruxit: quod etiam Carthusiensis frater suo in fasiculo temporum contestatus est: huius autem præcipuus adiutor Albertus gallus fuit: qui uiuendi modo sua doctrina & uitæ sanctitate ordinem postmodu; auxit: & in rigore continuit: hic siquidē Gulielmitarum titulus in galliis usq; ad Innocentii. 4. ponti. tempora perseuerauit. Verum eo mandante post habita eius denominatione: & omnibus diui patris nři Augu. heremitis ad ciuitates ubiq; accersitis: idem pontifex Innocentius & successores omnes uno sub titulo heremitaꝝ sancti Augu. appellari uoluit: atq; præcepit: erunt forte: qui a durato iam calcibus tramite exorbitent & clament: ne temerariū fore religiosum & fratrem: eo qđ præsumam hoc in loco dicere: ea multis incognita sunt: ut hūc pfēm gulielmū ordinis heremitaꝝ diui Augu. fuisse pfessorem dicere ausim: sed si ipsi ueteꝝ pontificum annales & scripta (prout diligenti cura ipsi fecimus) perlegerunt: non dubito quin comperiāt me hoc in loco & ubiq; uera dixisse. Qui si religiosi sint: aut taceant: aut eos pœniteat: aut certe legant: cum inter alia crimē hoc minime deceat religiosum.

6357 | 1158 ¶ Heresis uualdensium seu pauperum de lugduno per hoc ipsum tempus initium sumpsit: cuius quidem aucta fuit: quidam uir nomine uualdo lugdunensis ciuis: is autem cū diu admodū haberetur: opibus suis relictis & pauperibus erogatis dyabolica quadam suasione ductus: euangelica; paupertatem omnimode obseruare statuit. Vnde cū Idiota admodū esset: quosdā uulgares libros: cū quibusdam sanctoꝝ dictis sibi cōscribi fecit: quos non sane intelligens: suo inflatus spiritu: prædicando sanctoꝝ apłoꝝ officium sibi usurpare curauit. Congregatis itaq; īnūerabilibus q̄si discipulis multos & q̄dem pessimos errores disseminare cœpit: plātos. s. ac cleꝝ pœnitus aspnēdo: monitus autem rn̄dit obedire oportet deo magisquā hoibus: & cum in suo sensu obduratus persisteret tandem ueluti Hereticissimus: & contumax anathematis uinculo īnodatus patria pellitur: quæ res facta est in laqueū magnū & scandalum maximū simplicioribus uiris: adhuc autem multis in locis hæc ipsa fatuitas uiget.

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Ioānes carnothensis eps beatissimi Thomæ canthuariensis archiepiscopi: quondam clericus & discipulus homo doctrina & eloquentia clarissimus: his temporibus in pcio existens: opus īsigne de magno curialium & philosophorum composuit: cuius titulus est polycraticon: in libris octo distinctum: cuius principium est: iocūdissimus tum in multis. Item pœnitentiale li. i. Item uita sci Thome archiepiscopi li. i. Et epistolaꝝ ad diuersos li. i. Et quædam alia.

¶ Petrus blesensis archidiaconus prædicti Ioā. carnotēsis psulis familiaris: uir in diuinis scripturis eruditus & studiosus & īgenio ppe diuino & acuto: per hoc tps apud reges & pricipes: ac prælatos multo in pcio habitus: multa scripsit opuscula: e quibus ista feruntur.

De amicitia christiana	li. i.	Incipit. Q. m̄ diminutæ sunt ueri.			
De pœnitentia salutari	li. i.	De accelerando passagio	li. i.	De q̄litate pniæ	li. i.
Contra deprauatorem	li. i.	Exhortatio ad abbatem	li. 2.	De officio episcopi	li. i.
De periculo prælatorum	li. i.	Epistolarum numero. 184.	li. i.	De pstigiis fortunæ	li. 2.

Scripsitq; & alia plura.

¶ Rupertus eps buconiēsis hac tēpestate cū esset in diuinis scripturis eruditissimus pluis: uidelicet astronomus & calculator īsignis: & theologorum sui temporis facile princeps.

Scripsit sūmam theologiæ li.i. Super libris Dionysii li.4. De sphera lib.i.
De computo ecclesiastico li.i. Calendarium pulchrū li.i. Et alia edidit.

¶ Ioachim magnus abbas natione calaber:uir magnæ doctrinæ & excellētissimæ uitæ:ac īgenii prope diuini hac ipsa tēpestate apud Gulielmū magnum regem:& Calabros omnes clarus & inclytus habitus est. Qui prophetiæ spiritu(ut aiunt)repletus futura quasi præsentia differebat:is aliquando ab Othone cæsare interrogatus. Quid sibi de expeditione saracenoꝶ sperandū esset? Respondit nōdum adesse tps:quo hyerusalē recuperari posset:itaq; christicolas non ualde ꝓsperaturos. Hic cum plurimū eruditus esset:nōnullos in sacris codicibus edidit cōmentarios:in qbus pœne omnibus ueluti futuroꝶ præscius consueuit misere prænostica.

Et primo in hyeremiam li.i. In Danielem li.i. In Apochalipsim li.8.
Ad Henricū.6.īmpatorē li.i. De septem sigillis li.i. Psalterium decem cordarum li.3.
Concordiæ li.5. De quindecim pōtificibus li.i. De futuris temporibus li.i.
Epistolarum ad diuersos li.i. Alia quoq; multa edidit:& maxīe ꝯtra iudæos:& alios fidei catholicæ aduersarios:scripsit ēt tracta.ꝯtra Petrum lombardum supradictum theologū eminētissimū: qui in ꝯcilio generali dānatus est:ut patet in principio Decretalium.c.damnamus.

¶ Mesue medicus & philosophus clarissimus:cui proprium nomen Ioānes fuit:qui fuit Mesue filius:qui alterius Mesue nepos extitit:qui hanech:qui Hali:qui Abdele regis Damascenorum filius:& ipse hac tempestate in medendis langoribus clarus admodum existens. De medicinarum solutiuarum rectificatione librum scripsit:alium quoq; antidotarii:quē appellauit Grabadin:edidit:insuper & cum de curis morborum scribere orsus fuisset:& a capite inchoasset:scribens de morbis cordis interiit:& monachum opus reliquit:quod postea Petrus aponus patauinus(ut aiunt)perfecit. An xpianus iste fuerit:ignotū habemus:& licet tanq̄ fidelis & bonus uir:deū persæpe īuocet: nusquā tamen in suis operibus christum nominat.

¶ Echebertus abbas natione teutonicus patria Treuerensis:his tēporibus in diuinis scripturis studiosus & eruditus existens:magno in precio apud Germanos suos habitus est. Hic Helysabeth sororem uirginem abbatissam æque studiosam habuit:quæ:Qui ambo in diuersis monasteriis in hircinia sylua constitutis:præsidentes maximis floruerūt uirtutibus:scripsit itaq; sanctus hic abbas infrascripta non contemnendæ lectionis opuscula. E quibus subiecta habentur. Et primo.

Aduersus hereses. li.i. Sup pricipio euāgelii ioā. li.i. Super magnificat li.i.
Super missus est li. De obitu sororis suæ Helysa.li.i. Meditationum li.i.
Sermones per āni circulū li.2. Incipiunt. Erūt signa. Laudes Saluatoris li.i.
Epistolarum ad diuersos li.i. Alia quoq; nōnulla edidit.

¶ Helysabeth Abbatissa prædicti sancti uiri abbatis Germana uirgo sane sanctissima:& ipsa multarum reuelationum insignita:ad ædificationem posteritatis:hæc quæ subiecta notātur:litteris mādauit. Et primo uiarum domini utile opus librū unum. Incipit: factum est in exordio. Reuelationum diuersarum librum unum. Ad fratrem suum prædictum librum unum. De undecim milium Virginum librum unum. Epistolarum ad diuersos librum unum. Ad sanctam Hildegardim lib.i. Et alia quædam.

¶ Hildegardis abbatissa:patria Maguntina uirgo sanctissimæ conuersationis prædictæ sanctæ Helysabeth familiaris:hac ætate multis reuelationibus & miraculis insignita:apud plurimos Ro.pontifices:uidelicet: Anastasium:hadrianum:& Alexandrum:atq; sanctissimum Bernardum abbatē maximo fuit precio:a quibus eius scripta cōprobata fuere:omnia itaq; quæ hæc sancta mulier scripsit(aiunt)ex reuelatione diuina eam didicisse. E quibus ista feruntur. 6360

In Regula diui Benedicti li.i. īcipit. Ego paupercula fenu.
Triginta quæstionum li.i. In uita sci Rupti ꝯfessoris li.i. Homeliæ.58. li.i.
De sacramēto altaris li.i. Sciuias grande uolumen li.i. Vitæ meritorum li.3.
Simplicis medicinæ li.i. Compositæ medicinæ li.i. Diuinoꝶ operum li.i.
Ad colonienses li.i. Ad Treuerenses li.i. Exhortatoriū sæcularīū li.i.
Ad sorores suas li.i. Ad monachos griseos li.i. Carminum dinersorum li.i.
Epſtarū numero.i35. li.i. Eius autem scripta in omnibus catholicam redolent doctrinam.
Obiit deniq; miraculis clara in anno dñi.ii80.ætatis uero.82.

Alex. papa.i80. ALexander papa eius nominis tertius natione Senensis:hoc anno Hadriano pontifice defuncto:a duobus & uiginti Cardinalibus præsbyteris delectus: sedit annis uiginti-unum:& diebus decem & nouē. Vir certe strēnuus animiq; excellentissimi insignitus: in cuius electiōe maxima in urbe Roma suborta est seditio:eo quod duo maximi pōtifices constituti fuerunt. Quorum unus hic:alter uero a tribus solum modo prophanis cardinalibus Victor appellatus est:qui inter se dissentientes. Victor ad Federicum imperatorem. Alexander uero ad Gualuagnū Mediolanensiū principem & philippum Francorum atq; Henricum angloꝶ Reges:ac alios italiæ principes confugit:quā ob causam Federicus ēt alios pontifices maxīos creauit:nā Victore prædicto mortuo:prīo paschalē post Calixtum:deīde īnocentiū ponti.sūmos constituit:qui omnes in sua execratiōe pessima periere. Alexāder itaq; hic talibus & tam cōtinuis cir- ii60 6359

cundatus

cundatus seditiõibus quũ & federicus oẽm ferme Ro.ecclesiæ dictionẽ occupasset hortãte philippo francorũ rege & Gulielmo Siciliæ rege strẽnuissimo ac potẽtissimo in transalpinã galliã cõtendit:ubi & in claro mõte cõcilio habito Federicũ imperatorẽ:ac uictorẽ antipapã cũ eorũ cõplicibus scismaticis anathemate notauit:qua ꝓpter Federicus turbatus destructis Mediolano ac aliis cõpluribus Italiæ urbibus euestigio in germaniã cõcessit.Mortuo aũt apud lucã ethruriæ urbẽ uictore antipapa:Guido Cremonẽsis a seditiosis surrogat̃:& paschalem appellãt:interim aũt Alexãder ab amicis suis cõsulibus Ro.ex gallia reuocatus:cisalpinæ galliæ populi in libertatis spẽ eriguntur:& in Federicũ imperatorẽ sæuissime imperantẽ arma suscipiunt:& eius ꝑsidia ex munitiõibus eiiciunt.Quo audito Federicus rursus ex Germania cũ magno exercitu in Ausoniã uenit:& ulciscẽdi iniurias(ut ipse dicebat)occasione nactus in Ro.urbẽ reꝝ dominã mouet:pro quo pontifex eius uires phorrescens post durã urbis obsidionẽ:& horrẽdas utriusq; partis cædes decimo septimo sui põtificatus anno:sui coq; sumptis uestibus eo in habitu Venetias ꝓfugit:& ad diuæ uirginis de charitate monasteriũ paulo ante a Marcho iuliano cõditũ:ꝓfectus ibidẽ ab Acolis recipit̃:& ortulo ꝑficit̃:post aliquot uero mẽses cũ q̃dã noĩe Cõmodus eũ ibidẽ agnouisset:uelut insensatus:cõfestim ad Sebastianũ urbis principẽ cucurrit:& secrete significauit in urbe Veneta adesse põtificeꝫ Ro.significauit.Qui recognita:mox Senatũ cõgregãs cũ omni apparatu põtificis diuersoriũ accessit.Cõpertoq; ibidẽ põtifice Ro.in tali habitu despecto:cũ crucibus aliisq; solẽnibus cærimõiis ad diui Marci tẽplũ cũ oĩ gaudio & plausu primo pduxerũt:cũq; ibidẽ põti.ante altare ex more cõsedisset:ĩprimis ipm prĩcipẽ & senatũ:ac omnẽ populũ benedixit:deĩde Venetis oĩb⁹ gratias egit. Ĩpator uero audiẽs summũ põtificẽ Venetiis adesse:Othonẽ filiũ suũ cũ armata classe ad reposcẽdũ ipsum Venetias misit.Cui Sebastianus princeps occurrens:facto cõgressu:ipsum superauit: & Vene.captiuum perduxit.Otho ãt ad põti.perductus eo ꝓcu.pax ĩter põti.& ĩpera.patrẽ cõpõitur.Altera uero q̃ secuta ẽ dies Federi.Venetiis uẽit:& pacẽ a filio cõfectã hoc mõ approbauit:ut Ro.& quæ dictionis erant ecclesiasticæ summo põtifici restituerent̃: & qcqd ille pro perpetrata culpa iniungeret patiẽter pferret:isto igit̃ fœdere inito Alexander summus pontifex confestim ad ianuas tẽpli diui Marci euangelistæ accessit:& ibidẽ uniuerso astãte populo Imperatori iussit:ut se humi prosterneret:& ueniam denuo expostularet.Quo facto:Alexander põtifex imperatoris collum pede comprimens ait.Scriptũ est.Super aspidem & basilicũ ambulabis: & conculcabis leonem & draconem:ac Federicus nõ tibi inq̃t:sed Petro:cui successores pareo.Et summus pontifex respondit:& mihi & Petro.Ac sic inter imperatorẽ & summũ põtificẽ pace cõposita: ipse imperator cum bona uenia recedens se constantiã contulit:atq; etiã ibidem pacis fœdera cum omnibus Ro.Imperio subditis pcussit:quæ pax constantiana nuncupata est:ac pro lege habita apud nr̃os allegatur:abiiens autem Venetiis summus põti.cũ Gulielmi Siculi Regis triremibus tredecim & quattuor Venetis ob acceptum beneficiũ quibusdã gratiis & priuilegiis Venetum ducẽ atq; Senatum exornauit:de quibus infra dicemus.Cũq; tertio hic põti.Ro.uenisset:prodente obuiam honoris gratia omni populo statim apud lateranum concilium celebrauit:Tum maxime ut mores curiæ iam nimia licentia labefactatos componeret:tum etiam ut alia ad Rem christianam publicã necessaria constitueret:quibus rebus sic gestis:dum post longos labores quietutus superaret:anno pontificatus sui primo & uigesimo Ro.moritur:sublatis prius e medio quattuor scismaticis pontificibus:quorum seditionibus Ecclesia Ro.fere subuersa est.

6360 1161



¶Alexãdria cisalpinæ galliæ ciuitas.

¶Alexandria Cisalpinæ galliæ ciuitas hoc anno:a Mediolanẽsibus.Sociisq; ciuitatibus contra Papienses ĩpatori fauẽtes:cõi concordia & ĩpẽsa ꝯdit̃: & ab Alexandro põtifice alexãdria appellat̃:hæc ãt ĩter astẽsem urbẽ atq; Papiã apd routeretũ tanaro amni adiacẽtẽ cõstituta ẽ:& Tanarus ipse fluuius ipsum quasi ĩtersecat:q fluuius quãdoq; exũdans ipsam pturbat. Cõdita uero urbe ex cõsensu cõsilio ue sũmi põtificis ad ipsam incolendã qndecim hominum millia ex cõuicinis ciuitatibus statĩ missa fuere:qbus & uiritim diuisi sunt agri atq; ad ædificandum partita sunt in urbe loca:anno deinde quinto urbis condito Alexander ipse pontifex priuato prius papiensi episcopo palii & ferendæ crucis dignitate:nouæ urbi episcopum dedit: Verum cum aliquando ipsi ciues quidam insolentes episcopum interfecissent:per annos plurimos episcopo caruerunt: quæ quidem ciuitas nunc populosa & insignis:nunc plurimis claret insignibus familiis:in quibus adsunt uiri in omni genere præclarissimi:qui artem bellicã atq; legis & magistratus cum gloria pertractant:inter quos adsunt Guaschi & Treti præclarissimi ciues.

¶ MEDIOLANVM CISALPINAE GALLIAE CIVITAS.



¶ Mediolanum autem Metropolis & Regia totius Cisalpinæ Galliæ Ciuitas: hoc anno post se- 1161
ptem annorum obsidionis a Federico Imperatore expugnata & capta: innumerabilibus uiris par
uulis ac mulieribus in Germaniam transmissis (iam octaua uice) solo funditus æquatur: & ad per
petuam rei ac facinoris huius memoriam aratrum semel huc atq; illuc deduci mandauit: & sal su
per spargi præcepit: spoliatis autem ciuium diuitiis Federicus ipse Imperator reliquum populum
Magorum corpora — extra urbẽ miliario decimo inhabitare coegit. Rodulphus Coloniensis archiepiscopus huic euer-
sioni præsens assistens: & ipse trium magorum corpora: quæ sanctus Eustorgius Mediolanensis
episcopus ex constantinopoli iam diu Mediolanum transtulerat; quæ diu in cãpanili sancti geor
gii latuerant undecimo Iulii rapuit: & secum in Germaniam in ciuitatem suam cum gaudio tran
Duo corpora scõrum martyrũ trãsferũtur — stulit. Tertio autem anno post Germani etiam corpora sanctorum martyrum Naboris & fœli-
cis ex Mediolano sustulerunt: & in Germaniam transtulerunt. Papienses uero Mediolanensium
tum inimici & ipsi Baculum pastorale in pñia turris Mediolani positum & mortarium atq; cam-
panas omnes abstulerunt: quæ tamen omnia in accessu temporis cum fœnore restituerunt. Qui-
to uero anno post urbis excidium: Gualuagnus Mediolanensium pater & princeps in Germania
compeditus e compedibus & carceribus imperatoris aufugiens: in italiam uenit: & ciuibus suis in
Cãpãæ — unum collectis: urbem ab integro adiuuantibus uicinis ciuitatibus atq; Emanuele græcorum im
peratore cum maxima gloria reposuit atq; muniuit. Similiter & Derdonam urbem sibi fidelem
ab eodem Federico spoliatam & dirutam: atq; incẽsam. Ipse Gualuagnus magnanimus restituit.
Ac etiam apud Albiato oppidum super Abduam fluuium pontem perpulchrum construxit.

¶ Nix permaxima: hoc anno in agro Mediolanensi duodecim uicibus cecidit: quæ non modo hominum corpora miserabiliter afflixit: uerum etiam & uites & reliquas arbores quascũq; & germina omnia adussit: nihil in agro ipso pœnitus remanserit.

¶ Secutia




¶ Secutia pedemontium ciuitas.

¶ Secutiā itē pedemontiū regionis tūc Ciuitatē in Cynisī mōtis radicibus constitutā: idem Federicus imperator dum ex Gallia ī Italiā descenderet: etiam dolo cœpit: & bonis omnibus expoliatam: funditus euertit. Quæ in eādē ciuitatis dignitatē unq̃ coaluit eius postmodū episcopatus propter improbitatem ciuium suorum in Taurinēsem urbē (ut aiunt) trāslatus est. Eo tamē in loco ad hunc castrū frequentissimū & munitissimū habetur. Ducibus Sabaudiæ submissum.

¶ Spoletum umbrorum ciuitas.

¶ Spoletū etiā umbrorꝫ tūc celeberrima ci
6361 1163 uitas: & ipsa his tumultibus cū Alexādro pōtifici faueret: ab isto Federico Cæsare iā tertio destruit: & uastat. Ex q̃ primū sacris uirginibus oībus uiolatis: oē hoīum genus ī seruitutē pessimā redigi p̄cepit. Hāc itaq; cum Theodoricus primus gotthorꝫ Rex diu tenuisset: in ea ædes amplissimas extruxit: atq; celeberrimā reddidit. Sed alii qui eidē Regi successerūt: gothi easdē ædes destruxerunt: & mœnibus aptis tādē uacuam dimiserunt. Quā tñ postea Narses eunuchus expulsis italia gotthis denuo reædificauit. Quā qdē ciuitatē cū longobardi nostri tādē comphēdissent: ob urbis dignitatē & nobilitatē eam suorꝫ ducū & pricipū sedē cōstituerunt: post destructionē uero Regni lōgobardorꝫ: stante Ro. ecclesiæ fœlicitate eius theatrū fuit: & titulū ducatus semp retinuit. Cui adhuc plurimæ ciuitates & oppida pœne īnumerabilia subiacēt: ut mox dicemus. Habet hæc ipsa ciuitas arcē omniuꝫ Italiæ munitissimā. Hanc qppe munitissimā ornatissimāq; uidimus. Huius āt Spoletani ducatus fines amplissimi sunt. A fonte eteni Tyberis usq; ad anienis fluuii sinistrā ripā: ubi uidelicet: Anio Tyberī illabit. Huius āt urbis primariæ ciuitates habent subiectæ: uidelicet Narnia uetustissima: Reate secunda: quæ uespasianū & filios genuit imperatores: Ameria tertia uestissima ciuitas. Triphernū qrta: quæ castella dicta est: Eugubiū quinta: quæ ad apennini radices posita est. Nuceria sexta: quæ ē uetustissima. Fulgineum septima. Assisia octaua: diui Frācisci sanctæq; Claræ uirginis patria. Nona Interania Ciuitas: cuius prata quater in anno secantur. Turdetum decima urbs uetusta: quæ Matinum tertium genuit. Narnia undecima arduo in colle constituta: quæ inter cætera Gattamellatam clarissimum imperatorē ꝓtulit. In hac quoq; Spoletina regione quōdam fuit Sabina omnium italiæ uetustissima: fueruntq; & archades genus a palante profectum.





¶ Crema italiæ oppidum.

6364 1165 ¶ Crema autem oppidum nobilissimum: atq; italiæ frequentissimum: & primarium diu antea conditum: tempestate hac a Federico Cæsare: post afflictam diu ac laceratam dirutamq; Cremonam in eius damnū ob preciumq; erexit: & muris arcene prope inexpugnabilibus nec non & fossis profundis muniuit: atq; ædibus plurimum exornauit & amplificauit: & cultius ipsuꝫ reddidit: quod propter agri bonitatem: multi ex conuicinis ciuitatibus: atq; castellis ad ipsum cōfluentes: celeberrimum eum reddiderunt. Vnde & nostro sæculo postquam id castruꝫ (immo potius ciuitas) in manus uenetoruꝫ deuenit: tanto fulgore & dignitate uirorū illustriū & ædificiorꝫ: tā publicorꝫ q̃ priuatorū effulsit: & potissimū nouorū murorum ex cocto latere cū portis incredibili multitudine & arte cōfectis: nec dū pfectis: ut ī tota italia nemo illi par: aut diuitiis: aut urbanitate: aut populorū frequētia īueniat.

6365 1166 ¶ Almericus sextus ex nr̄is hyerosolimorꝫ rex: hoc anno Balduino fr̄i ī regnū succedēs: regnauit

annis duodecī. Vir poīa strēnuus:& multo memoratu dignus. Qui prīo regni sui anno Drogōtē ægyptioꝝ ducē(Edita prius īgēti cede)diuinitus supauit:& Alexādriā regni ipsius sedē obsedit: quā qdē Tyracunus soldāi p̄fectus ipi soldāo dño suo p fraudē subtraxerat. Alexādrini āt cū nullo pacto xp̄ianis subiici uellēt:ipsi almerico tādē se hac lege & ꝯditiōe submisere:ut pulso Tyracuno ī Soldāi potestatē p suas manus reducerent. Almericus itaq̧ hic ingenti pecunia ꝓmissa urbē soldano restituit:sed cū pecuniā pactā nō in integrū soldanus p̄staret:in eū duces caras nūc Cayꝝ potētissimā urbē uenit:& ipsam diu obsedit:q quāuis spe potiūdæ urbis nō careret: accepta iterū ingenti pecunia obsidionē soluit. Mouens deinde in ascalonem:eam paulopost re infecta reliquit præsertim ꝙ cōmeatibus indigeret. Domum uero regressus:non diu superuixit.

¶ Gulielmus eius noīs.2.magni Gulielmi regis filius:tertius Neapolis rex:hoc anno post patrē regnū accipiēs:regnauit an.25. Vir qdē pacis & qetis amator:q cū regnū accepisset:audito alexandri pōtificis discrimine:magnā stati pecuniaꝝ uī & triremes duas paratissimas eidē ī adiutorium trāsmisit:q̄s īgressus pōtifex salutē sibi fuga p Tyberi q̄siuit. Indeq̧ maxīa classe cōparata contra mauros latinis ī asiā īfensos:traiiciēs oīa pturbauit:& Thessalonicā macedoniæ ciuitatē eis substulit. Ac mltas græciæ & thraciæ urbes:uariis calamitatibus affectas:partī cœpit:partiq̧ diripuit:nusquā andronico īpatore eoꝝ occurrēte. Ipso āt andronico deīde sublato:& pace cū Isaach eius successorē firmata:mox cū.40.tribus triremibus cū Cōrado mōtisferrati Marchiōe ī Syriam traiecit. Quibus p̄sidiis adiutus almericus rex:mauros maxīa clade affecit:imo & turpiter ꝓfligauit. Inde ī Tyꝝ mouēs:Saladinū ægypti regē:urbē turpiter obsidētē repulit. At ita mare pacato:ꝓficiscētib⁹ in asiā christianis oīfariā annonā ministrauit. Ac post paucos dies uir christianissimus panormi sine filiis masculis defecit:relicta tantūmodo Cōstātia filia Mōacha legiptima & Tācredū spuriū. 1167 6366

¶ Sebastianus zianus.2.&.40. Venetiaꝝ Dux:hoc anno uitali Michaeli duci suffectus:ducauit an.7. Vir certe sapiētia:ꝓbitate:religiōe:ac fortitudīe ꝯspicuus:q magistratu suscepto statī p̄decessoris sui homicidas aī aduersus ē:ide cū Federico Cæsare ob sūmi pōtificis Ro. tutelā & defensionē suscipiēs:ꝯtrā eū durū bellū gessit:& ip̄m cū īgēti gl̄ia ꝯfecit:eo q̄ uniuersam ipsius Cæs.classē ꝓfligauit:& ī eo cōflictu othonē Cæs.filiū cœpit:& Venetias ad pōtificē captiuū pduxit. Quorū īteruētu:atq̧ prudētia pax postea(ut remissum est)īter īpatorē & pōtificē ꝯfecta ē. Et pōti.ip̄e Ro. lætus rediit. Ob cuius b̄n̄ficiū pōti.huic Sebastiano duci:& successoribus:atq̧ Senatui suo hæc priuilegia ꝯcessit āplissima. Et prīo eidē funale cādidū ꝯcessit:qd' solis pōtificibus Ro.portādū ꝯsuetudo cōcedit. Itē ꝙ plūbo eoꝝ ep̄las sigillare deinceps ꝯcessit:tm̄ sūmis pōtificibus licitū erat. Tertio eidē prīcipi umbrellā ꝯcessit:q̄ ē ornamētū Gallero psimile. Quarto uenetoꝝ prīcipi ēt in theatro sedē fieri fecit:cū prius duæ tm̄ ī papæ theatro sedes eēnt:qꝝ dexterā ponti.sūmus:sinistrā uero Cæsar tenebat. Demū ī ascēsiōe dñi nr̄i Iesu xp̄i uenetiis ī tēplo sci Marci euāgelistæ plenariā indulgētiā ppetuo duraturā cōcessit:q̄ ī p̄n̄s usq̧ magna cū solēnitate & ppłoꝝ ꝯcursu pdurat. Quito ip̄i duci octo uexilla Siticea diuersoꝝ coloꝝ ꝯcessit:& obtulit. Sexto deniq̧ cereū albū eidē cōdonauit. Quæ oīa in suo publico palatio nūc miro artificio depicta uident. Deniq̧ Sebastianus hic sex annis magistratu cōpleto in langorem decidit magnū:in quo consistens: deuotione commotus se in monasterio diui Georgii maioris deferri præcepit: Vbi & post aliquot menses ibidem relictis plurimis fundis:atq̧ diuitiis e uita christianissime migrauit. Vbi & Sepulchro marmoreo: quod sibi uiuens in claustro construxerat:sepultus iacet. 1171 6370

Priuilegia uenetis ꝯcessa

¶ Saladinus ægypti rex: hoc āno Norādino eoꝝ rege defuncto:eius loco tanq̄ uir fortissimus & strēnuus ab oībus surrogatus:regnauit an.16. Hic regno suscepto statī ꝯtra ægyptioꝝ regē in bello ꝓcessit. Quo tādē capto & īterfecto uniuersā ægyptū & Syriā oēm sibi ꝯq̄siuit:& suo īpio adiecit. Deīde ī xp̄ianos mouēs prīo & secūdo p̄lio a Balduino rege leproso supat & fugat. Veꝝ cōparatis denuo maioribus copiis ꝯtra Emanuelē græcoꝝ īpatorē mouet:quē & simulata fuga aliquādo in angustas cōualles protrahēs tādē supat & capit:cuius uictoria elatior factus contra christianos de hyerosolimitano regno cōtēdētes:cū maxīo exercitu ꝓcessit:quā tādē(post maximam christianorū stragē)cū uniuerso eius regno cœpit:& de ea triūphauit. Ipsam nāq̧ ciuitatē sanctam christiani reges:post Gotthifredū regē p annos octo & octoginta magna cū gloria possederūt: hic quippe saladinus clarissimus uir fuit:cui nil aliud ad summā defuit laudē:nisi christiani nominis caracter:qui moriens tandem mandauit in sui funeris tropheum:tale ante corpus suū deferri spectaculum:uidelicet pannum nigrum in lancea suspensum:cui præcederet preco clamans & dicēs: saladinus asyæ totius domitor:ex tanto regno tantisq̧ opibus moriens nil aliud secum defert. 1172 6371

Hyerosolima amittit documētū optimū uide

¶ Soles tres hoc anno nonis septembris in occidente simul uisi sunt. Et post duas horas cæteris deficientibus:qui medius fuerat.solus occidit. Similiq̧ modo proximis annis tres Lunæ apparuere. Terræ motus etiā circa hoc tp̄s pluribus annis nōnullas q̄ssauere ꝓuincias:& quā maxīe Syriā atq̧ Ciliciā:in q̄bus multæ urbes diu nutauerūt:q̄dā uero cū magna populorū strage ceciderunt. 1173 6372

¶ Balduinus eius nominis quartus:almerici superioris regis filius:septimus ex nostris hyerosolimoꝝ Rex:post patrem regnauit ī hyerusalē an.6. Hic integer in oībus fuit:qui licet uehementi laboraret lepræ morbo:regnū tamē cōstātissime:ac sapiētissime gubernauit:& īter cætera sua facinora Saladinū p̄dictū regē uirū fortissimū duobus deuicit p̄liis: uno uidelicet apud Ascalonē:alte- 1178 6377

ro apud

ro apud Tyberiadē:& quoad uixit:cū ītra limites suos cōtinuit. Hic nullā uxorē pp leprā ducere potuit. Sed cū duas sorores haberet:primā natu maiorē noīe Sybillam totius regni hæredem constituit:& Gulielmo longaspata cognomento Montisferrati Marchioni uxorem dedit: ex quo unū tantum genuit filium nomine Balduinum. Ipse autem Gulielmus gener: iussu sororis sui multa: atq₃ præclara contra Saracenos gessit facinora. Sed suscepta uxore:paulo post aeris intemperie e uita migrauit:relicto filio Balduino puerulo superstite.

¶ Philippus frācoꝝ rex Ludouici supiori regis filius:hoc anno post prēm frācis regnare cœpit: & regnauit an.44. De isto multa:atq₃ p̄clara Vīcētius gallus li.29.disseruit. Hic itaq₃ regno suscepto cū audisset hyerosolimā a Soldano fuisse captā. Clemēte Ro.pōtifi.admonēte cū multis xp̄ianorū prīcipibus Syriā adnauigauit. Cūq₃ ptholomaydē una cū Ricardo angloꝝ rege se recepisset:ac inde hyerosolimā repetituri eēnt:ambo de hyerosolimoꝝ regno cōtēdere cœperūt. Demū Philippus hic multa īdignatiōe ꝓmotus:simulata īfirmitate:ī Europā(dimisso Ricardo)regressus ē. Vbi ī regnū suū ītrogressus reliquū uitæ suæ tēpus ī pace magna cū sanctimonia cōsumpsit. Ferūt historiæ hūc Philippū religiosoꝝ oratiōibus natū fuisse. Quia cū Ludouicus pr̄ suus iā sexagēarius liberis careret:uniuersis pp̄lis fuit & quā maxīe religiosis regni sui p̄cepit:ut dominū īstāter dep̄carent̄ q̄tenus sibi filiū regni successorē ꝯcedeȓ dignaret̄. Quo facto sequēti āno:hūc Philippū gēuit filiū.

¶ Hēricus āt Angloꝝ rex & ip̄e uir strēnu⁹:hoc ip̄o āno Vīcētio gal.teste diē obiit. Cui cū aliq̄do bt̄i Thomæ cāturiēsis archiep̄i mors īputaret̄:Mox oratores ad Alexā.pōtificē ad se purgādū trāsmisit. Quibus cū pōti.ip̄e nō facile credat duos cardinales ad rē diligētius ītelligēdā ī āgliā misit. Quibus rex dimisso hybernico bello:quo erat ītētus honoris grā apud Normandiā occurrit. Req₃ discussa:ad hæc uētū ē:ut Hēricus cū nō satis cōstaret de facto iuramēto se purgaret:ꝓmisit tñ aliq̄ pœnitētiā agere:de ipsius sancti uiri nece:cuius etsi īsons:atq₃ nescius fuisset:occasionē tñ aliq̄ p̄stitisse uisus ē:q̄a illū uiuētē nō honorauit. Additū ē p̄terea ei:ut ducētos milites hyerosolimā mitteret:q̄ suis auspitiis suaq₃ īpēsa:p annū cōtra saracenos ibidē bellū gererēt:utq₃ ipse triennio:cū q̄to posset exercitu cōtra barbaros bellū gereret:libertatēq₃ ecclesiasticā suo ī regno tueret̄: appellationibus ad curiā Ro.factis nō aduersaret̄:q̄bus iureiurādo firmatis anglici regni titulum in se suosq₃ hæredes trāsferri meruit:hic factum est:ut anglici reges:a Ro.pontifice regni iura recognoscant.

6379 1180 ¶ Laurus Maripetrus q̄dragesimustertius Venetiaꝝ dux: Sebastiano duci hoc āno bonorū oīu₃ suffragiis suffectus:ducauit an.14. Vir q̄dē optimus:magniq₃ cōsilii prīceps ac tāto principatu dignissimus. Qui Hēricū Dādolū uirū strennuū:pp uiolatū a græcis iusgētiū:ad Emanuelē eoꝝ imperatore₃ legatos misit:quos scelestus impator græcoꝝ maleficio usus captos tādiu cādentia ennea inspicere coegit:quoad oculorū aciem amitterent. Ea pp īfensi & turbati ueneti:cū galloꝝ copiis iūcti. Cōstātinopo.& īperiū græcis abstulerūt. Quibus oībus bñ a se gestis:laurus hic soli Deo deseruire cupiens:magistratui renūciauit:& in monasterio sanctæ crucis intrauit: ubi & religionis habitum suscepit:atq₃ usq₃ ad mortem in omni bonitate uitæ perseuerauit.

6380 1181 ¶ Alexius Emanuelis græcoꝝ īpatoris filius:hoc anno pr̄e defuncto: licet adolescētulus impio succedēs:īpauit an.4. Huic āt pr̄ pp pueritiā quēdā Andronicū græcū regia stirpe ꝓgenitū tutorē & gubernatorem dedit. Qui p aliquot annos imperiū iuste & sapiēter:ac oī cū laude administrauit. Cuius etiā intuitu Philippus p̄dictus francoꝝ rex Agnetem filiam adolescenti uxorem dedit: uerum ut humana assolet cupiditas:post aliquod tempus. Andrōicus cum uideret latinos propter affinitatem puero fauere. Zelo commotus latinos pepulit:& puerum in undis demersit:ac sic imperium sibi usurpauit:& primarios omnes qui in urbe erant:interfecit.

6381 1182 LVcius papa eius noīs.3.natiōe lucāus:post Alex.pōt.sedit an.4.& mēsi.2. Hic optimus uir:cū pōtificatū suscepisset:cū cōsulū nomen e Ro.repu.abolere anniteret̄:ex urbe eiectus est:atq₃ eius fautoribus Ro.in seditionē uersi oculos effudere. Vñ pōti. Veronā ueniēs:ibidē pp acceptā tā graue:a Ro.ꝯtumeliā ibide₃ magno hīto ꝯcilio:& ipsoꝝ licentiā improbauit:& prīcipes xp̄ianos adhortatus est:ut nr̄is ī asia & syria laborātibus ꝓ xp̄o succurrerent. Dumāt ꝓ hac re nūcii ultro citroq₃ mitterent̄:ibidē scūs pōti.emorit̄:& magna adhibita pōpa ante altare cathedralis ecclesiæ sepelit̄. Hic lucensibus suis a Federico impatore signandi pecuniā licentiā impetrauit:prout satis in descriptiōe lucanæ ciuitatis a nobis superius expressum est. Lucius Papa i8i.

6382 1183 ¶ Terremotus:atq₃ portenta multa:hoc anno ubiq₃ fuere:ita ut anthiochia & Tripolis: atq₃ Damascus magna ex parte corruerint. Catina etiam Siciliæ ciuitas prorsus euersa fuerit:in qua circiter uiginti hominum milia sint opp̄ssa:in ea quoq₃ Siciliæ īsula ꝯtra aq̄ꝝ naturā pelagus retrocessit:& hominū ferme.5.millia absorbuit:in Italia īsup Grādines Anseꝝ ouis grossiores cecidere.

¶ Hierosolimitanæ urbis ultima captiuitas.

6383 1184 ¶ Guido lusignanus Sibyllæ Balduini leprosi sororis maritus:hoc anno mortuo Balduino fratre & eius nepote Balduīo paruulo Gulielmi Mōtisferrati marchionis ex ipsa Sibylla filio suscepto: octauo loco regnum suscipiēs:regnauit annis duobus. Viuente nāq₃ Balduino leproso:& Sibylla ipsa ad secunda uota cū isto Guidone trāslata:Balduinus rex leprosus suo nepoti ꝯsulturus Guidoni isti:ac Raymūdo Tripolitāo prīcipi tutelā dedit:hac tñ lege: ut quoad Balduinus puulus pueritiā supgrederet̄:regnū gubernarēt: & postmodū ipsi suo nepoti redderēt. Sed Balduino sene de-

functo. Tripolitanus comes nō pueri curā suscipere: Sibylla: & Guidone ꝓhibētibus: sed nec q̄dē diu supuixit puer: qa octauo mēse post annū mortuus est: Cuius mortē tā diu mater occultauit: do nec largitionibus & bládiciis in sui sententiā deductis patriarcha & ꝓceribus: Guidonē maritū crea ri regē obtinuerit. Tulit eā rē grauiter Raymūdus comes. Vn̄ īter ipsos Guidonē. s. & Raymundū maximæ ortæ sunt dissensiōes. In q̄ Raymūdus Soldano adhærēs maximā iacturā Guidoni & re liqs christianis acqsiuit. Quāobrē Soldanus p̄dictus īgēti peditū: & eqtū exercitu cōparato: ptholomaydē primū: inde Azonē: post Beritū: & maritima loca occupauit: postmodū in Ascalonē ducēs: ipsam ad deditionē coegit: captis in ea Guidone & Tēpli magistro. Veꝝ q in Ascalone p̄sidio erāt: deditionē his cōditionibus fecerūt: ut ipsum Guidonē & Tēpli magistrū redderēt: post hæc Saladinus Soldanus hyerosolimā ueniens: urbē oppugnare cœpit. Quā demū hi q in p̄sidio erāt: desperatiōe magis q̄ metu oppugnationis adducti: ea q̄dē cōditiōe deditionē fecere: ut cū suppellectili quā singuli humeris suis ferre possent: abire p̄mitterent. Facta est igit̄ hæc deditio secūda octobris die: anno nono & octuagesimo: postq̄ christianoꝝ esse cœpit. Migrantes itaq; christiani Herachliū patriarcham & clerū omnē sacro agmine secuti sunt. Et pars Anthiochiā: pars uere Tyrum aut Alexandriā petiit: & inde in Siciliam quisq; traiecit. Saladinus itaq; Hyerosolimā īgressus Cāpanas primum ex turribus deiecit. Dehinc basilicas omnes præter Salomonis templum prophanauit: quod priusquam regrederetur aqua resulcauit. Mansere tamē hyerosolimis christiani: Asiatici: Syriani: Armeni: Iacobitæ: Georgiani: & græci usq; hodie: permittente Saladino.

Vrbāus Papa i82. VRbanus papa: eius nōis tertius natione Mediolanēsis patre Ioanne gēte nobili cribella natus: hoc anno lucio pōtifici suffectus: sedit anno uno: & mēsibus q̄si undecī. Qui quamprimū pōtificatū iniit: reuocare ad ꝯcordiam christianos: & quā maxime ī Asia annixus est. Vnde primo pontificatus sui anno comparandæ classis gratia: ne hyerosolima caperetur. Venetias uenit. Sed audita hierosolimorum captiuitate: ac christianorum miseria ex dolore animi accepto in itinere apud ferrariam obiit: ibiq; sepultus fuit. ii86 6385

¶ Andronicus græcus regia stirpe ꝓcreatus: hoc ēt anno: Alexiū suū īperatorē adolescētulū īterficiēs: ipse imperiū usurpauit. Nā idē adolescētulus imperator: dū in aqs laxandi aī gratia paruo nauigio huc atq; illuc dilaberet̄: hic Andronicus tutor & gubernator suus eū p̄cipitē in mare dedit & submersit. Quo mortuo ipse assumpta purpura impiū sibi usurpauit. Quo occupato aliud facinus non minus paruū priori addidit: qa oēs imperii proceres: quoꝝ uirtutē suspectā habebat: turpissima morte breui substulit: atq; alios multos nobiles exilio dānauit: propter q̄ & Diis: & hominibus odio plurimum haberi cœptus est. Quam obrem Constantinopolitani ciues necessitate compulsi: Isaac quendam etiam regia stirpe procreatum ad suum imperium uocarunt. Qui statim fauentibus ciuibus andronicum prælio superauit: & captum uariis cruciatibus interfecit.

¶ Conradus mōtisferrati Marchionis filius: hoc anno ex Italia in Syriam contra Saladinū ꝓfectus ab Isaac cōstātinopo. Imperatore p maxima classe accepta: in ipsum Soldanū duxit: & eius exercitū cū magno eius dāno & dedecore ꝓfligauit. Itidē in turcos faciēs multos eorū nobiles captiuos abduxit. Quā ob causam Bonifaciū eius patrē ab ipsis barbaris iā pridē captū redimere meruit. Tā diu āt ibidē pro christiana republica pugnauit: quoad usq; uitā cum sua īgēti gloria exegit. Hic tamē unus mali exēpli opus pegit: q̄ Isabellā Balduini leprosi sororē sibi affinitate cōiunctā: cū Tyri apud eā ageret: rapuit: & ut hyerosolimitani regni titulos sancti ascriberet: cum iam alio uiro in coniugium tradita esset: se matrimonialiter commiscuit. ii87 6386

Gregorius Papa i83. GRegorius papa eius nōis octauus genere Beuētanus urbano pōtifici: hoc anno sūmo oium cōsensu pōti. suffectus: sedit diebus tm̄modo. 57. Qui pōtificatu inito pari ardore cōtra barbaros accēsus: stati Pisas ꝓficiscit̄. Vbi dū genuēses cū Pisanis cōposuisset: hāc eis legē īposuit: ut uterq; populus classe3 q̄tā possent: cōgregarēt: & ī Asiā ꝓ christiana religiōe tuēda ꝓperarēt. Erat tunc populus Pisanus bello maritimo admodum potens. Sed dū hæc ardentiori cura uir sanctus ageret: ibidem moritur: atq; eo in loco cum luctu maximo sepelit̄. ii88 6387

Clemēs Papa i84. CLemēs papa eius nōis tertius: p̄re Ioanne: ciue Ro. natus: postea pōtificatū accipiens: sedit annis duobus: & diebus. i6. Hic etiam pontificatu suscepto: ꝯfestim de bello in saracenos ducendo edictum proposuit: postmodū nōnulla ædificia in urbe extruxit. Et claustrum apud sanctum Laurentium extra muros ædificauit. Et ædes lateranenses uetustate collabentes nō mediocri impēsa restituit: & eius templum musiuis exornauit. Nec non & quorundam clericorū mores ꝓfanos sua seueritate emēdauit: atq; cū Tancredo Apuliæ tyranno bellum gessit: Tandem cum mortem obiisset: in lateranensi ecclesia cū ingenti pompa sepelitur.

¶ Bonifacius montisferrati marchio: Conradiq; prædicti pater: hoc anno: e barbarorū manibus p filium liberatus: postquam Thessaliæ Regnum ob eius præstantiam a Græcorum imperatore obtinuisset: ab uniuersis christicolis in sanctā expeditionem proficiscentibus (etiam absens) uniuersalis imperator cōi omnium consensu deligit̄. Conuenerāt nāq; innumerabiles propemodum Europæ principes: a Clemēte papa excitati in urbē Sanson: ut arma pro christiana religione sumerēt. Quos inter præcipui fuere: primo Federicus imperator: Philippus francorum rex: Ricardus Angliæ Rex. Odo Burgundiæ Dux cū innumerabilibus pœne Archiepiscopis: episcopis: & aliis prælatis: quibus ii88 6387

latis: quibus

latis:q̃bus ẽt affuere Veneti:Genuẽſes:& Piſani:cũ paratiſſima claſſe:atq̧ friſones:& Dani:ac Flã dreſes:cũ Triremibus.62.hi itaq̧ oẽs potẽtatus cõi ꝯſenſu hũc Bõifaciũ theſſaliæ Regẽ generale; ſibi delegerũt ĩpatorẽ & Ducẽ.Qui in Syriã ꝓficiſcẽtes:multas ſtrages ſuo auſpitio ipſis Barbaris dedere:ueꝝ mortuo Federico ĩpatore:inter Philippũ francoꝝ regẽ:& Ricardũ Angloꝝ regẽ magna ſuborta diſſenſio:re ĩfecta ab ĩceptis diſceſſerũt.Attamẽ Bonifacius hic magnanimus:chriſtianiſſimuſq̧ ab inceptis quoad potuit nõ deſtitit:ĩmo ut cõtra hoſtes ꝑdurare poſſet.Cretam inſulã magnam:quam ſibi Alexius græcorum imperator condẽnauerat:illam cũ indigeret pecuniis ſua dentibus amicis uenetis uendidit:quibus quidem pecuniis diu contra hoſtes perdurauit. Creta a Venetis cõparaẽ

6388 1189 ¶Tancredus Siciliæ rex:immo Tyrãnus:hoc anno mortuo ſine legiptimo hærede Gulielmo patre:a ꝓceribus ĩſulæ ĩ eius loco ſufficiẽ:nec q̃ntũ regnauerit ꝯſtat.Hũc tñ ferũt ex dãnato coitu natũ.Vñ & clemẽs põtifex iura ſua repetiturus:ſtatĩ copias ſuas ĩ eo miſit.Quibus dũ Tãcredus reſiſteret:oĩa rapinis:& cedibus repleuit.Quaſobres:mortuo clemẽte Celeſtinus ſucceſſor:ut ĩtruſu; in regno domaret:Cõſtãtiã Gulielmi:ſeu ut aliis placet Rogerii regis filiã e mõaſterio panormitano occulte traxit.Eãq̧(licet ꝓfeſſam)Hẽrico quinto filio Federici barbaroſſæ uxorem dedit:hac lege & conditione:ut regnum Siciliæ & ultra pharum ei dotis nomine repeteret:feudatario cenſu pontifici reſeruato.Henricus igitur comparato exercitu:mox in Tancredum mouet.Cuius aduẽtu tertius Tancredus Neapolim ſe contulit:& ea in urbe ſe incluſit.Quem poſt multam obſidionem interfici iuſſit:Cui Gulielmus filius ſucceſſit.

Ioan.fratrem archiepm uicecomites uicarios suos in Mediolano cõfirmauit:a cæteris autẽ abstinuit:cum Bauarus tridentum petens italiã intraturus uiderẽ:qui pari modo & ipse in multis terris ecclesiæ uicarios impiali auctoritate constituit:uidelicet in uiterbio ioãnem de uico urbis pfectum:Galeotũ malatestã in arrimino:Antoniũ ferretanum in anchona:gentilẽ uaraneũ Camerini:Guidonem pollentanũ Rauẽnæ.Franciscũ ordelaphum forliuii & cesenæ:ioannẽ manfredu3 Fauentiæ & imolæ:atq3 alios per diuersa latinæ prouinciæ loca. Clemens aũt pontifex quosdã cardinales ex auinione Romã misit.Qui statum urbis cõponentes seditionibus sublatis petrũ saram colũnensem:& ioãnem Vrsi filiũ senatores declararunt:ac Nicolaũ publicũ scribam ciuẽ romanũ qui statum urbis in suã redegerat potestatẽ:& se ipsum tribunũ cõstituerat:cœperunt:& in uinculis cõiecerunt. Quapp timens pontifex ne italia tota flãma & ferro uastaref:bononiã statim uicecomitibus hac lege concessit:ut.12.milia nũmum auri singulis annis ecclesiæ ro.persoluerent: & pacem inter omnes cõstituerent.Deniq3 cum barbari & mauri ĩfideles utrãq3 hyspaniã: & germaniam lacerarent.Clemens hic pontifex:ad gerendũ bellum cõtra eos principes xpianos compulit.Qui contra hostes sæpe & fœliciter pugnauerũt:multisq3 eorũ cæsis: ĩnumerabiles triumphos egerunt:indeq3 cũ fœdus inter Eduardum anglorũ regẽ: & philippũ simil'r francorũ regem componere attentasset:frustra elaborauit:postremo in oĩbus boni pastoris officio functus:ãno dñi.1352. auinioni moritur:& a cardinalibus adhibita honesta funeris põpa ibidem sepelif.Hic itaq3 optimus pontifex cũ esset eruditissimus uir:& sæculariũ litterarũ non ignarus:ac iuris pontificii doctor insignis & declamator uerbi diuini famosissimus.Edidit quædã opuscula nõ indocta:in qbus sui ingenii uiuacitatem ostendit.E quibus ista sunt.Sermones uarii li.i.in approbatione caroli regis liber unus.Collatiões multæ li.i.Epistolarũ ad diuersos li.i.in canonizatione sancti yuonis confessoris li.i.incipit.Exulta & lauda habitatio.

¶ Andreas Dandulus.56.Venetiarũ dux Barto.duci hoc anno suffec. ac surrogatus ducauit annis.xi.& men.8.Vir certe sua ætate magni & excelsi cõsilii:sed & pro Francisci petrarchæ testimonio litterarũ eruditione doctissimus & magnificentissimus:cuius tpe cũ cretenses a suo Senatu defecissent:ipse suo ɔsilio suaq3 prudentia potiusquã armis rursus colla submittere coegit:nam stati3 classem in eos mittens leuibus certaminibus deuicit:& in fidem conuertit:indeq3 Clementis põti. hortatu triginta Biremes auxiliares in Mauros utrãq3 hyspaniã uastantes trãsmisit:& eos multis incõmodis & cædibus humiliauit.Pugnauit deinde nauali prælio cum genuensibus quos cũ primo conflictu superasset paulopost ab eisdem reassumptis uiribus philippo Aurei duce audacissimo superatus ac profligatus immo & laceratus turpiter fuit.Quo cõflictu Senatus Venetus chium insulam perdidit & Euboeam uix tueri potuit:Eo namq3 bello Veneti a genuẽsibus tantam occidionem susceperunt:quantam antea unqua3.Hic cum urbẽ Venetã multis & præclarissimis ædificiis cultiorẽ & clariorẽ reddidisset per trienniũ sæuissimam & generalẽ pestẽ sustinuit:qua quidẽ peste: ingentẽ multitudinẽ absorbuit.adeoq3 inualuit ut potius habitatiões habitatoribus quã hitatores eisdẽ carerẽt.Ex quã qdẽ cũ & ipse defecisset:apd sctũ3 Marchũ ĩ baptismali capella sepultus fuit. 1343 6541

Cretenses deffi ciunt

Venetorum profligatio

chium insula amittit

Lues maxĩa in Venetia:pisani luchã occupãt

Florentinorum strages

Galeotus malatesta

Gualterus urbẽ occupat

Angelus episcopus

plebs nobiles expellit

¶ Gualterius natione gallus Athenarum dux appellatus hoc anno a Roberto siciliæ rege in subsidium florentinorum cõtra pisanos missus:tyrãnidem ea in urbe florẽtia decẽ mẽses obtinuit. ipsi autẽ florẽtini cũ luchã urbẽ a mastino scaligero precio quingẽtorum ducatorũ emissent: a pisanis prius occupata fuit:quã ipsi florẽtini a scaligero intromissi fuerint:propter quod etiã pisani aduersus acri bellum susceperunt.Et prælio a florentinis contra pisanos cõmisso ingẽtem stragem florẽtini a pisanis acceperunt.Quare animo fracti:ad eundem mastinum & bononienses confugerũt: eo quod Robertus eis subsidium mittere non poterat:acceptis igitur a scaligero & Bononiẽsibus equitibus multis belli ducem galeotum malatestam sibi constituerunt.Qui cum magno exercitu in pisanum agrum accedens pisanos a lucha bellum amonere compulit:& lucanam obsidionẽ soluere fecit.Interea Robertus rex hunc Gualteriũ cum aliquo Equitatu ad florentinos misit. Qui artibus exquisitis populi gratiam occupans:malatestam tanquam belli ignarum deiicere curauit:atq3 id efficit: ut ipse a florẽtinis loco ipsius præficeretur omnibus copiis:ac sic per diuisionẽ ciuium egit & Equitum Dux: & urbis præfectus deletus fuit.Et ita istis officiis plenariũ urbis dominium occupauit.Qui pallacium ingressus:statim priores & alios urbis magistratus deiecit: atq3 inde cum quottidie multos passim interficeret:a ciuibus tandem inde pulsus est:nã angelus acciolus urbis archiepiscopus cũ uideret hoĩs sæuitiã & tyrãnidẽ: statim armatos ciues in epãtu accersiuit.Qui ad tyrannũ carẽtes patriam & ciuitatẽ illo expulso ĩ libertatẽ uẽdicauit.attamẽ ipm gualterũ pp bñficia ĩ urbẽ collata ĩcolumẽ cũ militibus & rebus suis abire uoluerũt:plebs uero ingrata (ut mos semp fuit) nobiles suos quorũ cõsiliis & armis libertatẽ cõsecuta fuerat: cõfestim urbes eiecit:& direptis eorum bonis ac domibus euersis eos perpetuo damnauit exilio.

¶ Andreas caroli hũgariæ Regis filius:hoc anno scilicet.1349.Roberto eius patruo siciliæ rege sine uirili sexu defuncto:suscepta Ioãna ipsi Rober.regis ex filio nepte uxore post Socerũ & patruũ suũ Robertũ regnauit in Neapoli & in toto regno siciliæ annis.3.Sed ipsa Ioãna post triẽnium cognita uiri sui secordia cõsentiẽtibus eius gnatis atq3 hortãtibus qui regnũ habitabãt:ipsum andreã maritũ & cõsobrinũ suũ laqueo interire fecit:& alteri cõsobrino nupsit:uidelicet Ludouico tarenti

principis oli filio:qué Roberti fratrũ fuiſſe docuimus.Ludouicus uero Hũgariæ rex & ipſius Andreæ frater ita Ioannæ ſcripſit:ioanna inordinata uitæ præcedens relatio poteſtatis in regno neglecta uindicta:& excuſatio ſubſequens necis uiri probant te fuiſſe participem & conſciam. unde Ludouicus cum paratiſſimo exercitu ad ulciſcẽdã fratris necẽ mox in italiã uenit:& primo ſulmonẽſes reſiſtere auſos ſeueriter domuit:ſubĩde ſeptẽtrionale bellũ regnũ illđ multis cõtẽtõibus attriuit.

¶ Ludouicus autem rex prædicti Andreæ frater ſulmone recepto oĩ regno facilime eſt potitus:Ioãna.n.& Ludouicus tarẽtinus uir ſuus fuga ſibi a principio cõſulẽtes in ꝓuinciam ſe receperunt: relicto ad cuſtodiam regni dirachino filio comitis grauinẽſis fratris germani regis Roberti quẽ Ludouicus rex hũgarus cũ oĩ præſidio a Ioãna relicto captũ capitali ſupplicio affici iuſſit: Ludouicus uero tertio mẽſe quo in italiam uenerat ĩ hungariã reuerſus eſt territus a peſte:quæ totã italiã triennio attriuit.Ita ut ex cẽtũ qbuſlibet uix.x.ſupſtiterũt:quo abeũte ſuos hũgaros ĩ ꝑſidiũ regni reliqt.

¶ Ioanna igitur de qua nunc eſt ſermo.Caroli calabriæ Ducis filia fuit:& Roberti regis ex primogenito ſuo neptis:nõ modo origine:& potẽtia ac moribus:ſed & robuſtiſſimo:inuictoq; aĩo illuſtriſſima fœmina fuit:& tam prudens & occulata in omnibus extitit:ut potius fraude q̃ ullo ingenio qs eam decipere potuiſſet.Hæc.n.lõga nimis:& cõſtãs admodũ fuit:qđ ſatis mõſtrauere in ea ſæuientis fortunæ inſultus:in quibus certe ſæpe multũ agitata fuit.Nã in primis ꝑtulit auſteros con iugum mores & ſiniſtram famam:ac põtificum minas ac inteſtina regulorum frattum diſſidia: & plurima extra bella:atq; alienis criminis fugam:necnon & nobilium ſuorum detractiones & alia plurima:quæ omnia forti pertulit pectore:& tamen omnia inuicto ſuperauit pectore:& animo. Et demum dyademate & regno in pace adeptis:ſtatim uirtute ualida inſurgens: adeo regnũ omnes celeſtorum hominum purgauit inſultu:ut non ſolum inopes : ſed & diuites & opulenti cantando die noctuq;:quo uelint ire tute poſſent.& quod maius etiam inſignes uiros moribus diſſolutos & incompoſitos:ad urbanos traxit mores.Erat enim illi mire eloquium:& grauiſſima facundia: atq; familiaris humanitas:pietas & mãſuetudo:necnon & maxima benignitas: ut non Reginam quis eam diceret:ſed ſociam.Ex quibus uirtutibus omnes illam non ſolum egregiam atq; cõſpicuã:ſed ſingulare italicũ decus quoad uixit fuiſſe dixerunt.Hæc enim Auinionem urbem ſuam Clementi pontifici uendidit:& pro eius ſolutione:feudum quod debet Regina romanæ eccleſiæ pontifex relaxauit.Vixit autem Regina hæc cum Ludouico rege marito ſecundo.26.annis.Ex quo nullã prolem peperit.Et cum Ludouicum etiam Andagauenſem francorum quondam regis filium ad ſucceſſionem regni adoptaſſet:a Carolo regio genere nato iuſſu Vrbani põtificis:anno domini.1382. capta & interfecta eſt.

Auinio ciuitas pontifici uenditur

5343 1344 ¶ Ioannes uicecomes Mediolanẽſium archiepiſcopus:hoc anno Luchino fratre defuncto Mediolanenſe regnum ſolus obtinens regnauit annis.xi.& menſibus.8.Matheus enim huius pr̃ cognomento magnus quinq; genuit filios:uidelicet Galeatium:Marchum:Luchinum : hunc Ioãnẽ & Stephanum:Galeatio autem primogenito accius filius fuit:qui eidem in regno ſucceſſit.Eo aũt ſine prole defuncto:cum Marcus ſuperſtes non eſſet:Luchinus(ut ſuperius dictum eſt)ſucceſſit.Et eo quoq; defuncto:cum antea Stephanus deceſſiſſet:hic iutegentium in regno ſucceſſit. Qui principatu inito:ut erat animo generoſo ingenioq; celebri:ſtatim Galeatium Stephani filium: & Bernaboue3 ipſius frattem quos Luchinus patruus depulerat:ad ſe redire fecit.Et eos honoribus & diuitiis plurimũ erexit.Inde cum uideret Galeatium adoleſcentem ſtrẽnuum & belli ſcientia clariſſimum:ſtatim militiæ ſuæ imperatorem cõſtituit.Qui dignitate ſuſcepta:ut erat animo excelſo:maxima incrementa ad ueterem regni ſui potentiam addidit.Vnde & ſecundo principatus ſui anno per arma Bononiam magnam & potentiſſimam urbem obtinuit.Quam & Romanus pontifex eidem aliqua lege permiſit:inde bellum contra florentinos & alias Ethruriæ ac flãmineæ ciuitates ſuſcepit:& eas breui temporis ſpatio aut ſubditas:aut ingenti terrore ſibi tribunarios fecit : cũq; Maſtini ſcaligeri filium ſibi fœdere & amicitia coniunxiſſet:in liguriam aciem direxit:& nõ multopoſt genuã ſaonã Naulum & reliquas maritimas urbes:cũ caſtris pedemõtium pari terrore ſuo regno adiecit.Quas obres non modo per italiam:uerum etiam per exteras nationes nominatiſſimus & formidabilis Ioannes iſte eſſe cœpit.Et propterea cum multi principum & regũ legati ad eum uiſendi gratia peruenifſent.Ita omnes cõmuniter & perbenigne ſuſcipiebat: ut more Augu ſti imperatoris ex amicis amiciſſimos redderet.Ita enim in ciuibus& ſubditis ſuis omnibus humaniſſime ſemper uixit.ut non modo dominium aut pontificem:ſed oĩum parentem diceres. Erat enim in delinquentes clemens:erga amicos & pauperes pientiſſimus:& ſemper liberaliſſimus:tãdem iuſtiſſimus hic præſul:& inuictiſſimus princeps omni genere uirtutis adornatus ſupradictum tempus regnaſſet:anno ſalutis noſtræ.1352.octobrio menſe mortem obiit:Mediolanı̃ in tẽplo beatæ uirginis Mariæ in monumẽto marmoreo adhuc extãte ſepultus fuit:ubi tale epigrãma habetur.

Quã faſtus q̃ põpa leuis q̃ gloria mundi
Sit breuis & fragilis:humana potẽtia q̃ ſit
Collige ab exẽplo q trãſis:per lege differ:
In ſpeculo ſpe mieo lachrimabile carmẽ
Qui ſim:q fuerĩ:licet q marmore claudar

Aſt quoq; cum caſtris pedemontis iuſſa ſubibant
Ianua q̃ ab antiquo quõdam iam condita iano
Dicitur & uaſti narratur gloria mundi
Et Saonenſis uas:& loca plurima quæ nunc
Difficile eſt narrare mihi mea iuſſa ſubibant

Anno Christi Anno Mundi

Sãguine clarus erã:uicecomes ſtirpe ioãnes
Noĩe nullus opes poſſidebat latius orbem
Præſul erã:paſtorqꝫ fui:baculũqꝫ gerebam
Imperio tituloqꝫ meo mihi Mediolano
Vrbs ſubiecta erat:laudẽſe ſolũ:placẽtia grata
Aurea parma:bona bonõia:pulchra cremõa
Pergama magna ſatis lapidoſis mõtibus altis
Brixia magnipotens:bobienſis terra tribuſqꝫ
Cumaꝶ tellus:nouaqꝫ alexãdria pinguis
Et uercellarum tellus:atqꝫ nouaria & alba
Tuſcia tota meum metuebat languida nomen
Per me obſeſſa fuit populo florentia plena.
Bellaqꝫ ſuſtinuit tellus peruſina ſuperba
Et piſæ & ſenæ timidũ reuerenter honorem
Præſtabant:meme metuebat marchia tota
Italiæ partes oẽs tenuere ioannem.
Nunc me petra tenet:ſaxoqꝫ claudor in iſto
Et lacerãt uermes & laniãt undiqꝫ corpus
Quid mihi diuitiæ:quid alta palatia proſunt
Cũ mihi ſufficiat paruoqꝫ marmore clauder.

¶ Nicolaus Rẽtii ciuis Romanus & publicus in ea urbe Scriba hoc anno:ut erat uir qdẽ magna nimus & ad libertatẽ romanã excelſi animi erectus:ad ſtatum regiminis ipſius urbis a clemẽte põtifice cõſtitutus mutare pro uiribus uolẽs:e Capitolio ubi erat publicus ſcriba: ſenatores eiecit. Et ipſe illud per arma occupauit. Quã ob cãm tm̃ beniuolẽtiæ & auctoritatis apud oẽs ſibi ꝯparauit: ut facile quo uellet mẽtẽ populi Rõani flecteret. Qui ut aĩos hoĩum cõmoueret: hũc ſibi accepit titulũ. Nicolaus Seuerus & Clemẽs:libertatis:pacis:iuſticiæqꝫ tribunus:ac ſacræ Romanæ reipublicæ liberator illuſtris. Quæ qdẽ uerba:tãtã de ſe:& admirationẽ & opinionẽ cõcitarũt:ut oẽs italiæ prĩcipes:ꝑ legatos pacẽ & amicitiã ab eo queſierint. Externæ quoqꝫ ꝓuiciæ Romanã rẽpublicã ex hoc reuiuiſcere putarũt. Sed parũ eius fucata gloria durauit:qa dũ parti uni ciuiũ cõtulit:parti alteri aduerſatus eſt. Vnde & repẽte de patrono tyrãnus eſt appellatus. Hãc obrẽ ſibi cauẽs ſeptimo magiſtratus ſui mẽſe ſpõte ſua:& oĩbus ſuis ignaris mutata ueſte Rõa ꝑ obſcurã uectẽ abiẽs: in Bohemiã ꝓfectus eſt:ad Carolũ ioãnis Regis filiũ. Qui ubi eũ recepit:ſtatĩ ĩ Auinionẽ uĩctuꝫ miſit:& põtifici dono dedit. Eo aũt ĩ carcerẽ a põtifice cõiecto:põtifex quoſdã cardinales Romã miſit:q urbis ſtatũ fractũ cõponerẽt. Ipſi ãt Cardinales Frãciſci petrarchæ cõſilio uſi:ad tollendas plebiũ ſeditiões duos ſenatores:ſcilicet Petrũ Sarrã colũnẽſem:& ioãnẽ urſi filiũ iterato creauerũt. 1345 6544

Titulus huius uiri

¶ Marſilius eius noĩs ſecũdus:Vbertini carrariẽſis filius:hoc ãno tertio calẽ.aprilis: p̃re defuncto: patauinæ urbis ſceptra ſuſcipiẽs:regnauit tm̃modo diebus q̃ttuor. Nã ubi cũ primũ regnarẽ cœpit. Iacobinus Vbertini patruellis conſpiratioñeꝫ ſuſcitauit:& eũ obtrũcare fecit. Quo mortuo: ipſe urbis primatum inuaſit. Et ut diu regnare poſſet: qnquaginta ex nobilioribus laqueo necari fecit: & multos ex carrariẽſibus urbe depulit: Qui Venetias fugiẽtes Andreæ duci & ſenatui ſe cõmẽdauere:ſedataqꝫ ſeditione:Carrariẽſes oẽs Andrea duce deprecante patritii Veneti creati ſunt.

¶ Montiſfretri regni principium.

¶ Gallaſſus ex nobiliſſima illuſtriqꝫ mõtiſfretri familia natus:his tẽporibus a Bauaro ĩperatore cõtra pontificem ĩ Vrbini ciuitate Marchiæ anchonitanæ:ſua auctoritate ĩperiali uicarius cõſtituit̃: & aduerſus rẽ eccleſiaſticã cõcitat̃. Nã ut p̃miſſum eſt:cũ Clemẽs papa Luchinũ uicecomitem & eius Germanũ ĩ Mediolano dictionis ĩperii uicariũ cõtra ipſum cõſtituiſſet. Et ipſe ĩperator pari modo ĩ ipſa urbini ciuitate:& ĩ tota marchia eccleſiæ ꝓuincia:multos ĩperii noĩe ꝯſtituit uicarios. Eo qd̾ hæc familia & antiqtate & potẽtia cæteris p̃ſtare uidebat̃. Eo igit̃ uicario ſic cõſtituto:cum oĩa bene & iuſte ac fideliter in futurũ rexerit:a pontificibus poſtea romanis confirmatus: ipam ciuitatẽ cũ Eugubio umbriæ Vrbe: tanquam ueri poſſeſſores eius poſteri pro eccleſia Romana ſub titulo uicariatus poſſederunt. Indeqꝫ propter eorum benemerita & ſeruitia eccleſiæ Romanæ collata:ſiquid cenſus ſuperioribus annis eccleſiæ ab eis perſoluebatur. Syxtus quartus pontifex maximus circa annum domini noſtri ieſu Chriſti.1476.eidem familiæ prorſus relaxauit: ac federicũ tunc dominantem ipſius urbis & aliarum ducem auctoritate apoſtolica creauit:ac ipſum & poſteros omnes in perpetuum confirmauit. Verum eius filius Guido Dux:cũ poſt patrem in ea fœliciter uiginti annis regnaſſet:hoc anno:qui eſt ſecundus ſupra quingenteſimum & milleſimum a natiuitate domini noſtri ieſu Chriſti a Valentino Borgia Duce Alexandri Sexti pontificis filio pulſus cum tota domo fuit. Ac ſic ferentani iſti ea in urbe:& cæteris cum maxima populorum ſuoꝶ gratia:ꝑ annos centum ſexaginta regnarũt. Quid futuꝶ ſit:ipſe qui oĩuꝫ eſt cognitor deus nouit.

¶ Vareneorum etiam regni principium.

¶ Gentilis itẽ ex celebri uetuſtiſſimaqꝫ uareneoꝶ familia oriũdus:& ipſe hac tẽpeſtate: modo ſimili:quo & galaſſus a Bauaro ĩpatore ĩ ciuitate Camerini:uicarius ĩperialis conſtitutus fuit. Qui cum nomine imperii uſque ad mortem imperatoris Bauari illam poſſediſſet. Eo mortuo a Carolo in loco Bauari ſurrogato:Gentilis hic urbem ipſam duobus cardinalibus legatis apoſtolicis ſua ſponte reſignauit.uerum tamen legatus uiſa hominis nobilitate eũ cũ reliquis ſuis in urbibus uicarios nomine eccleſiæ ꝯfirmauit:eo maxime:quia uiderat illũ Eccleſiæ Romanæ obſequẽtiſſimũ: Confirmatuſqꝫ tã ipſe quã poſteri omnes Varenei uſqꝫ in præſentem diem quiete & pacifice poſſederũt. Donec iulius Cæſar ultimus hoc anno qui eſt milleſimus quingenteſimus ſecundus a Valentino borgia Alexandri ſexti pontificis filio cum cæteris principibus pulſus eſt. Ipſam enim ciuitatẽ hi illuſtres uarenei in protectioneꝫ ſuſcipiẽtes ſua uirtute ſuaqꝫ prudentia cũ beniuolẽtia alioꝶ principum:ex poſt mirum immodum auxere. Et adeo:ut & populi frequentia:& opibus magni inter picentes

ter picentes

ter picentes ciuitates nunc primaria censeatur. Eam tamen illustrem familiam: maximam occidionem a suis ciuibus aliquando substinuisse compertum est. Nam aliquando a ciuibus suis conspiratione suborta: dum ipsi nobilissimi & clarissimi principes sacris in Basilica iteressent: omnes tā uiri quā pueri & infantes omnes ad unum usq; fuerunt interfecti. Sed cum aliqui subterfugissent: in regnum restituti: in futurum præcauentes: deinceps cum ciuibus suis iustissime & clementissime uixere. Quorum uirtute uniuersa ciuitas optime gubernata semper in quiete fuit. Eam. n. ciuitatem uetustissimam fuisse cognoscimus. Eo quod ad ipsam: ut Liuius libro nono refert. Fabii

6546 1347 maximi fratrē: q̄do motus Ethruscorū iuerat explorarū pueisse: & multo exceptū fuisse comitatu. Carolus quartus

CArolus eius nominis quartus. Ioannis Regis Bohemiæ filius: uigesimus secundus germanorum imperator: hoc anno iubente clemente pontifice: ab Electoribus imperator creatus: imperauit annis trigīta & uno. Vir multarum linguarum & litteraꝝ peritissimus: iustusq; & rectus ac timēs dominū: bonos diligēs: & malos sceleratosq; odio habens. Qui cum iustus esset: etiam nonnullas leges condidit: quæ adhuc extare dicuntur. Et carolino nūcupant̄. Ipse enim (ut diximus) cū christianissimus esset: ante imperii susceptionem Nicolaum scribam cæpit: & in Auinionem uinctum ad pontificem transmisit. Sed & Dirachium Roberti Regis nepotem: quem Ludouicus eius germanus & Ioāna ipsius Roberti neptis: ad curam neapolitani regni reliquerat: cæpit: & capitalicio supplicio affecit. Et propterea uno omnium consensu Cæsar & Augustus est creatus. Solus autem Bauarus princeps propter patris iniuriam: illi cer uicem subdere recusauit. Qui statim in Italiam descendens a iacobino carrariensi & mastino scaligero: Gonzagisq; ac uicecomitibus atq; aliis cisalpinæ principibus perbenigne exceptus est. Et in mediolanum secundum morem coronam ferream suscipiens: statim cum ingenti comitatu Pisas accessit: atq; ibidem legatos totius Ethruriæ obuios habuit: q̄ dicerent se paratos fore ipsius mādatis obtemperare. Cumq; Romam tandem cum ingenti comitatu & gloria peruenisset: a duobus cardinalibus eo ad eam rem missis coronatus & Augustus est appellatus: Quo incoronato statim omnia oppida ciuitatesq;: quas tyranni multi Bauaro instiganti occupauerant: ecclesiæ Romanæ eo mandante redditæ sunt. Eos tamen uicarios supradictos pontificis legatus in ipsis locis confirmauit: maxime quos uideret ecclesiæ romanæ obsequentes: utpote Galeotum malatestam. Guidonem polentanum in flamminea ferratenses in marchia uarenses in piceno: Ordelaphos āt non obtemperantes e Cæsena: Forliuioq; deturbauit. Quibus optime gestis Carolus in Germaniam rediit. Qui cum omnem ferme ætatem citro ultroq; ex italia in Germaniam eundo & redeundo consumpsisset: tandem ætate iam grandæuus saluti proprie consulens uinceslaum filiū natu grādiorē anno dn̄i. 1370. Cæsarē faciēs ī pii successorē sibi delegit: ac sic cū pr̄e fili⁹ īpauit ānis. 8.

¶ Ingens uapor magnitudine horribili borreali mouēs regione: magno aspiciētiū terrore per cœlū hoc anno uisus & delapsus est. Et sunt q̄ scribant hoc eodē anno quasdam bestiolas multiplicato numero ī oriēte e cœlo cecidisse: quarū corruptione & fœtore execrabilis pestilētia subsecuta ē.

6547 1348 ¶ Pestis lugubris & miseranda hoc anno īcæpit: & per tres annos pœne totum mundum debacchata est. Quæ primo in Asiam apud indos: ob easdem Bestiolas: incipiens passim per prouincias irrepens usq; in Britannos & oēs gentes adeo desæuit: ut uix decimus quisq; ex millesimo homine superstes remanserit: & plæraq; loca prorsus derelicta sunt.

¶ Iudæi omnes qui in Germania erant: his temporibus combusti sunt. Eo q̄ omnis regionis puteos intoxicare fuerunt annixi: ut multi eorum confessi sunt.

6549 1350 ¶ Ioannes francorū rex: hoc anno Philippo patre defuncto: francis regnare cæpit: & regnauit an. 25. Hic cū Eduardo Anglorū rege bellū a patre cæptū ꝓsequens: sexto regni sui anno in Pitiriensi Agro supat̄: & cū Philippo filio suo capit̄. In q̄ q̄dē clade. Gualterus Athenaꝝ Dux (quē apud florētinos tyrānidē exercuisse iā diximus) una cū uiginti milibus gallis īterfectus est. Verū tertio captiuitatis suæ anno: ipse Eduardus aī magnitudine motus: ioannē istū cū oībus captiuis suis hac conditione liberū fecit: ut nunquā cōtra se bellū mouere ꝓsumeret. Sed nō ita multo post fide fragus: ioānes hic pacē frāgēs & rūpēs. Eduardū ab ītegro Arma cape: & eū ad iternitionē ꝓseq īpulit. Armatis igit̄ centū & quinquaginta Rostratis nauibus: ingentē exercitū cōtra hunc ioannem in galliam duxit: & eum ac totum eius regnum maximis incommodis & occisionibus diu afflixit.

¶ Iacobinus Carrariensis: quē diximus Marsiliū īterfecisse: hoc eodē anno: postquā q̄ttuor annis regnauit: & ipse eius ex pellice filio īterficit̄. Cuius paricidii hæc causa fuit: q̄ gulielmus cū quodā Milite cōtēdēs: ab eodē spurius cōtumeliose appellatus ē. Qua cōtumelia permotus: & perturbatus: mox ut domini ingressus est: patrem in secreto accersiuit: & gladio eum impetens confodit: & interfecit: ac statim in templo diui patris Augustini eum secreto sepelliri fecit. Hoc enim gestum est: ut non euacuaretur uerbum Christi: qui ait. Qui gladio feriet: & gladio peribit. Canis Segnorius

6549 1350 ¶ Forestinus de forestis natione Bergomensis Abanus meus: uir domi nobilis: sed uirtute: & animi magnitudine certe nobilior: hoc ipso anno post multos a ioanne uicecomite: & magno Archiepiscopo ob consilii & īgenii sui magnitudine susceptos: & dignitates: ac præfecturas: apud Bergomum ortus sui ciuitatem grandeuus: & plenus dierum diem obiit: & ibidem in claustro sancti Stephani ordinis prædicatorum: celebri pompa sepulchro marmoreo adhuc extante sepultus est. Albuti⁹ filii frignanus patrem excludit

¶ Canem uero eius noīs secūdū Mastini scaligeri Veronæ principis filiū hoc anno patre defuncto. Vrbis principatū sumpsisse tradūt: in quo qdē principatu: uixit annis q̄dragintaduobus. Mastinus autē huius genitor: tres legiptimos genuit filios: Canē. s. hūc: Segnoriū & Albutiū: sed ex pellicibus multos: īter quos frignanus unus fuit uir audacissimus: qui anno q̄rto principatus patris: duꝫ ipse dominus pater: Belzanū Theutonicoꝝ oppidū recreandi aī causa se contulisset: cōspiratione īter ciues excitata: ipse urbis dominiū occupauit. Et canē ipsum patrē cū omnibus aliis filiis exclusit. Quo uiso: canis ut erat aīo p̄stantissimo: cōfestim adiuuantibus philippino gonzaga & estensibus: congregato exercitu suo: urbē obsedit: & post multas occidiōes in die carnisp̄riuii: urbē diu & acriter oppugnatā recepit: & confestim de ipso temerario rebelliqꝫ filio Fugnano: aliisqꝫ seditiosis suppliciū sumpsit. Veꝝ cū postea hāc obrem in ciues nimiū crudesceret: a segnorio alio: non filio sed germano: sequēti anno. s. 1355. die. 14. decēbris interceptus & obtruncatus fuit. Atqꝫ ita ipse segnorius cum cæteris fratribus cōsentientibus ciuibus urbis principatū sibi desumpsit.

Pr̄ filiuꝫ iterfecit fr̄ caneꝫ occidit

¶ Cometes hoc anno sub septentrione decembrio mēse apparuit: quo extincto: statim graues uētorum æstus subsecuti sunt. Et cælestis trabs: priore ardente parte: per cœlum labi uisa est.

¶ Philippus genuensis patritius ex nobili primariaqꝫ urbis familia auria nūcupata natus summæ prudentiæ: & eloqi admirādi uir: ac naualis belli peritia īsignis: cui certe in eisdem uirtutibus apud genuenses nō īueniebaẗ par: hisdem tēporibus a genuensibus suis contra Venetos naualis belli dux p̄ficitur: qui magistratu suscepto: cū audisset Venetos in græcia suorum classem confugisse: & decem eorum triremes captiuasse: ut erat īgētis aī uir: atqꝫ clarissimus imperator: repente ex Genua soluens in græciam traiecit: & mox uenetorū classem cū īgēti fragore & strepitu inuasit: ac uniuersam (post multos cōflictus) cū maxima hostiū cæde disrupit ac debellauit: immo & dissipauit: q̄bus gestis e uestigio Chyū īsulā uenetis parentē īuasit: ac uniuersa cū urbe: ut & armis recepit. Inde ad Nigropontē insulam traiiciens: ipsam & direptionibus & īcēdiis plurimū afflixit. Deniqꝫ cū ingenti hominum & rerum præda Genuam regressus. De captiuitate perpulchrū egit triūphum.

¶ Ludouicus Philippi Tarentinoꝝ principis filius: & Ioāne Roberti Siciliæ regis neptis maritus: 1352 6551
hoc anno postquā cōtra Ludouicū cōsobrinū: uidelicet: ungariæ regē Neapolis regnū obtinuit: regnauit annis. 26. Regnoqꝫ suscepto: pacē cū Hungaro renouauit. Et tūc Ioāna (ut dictū ē) i bēiuolētiæ signū Auinionensem urbē quæ sui patrimonii erat pōtifici Romāo uēdidit. Et pro p̄cio remisit pon. tantundē: quod ipsa pro feudo Apuliæ debebat quātū ipsa Auinionēsis ciuitas ualebat.

¶ Cælestis flamma post Solis occasum: hoc anno inter zephirum atqꝫ austrum latissime excre- 1355 6554
scens terribile quoqꝫ ostentans incendium: tandem cum magno murmure e cœlo ruit.

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Gerardum senensem sacri ordinis heremitarū diui Augustini sacrarum litterarū clarissimū interpretē: hac ipsa tēpestate admodū senē obiisse tradunt. Virū utiqꝫ eminentissimi īgenii & doctrinæ: & beati Egidii Romani imitatorem præcipuū: Qui cū esset in sacra theologia admodū doctus: inter cætera suæ uirtutis & eruditionis monimēta. Sup primum sententiarum acuratissime scripsit li. i. Deinde tractatus multos in primis p̄scriptionibus: & de usucapiōibus: & de usuris & de mōtibus florentinorum cæterisqꝫ contractibus opuscula edidit: q̄bus diuus Bernardinus conterraneus suus in suo tractatu de restitutionibus ut plurimum usus est. Hunc etiam tractatum Ioannes Andreas eius cōtemporaneus multis in locis suorum opusculorum: & maxime in mercurialibus plurimū commēdat: & allegat: Alia etiam eum scripsisse dicunt.

De usuris

¶ Gerardus item eius ordinis doctor & professor: patria Bergomensis & saonensis episcopus: hisdē tēporibus in p̄cio multo existēs: populo suo peste laboranti (ut bonū decet pastorem) magis p̄desse annixus q̄ p̄esse. Qui cum pontificii iuris eruditus esset. In sexto decretaliū in. c. de religiosis do. perpulchre cōmentatus est: Sed & alia multa in laudem suæ religionis cōscripta in lucem eduxit. Item magistrum sententiarum non insulse commentatus est. Super epistolam quoqꝫ ad hebræos li. i. scripsit. Super cantica canticorum mirabilem fecit expositionem. Connectens etiā Paulum apostolum Salomoni: & nouum testamentum ueteri librum unum. Cuius principium est: Alæ duæ Cherubin. Item duo quodlibeta parisius disputauit: atqꝫ alia multa edidit opuscula: quæ uidere non merui: Deinde & monasterium diui Augustini Saonæ: quod extra urbem erat: sua q̄si impensa intra urbem reduxit. Ii cuius deinde instauratione & amplificatione: & nos per sex annos plurimo sudore laborauimus: moriens deniqꝫ non sine magno sanctitatis nomine Bergomi iuxta maius altare sepulchro a se structo sepelitur.

Auctor huius opis auxit cōuētū suum saone imitator optimus diui augustini

¶ Gulielmus patria Cremonēsis: ipsius eremitaꝝ ordinis generalis prior: & postmodū Nouariēsis ep̄us: & ip̄e hæc ip̄a tp̄a: tū doctrīa celebri: tū moꝝ s̄ctitate: tūqꝫ īsigni eloquētia: plurimū decorauit: is nāqꝫ postea quā sexdeci annis generalatus officiū peroptime administrasset: a clemēte pōtifice maximo p̄pter ipsius excellentiam: & multarū rerū cognitionē Nouariēsis ecclesiæ ep̄us designatus fuit: ī quo qdē pōtificatu beatū patrē Augustinū imitaturus. i. sui ordinis f̄res secū h̄re uoluit. Cū q̄bus sacra faciēs canonicas horas nocturnas pariter & diurnas quottidie uigili cura exsoluebat. Deīde ī suo ep̄atu multa ædificia uetustate collapsa nō solū restituit: sed & cultiora reddidit. Et inter cætera Castellum in prædiis episcopatus maxima condidit impensa. Diui autem

patris Augustini corpus a Ioanne uigesimosecundo pontifice cum maxima priuilegii prærogatiua obtinuit:ubi & locum celeberrimum una cum sepulchro marmoreo celeberrimo construere fecit. Sed & Conuentum Cremonensem:ac Nouariensem ordinis nostri maxīa impensa auxit:ac alia prope infinita beneficia:hic totus uir ordini contulit. Corpus beati Augustini

¶ Antonius præterea Ramphegolus natione Genuensis:eiusdem ordinis professor & Theologus:ac Declamator sui sæculi famosissimus & celeberrimus:etiam ipse hæc tempora prædicādo & docendo:monēdo:& castigando clariora reddidit. Qui & christianis populis ad bene beateq; uiuendum uerbo:pariter & exemplo:quoad uixit incessanter uiam optime ostendit. Eius autem complurima Sermonū opuscula:qbus pdicatores:ut plurimū uti cōsueuerūt. De aliis nihil uidi.

¶ Philippus Monachus sancti Benedicti patria Bergomensis:uir in diuinis scripturis admodum studiosus & doctus:ac Aristotelicæ philosophiæ non ignarus:his temporibus cum esset ingenio pstans:scripsit nonnulla doctrinæ suæ opuscula:quibus nomen suum cum gloria posteris significauit. E quibus extat Opus magnum super Ethicam catonis libris multis. Incipit. Ad gloriam & laudem domini: Sermones etiam eum scripsisse dicitur multos.

¶ Benominus Bergomēsis medicus:ex Clusono oppido oriundus:per hoc tempus diuina quadam medēdi disciplina illustratus:oēs sui tēporis physicos excelluit. Ac quædā sui diuini ppe īgēii in medicina obscura multis qstiōibus ī librū explanauit. Itē aliū tractatū de uenenis cōposuit.

¶ Thomas florentinus medicus:diui quondam medici clarissimi filius:hisdem temporibus non inferiori ingenio fama ue patri subsecutus: Et ipse ex ingenii sui magnitudine summam pulcherrimam de arte medendi post se reliquit:alia quoq; eum edidisse ferunt.

¶ Bartolus saxoferratensis iurecōsultoꝝ sui sæculi:ac superioꝝ tēporū prīceps:& eiusdē pfessiōis copiosissimus explanator: Cyni quōdā:ac Iacobi Bothigarii doctorum discipulus & auditor : his quoq; tpibus uniuerso mūdo ea in doctrina famosus & admirabilis utiq; habitus est. Qui & p cæteris legū iterptibus ī Digesto nouo:ueteriq;:ac īfortiato:necnō & reliqs legū codicibꝰ pclarissima
6551 scripsit cōmētaria. In primis sup codice li.9. Sup.ff.ueteri li.24. Sup.ff.nouo li.12. Sup īfortiato li.14. Sup īstituta li.4. Tiberiadis quoq; librū unū. Consiliorū librū unū. De Guelphis & Gibellinis librum unum. Et alia quædam:obiit autem anno domini.1355. ætatis suæ qnquagesimo sexto.

¶ Franciscus Tygrini:natiōe Ethruscus:patria Pisanus magnus iuriscōsultus:per hoc ipsuꝫ tps & scia & uitæ sctimōia a pluribus laudatꝰ. Qui & ipe nōnulla ī legibus ꝯmētariola scripto mādauit.

6554 ¶ Franciscus de Albergotis:natione aretinus: Solidus legum explanator & doctor acutissimus. Bartoli amicissimus:& familiaris:ac imitator:p hæcipa tpa qdam extantia cōposuit documēta.

¶ Iacobus de alta uilla natione theutonicus:patria Rinaugensis:doctissimus sacrarū litteraꝝ professor:& magister:atq; philosophus:p hoc tēpus cū eēt īgenio celebri ornatus: nonnulla in diuinis edidit īsignia opuscula. E qbus extat sup snias opus egregiū li.4. Ac ēt qōnes uarias in libro uno.

¶ Ioannes de Ymenhusen:natione theutonicus:sacræ theologiæ īsignis & egregius doctor: per hoc tēpus cū esset eruditus uir:& īgenio promptus:& ipse scripsit qdā præclara uolumina nō spernendæ lectiōis:quibus permagnifice suum exercitans ingenium suum nomen æternitati commēdauit. De suis igitur opusculis:extant super sententias libri.4. Item Sermones liber unus.

¶ Petrus Bertorii : natione gallus patria pictauiensis:ordinis sancti Benedicti prior:uir in diuinis scripturis ualde eruditus & studiosus:ac declamator uerbi diuini ualde īsignis:hac tēpestate multa pclara uolumina scripsit. Et potissimū ad Ioannē de prato penestrinū epum & sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalem magnū & egregiū opus ī tribus uoluminibus distīctū:qđ Reptoriū morale inscripsit li.3. Incipit Reuerēdo ī Xpo pri dño. Itē reductoriū morale ī libris.4. cuius pricipiū est. Videre quoniā non solū. īductoriū morale li.3. Breuiariū bibliæ li.1. Item cosmographiæ lib.1. Sermonum etiam scripsit libros duos. Et alia quædam : titum liuium historicum magni laboris opus:ad instantiam supradicti ioannis francorum regis in idiomate gallico uulgarizauit.

¶ Leonardus de echifano:generalis minister ordinis minorum philosophus:ac Theologus sciētissimus:per hoc tempus cum eēt eruditissimus uir & sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis præsbyter:ex ingenii sui magnitudine scripsit super librum Sententiarum & ipse libros.4. Item in cantica canticorum li.1. Summam notabilem li.1. Et Sermones multos librum unum.

¶ Pollentanorum tyrannorum procursus in Rauenna.

¶ Guido pollentanus Bernardini filius : qui fuit Ostasii pollentani primi filius : qui pulsis ex Rauenna trauersariis nobilibus urbis Rauennæ:primus Dominatum per tyrannidem occupauerat: per hoc tempus:a legato clementis pontificis : in Rauenna dictionis ecclesiæ ciuitate : uicarius ecclesiæ constituitur: prout & alios supra memoratos: in Arimino : Camerino: Vrbino: Foroliuio: & Fauentia urbibus effecerat. Quam quidē ciuitatem : ipse Guidonus : & Antecessores:ac posteri:per annos centum quinquaginta sub perpetua dominationis tyrannicæ tenuere:a primo: uidelicet Ostasio usq; ad ultimum Ostasium qui eiectus fuit. Nam ipsi imperialis & Regalis Rauenna ciuitas:ab initio pulcherrima fuit:& generosis ciuibus illustrata:atq; ornata. Quos cum ex habundantia:& ocio insolescere cæpissent:etiam quædam dominandi cupido eos īuadere cæpit: unde ob hoc ipsi ciues sese multis iniuriis lacessere cæperūt. Et hinc cædes:atq; rapinæ:& nephāria

Ostasius bernardinus Pandulphus Lābert⁹ guido bernardīnus secūdus Ostasi⁹ secūdus oppizo aldronādinus azo Ostasius tertius trauersarii bichi pochepēni

facinora exorta: qbus ipsa gloriosa ciuitas in ruinā maximā ꝑlapsa est. Erāt īter cæteras cum urbe duæ familiæ potentissimæ: uidelicet trauersarioꝝ: & pollentanoꝝ: q̄ de principatu cōtēdere cœperunt: pro q̄bus factiones nō minime excitatæ sunt: cōtigitq;: ut aliquādo trauersarii pollētanos cū suis factionibus ex urbe eiicerūt. Et itidē pollētani contra trauersarios fecere. Qui pollētani uictores tandē effecti urbē totā sibi uendicauere. Et ut in dominio ꝑseuerarent: plebē: & reliquos ciues largitionibus profusis: & cōuiuiis affluentissimis allicere curabant. Erat tū īter pollentanos q̄dam Ostasius noīe eq̄stris dignitatis uir: ad oēm rem & facinus ꝓmptissimus. Qui cū uideret urbē in maxima discordia: ipsam per tyrannidē occupare nō dubitauit: ita ut pro libito: atq; arbittio solutis legibus ciuitatē regeret. Hic itaq; Ostasius primus tyrānus tres filios post se reliq̄t: q eidē ī tyrānide successiue successere: uidelicet: Bernardinus: Pandulfus: & lābertus: ab ipso Bernardino primo genito: huic guido. A quo alter Bernardinus: alterq; Ostasius. Deinde oppizo: a quo Aldronandinus: ab ipso aldronandino azo: & Petrus: quibus sine liberis defunctis successit Ostasius Oppizonis ꝑdicti filius: qui ostasius fuit omniū nouissimus: qui Rauennatis urbis dominationē tenuit. Hi quippe pollentani principes: seu Tyranni: ab initio suæ potestatis mōdeste iusteq;: ac benigne urbi præesse uelle demōstrarūt. Sed adepto imperio: q̄dā suspitio una cū sæuitia: & Crudelitate ita eos inuasit: ut sub ipsis ne dum Ostitare q̄squam auderet. Nā cū libere Dominari cœperunt. Nobilitas oīs perterrita fuit: Cū alios spoliarent: alios in Carceribus māciparent: aliosq; ꝓscribi facerēt. Exularunt tunc præ timore in primis honestissimi Trauersarii: Bichi: pochepenni. Et aliæ pœne innumerabiles urbis ipsius familiæ. E q̄bus etiam plurimi præstantes: & generosi uiri ultimo supplicio affecti fuerunt. Quamobrem lacessiti ciues multis oppressi calamitatibus: ne oīno una cum ciuitate omnes periclitarentur: pulso ultimo Ostasio huiusce pollētanæ familiæ principe: sese & ciuitatem in manibus Venetorum tandem in anno salutis nostræ .1441. tradidere.

Innocētius papa .208.

INnocentius papa eius noīs sextus: patria simonicensis: Stephanus antea uocatus iuris utriusq; doctor: hoc anno ī calendas decembris clemēti ponti. surrogatus: sedit an.10. 1353 6552
Integerrimæ uitæ: magnæq; cōstātiæ: ac seueritatis uir. Qui ecclesiastica beneficia: nō nisi religiosissimis uiris: & q̄dem doctis nunq̄ cōcedere uoluit. Qui inito pontificatu: statim sub anathematis pœna oībus epis: & reliq̄s ꝑlatis mādauit: ut ad sua beneficia ꝓficiscerentur. Ipse aūt ut cæteris esset exemplo: confestim impensam domesticā minuit: & familiā suā uirorū: uidelicet ꝓbatissimoꝝ: ad honestū numerū redigens. Et ut id cardinales efficerent: edicto acerrimo mandauit. Auditoribus ꝑterea sacri palatii salaria cōstituit: ne muneribus corrūpi ob inopiā possent. Hic in uictu suo parcus fuit: sed in bellico sumptu largissimus habitus est. Huius aūt suasione & prudentia īter genuenses & Venetos deniq; fœdus initū est. Multaq; ecclesiæ oppida & loca a Tyrannis iamdiu occupata: per Egydiū legatū suū repetiit: ac inter pisanos & Florētinos pacem cōposuit. Atq; tumultuante Romana urbe in credendis senatoribus: eorū discordiā optime sedauit. Atq; ab eisdem obtinuit: ut Senatorē ipse externū mittere posset. Et quinq̄gesimo nono anno salutis nostræ supra millesimū trecentesimū Raymūdū de gēte Ptolomea Senēsem primū exterriorū Senatorē Romā misit. Qui per annū Senatoriū munus gessit: & post eū Ludouicū de rhotha pisanū: & Hungarū Saxoferratensem: q semestrē uterq; senatū habuit: post eos Thomā Spoletanū: q solus per annū gessit. Ad cuius anni finē exorto tumultu creati sunt septē reipu. reformatores: qui senatus potestatē gesserūt. Ad quos deponēdos Hugonē lusignanū Cypri regē (ab expeditiōe in Mauros ducta reuersum) Senatorē misit. Et post eū paulus argēti comes capelli spoletāi senatoriā gessit. Cōstituerat quoq; classem maiorē ī īfideles mittere: sed multis aī ꝑturbationibus afflictus destitit. Quibus malis anno pōtificatus sui .10. mortuus ē. Et ī mōasterio diui andreæ cartusiensiū ordinis q̄d extra auinionem ipse propriis impensis extruxerat & dotauerat: sepultus est.

Hic securi ꝑcussus fuit multi cōplices interfecti

¶ Marinus falleranus huius noīs .3.57. uenetiaꝝ dux andreæ dandulo duci hoc anno suffectus: ducauit mēsibus .7. & dieb. 6. uir sane ambitiosus: atq; malignus. Qui dū sibi uniuersaꝝ rēpu. usurpare licētiā q̄sisset: a Senatu dephēsus & captus: atq; conuinctus: apud palacii magni scalā uniuerso spectātē populo Securi ꝑcussus: dignū maloꝝ suoꝝ ꝑmiū obtinuit: atq; cū eo nōnulli plebei cōplices: uidelicet Saplicada calderarius & bertucifredus: ac q̄dam alii: quos omnes in patibulo appendere fecerunt. Huius autem corpus nihilominus apud prædicatores honorifice sepultū fuit. 1354 6553

¶ Ioānes āt gradēico admodū senex post mortē Marini statī oīuꝫ bonoꝝ suffragiis .58. uenetiarū dux suffectus: ducauit āno uno: & mēsib. 3. uir q̄dē sapiētissimus: & diuinaꝝ hūanarūq; lraꝝ: ac Iuris ciuilis apprime eruditus: atq; tāto m̄ratu dignissimus. Qui pulsis & sopitis seditionibus Ro. suā optime ꝓ tēpore gubernauit: ueꝝ cū multi seditiosi ad Ludouicū Hūgariæ regē ex sua urbe cōfugissent: illū īpulerūt: ut cōtra uenetos arma suscipe. Qui taliū facinorosoꝝ ciuiū ꝑcibus ꝑmotus cū .40. armatoꝝ milibus & ipis seditiosis ī agro Taruisino descēdit: & Taruisinā urbē: ac ei⁹ agrū & populatiōibus: & īcendiis plurimū lacerauit. Quāobrem ueneta respu. intus & extra admodū cōquassata fuit. Hos autem cum innocentius pontifex ad sanitatē & pacē reducere tētasset: frustra laborauit. Deniq; & hic: cū maxīo reipu. suæ detrimēto deficiens apud minores Venetiis sepelit. 1355 6554

¶ Bernabos & galeatius uicecomites Stepha. quōdā filii: hoc anno Ioan. archiepi. & principe defuncto in Mediola. regno ambo pariter successere: qui principi suscepto: statim cū Vene. aliisq; sociis ciuitatibus 1356 6555

ciis ciuitatibus fœdus pcusserunt:sed paulopost cũ sola Genua maritima ciuitas ab eis defecisset: etiam & Bononia statim(legati suggestiõe)itidẽ effecit:quã cũ Bernabos recupandi eã bello acerrimo pmere cæpisset:legatus apostolicus(qui erat cisterciensis ordinis abbas)confestim in societatem belli accitis philippino Gonzaga:& Cane Scaligero:aliisq; plurimis dictionis suæ uicariis ad diuertendũ bellum in Brixianos duxit. Sed Bernabos Brixianorũ periculo pmotus: relicta Bononia & Rhegio in hostẽ pficiscit̃. Et apud mõtẽ clarũ agri ipsius Brixiani Oppidũ: inimicũ adorit̃. A qbus statim superatus & profligatus:ipse cũ paucis Brixiam trepidus se contulit. Atq; ab inimico etiam psecutus uix ibidem mœnibus se tutari potuit. His stãtibus rebus Galeatius eius Germanus mox mortem obiit:& filium unicũ ex Blancha Sabaudiani principis filia susceptũ noĩe Ioã. Galeatiũ post se hæredẽ dimisit:Rebusq; ecclesiæ sopitis:& Bononia omissa:cũ creuisset Io. Galeatius:ipse cum bernaboue patruo regnũ diuisit. In qua qdem partitione primo Bernaboui:Placẽtia:Parma:Cremona:Laudũ Crema:Brixia:Bergomũ:& Comũ: cũ dimidio Mediolano obuenit. Ioãni Galeatio uero Papia:Derdona:Bebiũ:Alexandria:Nouaria:Vercellæ:Ast:& cæteræ ciuitates ad alpes uersæ: cũ reliq medietate Mediolani obuenere:Bernabos autẽ tanq̃ ætate maior in Mediolano regni sui sedem posuit:Galeatius uero in Papia cõmorari statuit. Atq; eo mõ ambo regnarunt annis. 26. In qbus(ut fit)maximæ simultates & odia inter ipsos per tẽpora excandescere cæperunt. Tandẽ cum Io. Galeatius ad firmandam perpetuã pacẽ cum patruo(post primã uxorem)Catherinã consobrinam suam Bernabouis filiã duxisset uxorem. Et ab ea aliqñdo didicisset:multas ei mortis insidias a Socero Bernaboue fuisse intentatas:ipse ad præcauenda mala: anno domini. 1382. patruũ Bernabouem dolo cõpræhendit. Et in Triciana arce munitissima perpetuo carceri mancipauit. Vbi & paulopost animi dolore ægritudine cõtracta:uitã cũ morte cõmutauit:relictis post se multis filiis:ac filiabus:quorũ primus Carolus & Rodolphus secũdus: & alii. Ex filiabus uero uiridis prima fuit:quã leopoldo Austriæ duci cũ ingenti dote matrimonio copulauit: secunda uero Petro Cypri Regi:tertia autem Catherina prædicta Io. Galeatio consobrino matrimonio copulata est. Bernaboue itaq; captiuato:& in carcerem inhonestam coniecto: Ioannes Galeatius nepos:omnem regnum sibi subiecit:& filios bernabouis omnes e regno depulit.

Bernabouis pfligatio — *Galeati⁹ moritur* — *nepos cũ patruo diuidit ciuitas* — *bernabo ui ciuitas nepotis* — *bernabos a nepote cõpræhenditur* — *Viridis catheria*

6555 1356 ¶ Ioannes Delphinus quinquagesimus nonus uenetiarum Dux Ioanni Gradenico duci hoc anno suffectus:ducauit annis. 5. & mẽsi. 3. Hic uir prudentissimus habitus cum apud Taruisium contra oẽs campi puisor existeret:ex sui decreto Dux creatus fuit:qui absens statim sub Ducali bireto & principatus uexillo:uenetias concessit. Qui inito magistratu mox ab Hungaro pacẽ expostulans: eam perhumanissime ipse rex cõcessit. Quo timore liberatus mox contra Genuenses cũ imperatore græco fœdus iniit. Et ingenti classe comparata:euestigio ipsos Genuẽses inter constantinopolim & calchedinẽ adoriunt̃. At Genuẽses: licet iniquo aduersante uento a uespera unius diei usq; ad alterã diem hyemalis tpis contra uenetos pugnare nõ destiterũt: Quos ueneti: Genuẽses ipsi nihilominus superantes eos in cædẽ turpissimã dederũt. Dux aũt hic Genuensium uictoriam & suorum cladem iniquo perferens animo reintegrare classem cum auxilio cathelanorum dispõsuit. Vnde & sequenti anno:ad recuperandam suam uexationem: non longe a corsica Genuensium insula:per Nicolaum Pisanum hostium classem intercæpit:atq; uictoria parta: eorum quadraginta triremes uiris onustas demersit. Et maximum genuensibus damnum intulit. Tandem & hic princeps strẽnuus postquam hæc & alia plurima facinora tum contra Hungaros:tumq; cõtra genuẽses p suos duces strẽnue gessisset:uita functus apud pdicatores in maiori capella sepelit̃.

Venetorũ clades — *Genuensium clades*

¶ Belgæ ferocissimæ gentes his diebus iterato germãiæ fines igressi:nõ lõge a flumine rhenocentum milia bragmãorũ supant:& treuerensem & aqsgranũ:ac alias pcipuas eorũ urbes capiunt.

6556 1357 ¶ Terræmotus maximi adeo in hispaniã hoc anno fuerunt:& præsertim Sibyliæ & cordubæ, ut maxima earum urbium ædificia corruerint:& ingentem hominum multitudinem oppresserint.

¶ Egidius magnus Hyspalẽsis episcopus & Sabinus Cardinalis dignissimus:ex nobilissima Hyspaniarũ familia Carilla natus:hisdem temporibus ob res magnas strennue gestas:apud innocentiũ aliosq; summos põtifices maximo est habitus in pcio. Cuius uirtute confisus ĩnocẽtius:ex Auinione in italiam contra multos Tyrannos & ecclesiæ Romanæ rebelles comprimendos legatus missus est. Qui Ro. cum omni apparatu ueniens in primis Carolũ imperatorem coronauit. Quo ĩcoronato omnes urbes ẽt oppida:q̃ ĩ flãminia ĩ marchia:ac pmonio tyrãni ĩstigante bauaro occupauerãt;breui recepit: Attamẽ eos uicarios ecclesiæ noĩe ĩ ipĩs oppidis ĩstituit:& ꝯfirmauit:pacata hoc mõ flãminia:& pulsis ordelaphis forliuio: Ipe Egidius loco delectatus:ibidẽ ecclesiæ ærariũ: & suæ legatiõis sedẽ ꝯstituit. Vbi & cõstitutiões qsdã cõposuit pulchras:qbus ipa puintia adhuc utit̃: Cũq; oẽm pacasset Italiã:cũctosq; puiciarũ ppsos ad officiũ pontificis redegisset: necnõ & multas arces ædificasset:ĩ galliã successore habito reuersus est. Innocẽtio deĩde mortuo: Vrbãus põtifex eius successor iterato ad ruẽdã ecclesiasticã libertatẽ ipsum Egidiũ cũ sũma ptãte in italiam misit. Qui pontifici obtẽperans cum italiam uenisset: canem Scaligerum:Philippinũ gonzagam:Nicolaum estensem:& Franciscum carrarium: statim ad ecclesiæ Romanæ fœdera contra Bernabouem:& reliquos uicecomites. Qui omnes coniuncti aduersus ipsum bernabouem regium lepidi agitantem bellum gererent: Accidítq; tunc bernabouem cum omni suo

exercitu turpiter superari: & bonis omnibus expoliari: multosq; suorum procerum capi: quos inter fuere in primis Ludouicus uicecomes ipsius Bernabouis ex pellice filius: secundus Andreas pepulus Bononia pulsus: tertius Symbaldus ordelaphus: quartus Paulus mirandulanus: quintus Guido foliancus: sextus Azo corrigiensis: septimus Gulielmus caualcabos Cremonensis: hic tamē uulneratus in mane aufugit. Ac sic legatus hic Egidius profligato bernaboue totum uicecomitum statū in confuso posuit: Adeo ut de eo prorsus actū esse uideretur: Permoti nihilominus uicecomitum tanta calamitate Franciæ: & Cypri Reges suos legatos ad Egidiū tūc Cesenæ manētē miserunt: ortatū ut pacē uicecomitibus cōcederet. Quorum precibus permotus legatis uocatis ad se belli sociis: tādē ipsis consentientibus pacē liberaliter uicecomitibus reddidit. Cuius rei causa multi qui ab ecclesia discesserant: statim Egidio deditionē fecere. Deniq; cū Vrbanus pontifex ex Auinione Romā uenisset. Egidius hic rationē administratæ reipu. reddidit: statimq; legationi accessit: & pōtifice cū ex Corneto in lateranū associasset: Inde cum bona pōtificis gratia & licentia Viterbiū quieturus rediit. Vbi post tertiū mensem diem obiit. Et uenerabile eius corpus suū asysiū delatum in diui Francisci Basilica honorificentissime fuit: tumulo uidelicet a se dum uiueret constructo. Eius tamē cor e corpore excerptum in hispania delatū ex mādato suo fuit. Hic optimus ac christianissimus pater multa bona in Italia exemplo dignissima: & maxime Bononiæ cōtulit. Et primo nauille pro deuehendis urbi necessariis a Bononia usq; in padū magna impēsa fieri iussit. Inde ea in urbe Senodochiū seu Achademiā uel collegiū suis propriis bonis cōstruxit. Cui & itroitus magnos pro scolaribus hyspanis pauperibus perpetuo alendis assignauit. Filiabus uirginibus nubilibus quibuscūq; in uiterbio & asysio suo in obitu ipsis in urbibus inuentis: Dotes ex suis bonis constituit missas ad summā infiniti prope numeri pro anima ordinauit celebrari debere. Aedificia quoq; plurima maxime ī forliuio urbe & alibi magno sumptu ædificauit: ipsiusq; urbis post palacium amplissimum a se structū etiam forum permaximum lapide cocto strauit. Eius tandē ossa ex Asysio in Hyspaniam (concedente pontifice maximo) perlata fuerunt.

[margin: Ludouicus / Andreas / Symbaldus / Paulus / Guido / Azo / Gulielmus / oēs capti / Nauile / Senodochium Bononiæ / Dotes puellarum / missæ plurima / ædificia huius prælati]

Nicolaus Estensis eius nōis secundus Magnifici Obizonis uiri potētissimi filius: hoc anno (ut aiunt) patri una cū Alberto fratre in regno Ferrariæ & Mutinæ succedens regnauit cū ipso annis fere. 35. uir certe eloquentissimus: & multa clementia: ac liberalitate īsignitus. Qui licet de hostibus multos egerit triumphos: tamen semp claruit æquitate: & modestia: atq; constantia: ut nunquā uel prosperis successibus in solesceret: uel aduersis frangeretur. De quo certe iuxta sui nōis interpretationē dicere possumus: quia Nicolaus uictor laudabilis īterpretatur: quod ipse bene ostendit. Quia oībus in rebus semper uictor extitit. Et non modo contra extraneos hostes. Verum ēt contra ipsa sua peccata: & uicia conflixit: & de eis mirifice triūphauit. Ac ēt pro tuenda ecclesiastica libertate plurimū insudauit: & laborauit: ac depugnauit. Et quā maxime cōtra Bernabouem uicecomitē plurimos gessit cōflictus. De quibus semper uictoriā reportauit. Et primo (ut dictū est) illud apud montemclarum agri brixiensis oppidū: ipsum bernabouem turpiter fudit: ac profligauit: Aliaq; uice uictum & saucium fugere coegit multis e suis captis. Eam ob rem multis cumulatis diuitiis. Fauentiam urbem ab Haucuth gallo imperatore uiginti millibus nummū auri emit. Inde ut ipsam ciuitatē facilius continere posset: ab eodē etiā Bagnacauallum noui nominis castellū emit: quātū haud multo post (Austorgio māfredo eā proditiōe adipiscēte) amisit. Hic ipse multa beneficia ciuitati suæ ferrariæ cōtulit: & ipsam multis ædificiis clariorē reddidit. Qui cū nullū superstitem ex se filium reliquisset. Nicolaum Alberti fratris filium successorem habuit. Hunc ferunt fuisse pedibus claudū.

[margin: Bagnacaualllū oppiduȝ]

Paganus genuensis ex illa primaria præclarissimaq; urbis familia Auria natus: uir bello gestis clarissimus: & cum omni antiquitate merito comparandus: quem certe genuenses ipsi alterū temistoclem græcum: sua in patria merito appellare uiq; possunt. Hoc anno a suo genuēsi senatu classis maritimæ generalis imperator delectus: cum audisset imperatorem græcum una cum aragonum rege & Venetis contra rempu. genuensem conspirasse: ac classem permaximā contra eos cōparasse: atq; in eam classem quantas poterant copias congregasse: & cum eisdem contra genuenses iam insurrexisse. Ipse ut erat animo excelso & intrepido uir: magnam suæ uirtutis dedit experientiam. Nam cum sexaginta tantum triremibus tantam classem inter constantinopolim: & calchidinem aduersante etiam sibi uento intrepidus cum ingenti ac trepido animo expectare non timuit: & omnes eorum impetus infracto animo sustinuit. Et licet ipsi hostes potentiores: & multo plures: licet uentum contrarium: licetq; mare infestum haberet. Contra eos tamen magnanimus hic imperator a uespera diei usq; mane hyemali etiam tempore pugnam sustinuit. Atq; ita de eis tandem gloriosissimam uictoriam cum ingenti hostium cæde obtinuit. In qua græci fugiētes: Veneti ipsi: ac Cathelani magnum damnum ac suorum cædem innumerabilem atq; confusionem non modicam pertulerunt. Præfecto cathelanorum occiso. Sequenti autem anno cū Veneti & cathelani inscio pagano apud Corsicā insulam genuenses aggressi fuissent: & quadraginta eorum triremes hominum honustas cæpissent ac demersissent: paganus hoc audiens: tantamque suorum cladem iniquo animo perferrens. Ab integro maximam etiam sibi comparauit classem. Cum qua in græciam traiiciens: apud Sapientiam: peloponnensi promontorium: Venetos aggreditur: & mira fœlicitate eos superauit: & profligauit: ac Nicolaum Pisanum eorum

[margin: 1360 6559]

[margin: Vide hic magnā genuēsium uictoriam / Alia maior uictoria / pisanus captiuus genuam ducitur]

eorum præfectum cum quinqꝫ millibus uiris captum genuam cum multis eorum triremibus: ac innumerabilibus diuitiis cum magno triūpho perduxit. Ac sic paganus hic īclytus impator nō solum patriæ: sed & totius græciæ quoadvixit saluator est appellatus: & non modo quæ diximus: sed alia innumerabilia facinora strennue: & fortiter gessit. Quæ in annalibus genuensium diffuse habentur: pro quibus immortalem: & æternam consecutus est gloriam. Nam uelut alter Themistocles iste de instantibus quibuscunqꝫ uerissime iudicabat: & de futuris ꝙ̄ calidissime coniiciebant.

¶ Laurentius celsus sexagesimus Venetiaꝝ dux. Ioanni pdicto duci hoc anno suffectus: ducauit an. 4. Vir & ipse naualis belli īsignis: q ī classico bello multa strēnue gessit. Qui cū classis pfectus eēt: & nō lōge ab urbe Veneta psisteret: absens oīuꝫ psensu dux ē electus. Qui sua sapiētia licet īcōmoda multa & maxīa a genuēsibus ptulisset: nō minora & ipe iisdē ītulit dāna. Moriēs deniqꝫ cū multo reipu. dāno & īcōmodo: apud sanctā Mariā cælestinoꝝ sepelit. ¶ Boemoꝝ heresis.

1360 1361 ¶ Taboritaꝝ pniciosissima heresis: īmo dyabolica: & cōsumata secta: hac tēpestate in praga prīaria Bohemiæ ciuitate ab īcerto auctore initiū sumpsit. Sūt tamē q dicant quēdā Ioannē ius huius īdignitatis auctorē fuisse. Hi nāqꝫ Taboritæ sic nūcupati ad imitationē primitiuæ christi ecclesiæ ī oībus uiuere cōstituere: & oīa in cōmuni tenere: fratresqꝫ inuicē se appellare: ita ut ꝙ uni deesset: alter in oībus subministraret. Sed eoꝝ breuis feruor charitatis existens cito defecit: ꝙ in eodē uiuēdi mō pseuerare potuerūt. Qui a principio p alemaniā discurrētes oīa uiolēti manu rapiebant: & expoliabant: & hoc tātū in cōmune ponebāt. Tādē ultra modū multiplicātes: quendā Bohemum uirū nequissimū nomine ziscā sibi ducē cōstituerūt. In quo pditissimo hoīe: nihil diuinitatis: aut religionis: aut æqui inerat. Ab hoc itaqꝫ fideles catholici sæpe uicti fuerūt. Ciuitatesqꝫ eoꝝ nonnullas īcēdit. Monasteria ue & sacras ædes exussit: ac earū sacerdotes plurimos interfecit. Horum itaqꝫ hereticoꝝ secta pestifera & abhominabilis pfecto est: etiā ultra quā dici potest. In primis Romanā ecclesiam nolunt habere primatū: aut sacerdotes qcquā habere proprii. Deinde imagines christi: & sanctoꝝ ubiqꝫ delent: tertio purgatoriū nullū affirmant: qrto nihil sanctoꝝ pces prodesse mortalibus asseuerāt: qnto festū diem pter Dominicū & paschalē: non agūt: sexto ieiunia oīa spernūt: septimo horas canonicas derident: octauo Eucharistiā sanctā statuerūt sub specie panis & uini oīno fieri debere: & eandē & paruulis & demētibus īdifferenter dari debere. Nono statuerūt: ut sacramentū conficiētes nihil aliud ꝙ̄ orationē dominicā & uerba cōsecrationis dicerent. Sed neqꝫ uestimenta ulla mutant: aut ullos paramentoꝝ ornatus assumunt. Decimo: ꝙ qttuor tantūmodo ecclesiæ sacramenta: uidelicet baptismū: eucharistiā: matrimoniū: & ordinē admittūt. De pœnitētia uero nihil prorsus sentire uolunt. Deqꝫ cōfirmatione: aut extrema unctione pœnitus nihil. Vndecimo nullā aquā benedicere uolunt: affirmātqꝫ baptismū fieri debere simplici aqua. Duodecīo ꝙ Cimiteria cōsecrari oīno debere dicūt: īmo cōsecrantes despiciūt. Tertiodecimo: ꝙ suorū mortuorū cadauera in cāpis sepeliunt: cēsentes uanū esse p mortuis orare. Quartodecimo: ꝙ monasteriorū ordines dicūt fore dyaboli īuentiones. Quintodecimo: ecclesiarū & altariū cōsecrationes deridēt: affirmātes: ꝙ in oībus locis passim cōficere eucharistiā possit. Sextodecimo: ꝙ nolūt eoꝝ sacerdotes coronā portare debere: sed solū barbā nutrire. Nihilqꝫ eis ī altari offerūt. Decimoseptimo: ꝙ decimas oīno damnāt: suis tamē sacerdotibus puident: de frumēto: ceruisia: lardo: leguminibus: lignis: & omni suppellectili. Addūt quoqꝫ ipsis sacerdotibus ī singulis mēsibus: ut unusqsqꝫ caput sexagenā soluat. Nulla maior his hereticis cura est: ꝙ̄ sermonis dei audiendi: & si qs negligēs est ad audiendū sermonē: ex statuto eum uirgis cædunt. Cumqꝫ in praga ciuitate pmanere dubitarent: oppidū quoddā pugnacissimū non longe ab ipsa urbe sibi cōstruxerunt: in quo inter cætera ligneam domū extruxerunt: quam templum suum appellarunt. In quo prædicare populo iusserūt: ac legem omnibus diebus exponi: ubi etiam altare unicū extruxerunt: nō tamē cōsecratū aut consecrandum: ex quo sacramentū plebibus exhibēt. Ibidē (ut ita loqr) tot emerserunt hereses quot capita: hos tñ plurimi & maxie Sygismūdus ipator cū exterminare oīno non posset: & si sacrilegos scelestissimos nosceret: tamē ipse solus ciuitate donauit. Quæ res magno dedecori & sibi & toto bohemiæ regno fuit. Habitant isti pluribus in locis: sed potissimū in sobostaniam atqꝫ in decumanaꝫ danubii fluminis insulā. Ad quos Nicolaus papa eius noīs qntus pium secundū pontificē maximū dum in minoribus esset: legatū suo Federiciqꝫ imperatoris noīe misit. Et maxime a quodā Domino de Rosemberg ex nomine tanquā uirū optimū uocatū. Ad quos cum accessisset. Dixit Cæsari cū reuersus fuisset. Non esse in toto mūdo gentem monstruosiorē Taboritis istis: asseuerans oēs hereses ad ipos migrasse credebat: qs uidelicet ab initio nascētis ecclesiæ usqꝫ in suum diē pestifera īgeia seminauerāt. Referebatqꝫ idē legatus pius postea papa: ibidē Nicolaytas eē: esseqꝫ & arrianos: Deinde Manicheos: armēos: nestorianos: berēgarios: paupes de Lugduno: & pcipuos ibidem fore uualdēses: qui qdem uualdenses sunt præcipui Christi Iesu uicarii & ecclesiæ Ro. inimici. E qbus dum idem legatus exiuisset: affirmauit: se ex inferno inferiori omnino exisse.

Hereses historiꝫ successiue hic narrantꝰ

5559

Sobostana & Decumana insula

¶ Zischa autem quidam Bohemus heresiarcha pessimus: huius pestiferæ sectæ dux existens: tanta mala īfidelibus christianis per Alemaniam: hungariam: & bohemiam exercuit: quanta ulla hominū memoria unquam nouit. Ab hoc sæpe fideles uictos fuisse tradunt: sæpeqꝫ christianorum cædes. Cōplures ciuitates exustas: diruta mōasteria: prostitutas uirgiēs: sacerdotes occisos: & alia

prope infinita mala inflicta. Hic alterum oculũ in pueritia pdiderat: alterũq; hostili sagitta cõfixus amisit. Qui iter cætera oppidũ pdictũ in bohemia haud ppe a praga urbe pro Asillo sibi suisq; delegit: locus certe & situ & arte pugnacissimus: q duplici cingit muro: muniturq; crassissimis turrib⁹ & aliis ppugnaculis: Domos tamẽ parietes in eo oppido: aut lignei aut lutei habent. Quẽ quidẽ zischã nõ solũ monoculũ: sed etiã oĩno cecũ: ipsi Taboritæ heretici seq̃bãtur ducẽ: sed neq; absurde quidem: ut dictum saluatoris nostri in eis impleret. Qui ait: si cechus ducatũ pstet cecho: ambo in foueam cadunt. Hic post infinita mala facinora strennue gesta: dũ morti pximus esset: istiq; heretici Thaboritæ consultarent: quẽ post se ducẽ sibi designaret: postquã inquit mortuus fuero: excoriate corpus meũ: & carnes uolucribus date: ex corio uero Tympanũ facite: atq; hoc ĩ plio uestro ducẽ habeto. Nã quouis locorũ theutones sonũ eius audierit: mox terga dabũt: Zischã ẽt in Tympano formidãtes. Qui postquã obiit: alii pcobiũ quendã sibi ducẽ delegerũt: alii uero tãtũ eius memoriam dilexerunt: ut neminem existimarent dignum: qui tanto duci succederet. Hunc igitur pestiferum hominem Thaboritæ isti Heretici ueluti numen præcipuum habuerunt. Et quamuis picturas omnes abhominarentur: huius nihilominus picturam semper religiose collere uoluerunt: & honorem quem Christo domino nostro denegabant: huic uiro concedebant.

Vide testamẽtũ pessimi hoĩs

¶ Rochezana autẽ qdã Boemus hereticus: & postea prædictorum hereticorũ: atq; alioṝ fautor: & defensor: uir magnus doctrinæ & eloquentiæ: atq; ingẽtis ĩgenii post hos dies populariter ĩ pragensem archiepiscopũ electus: tanquã arrius olim hereticus: maximũ damnũ uniuerso Bohemico regno intulit: Is nãq; in primis Romanã Ecclesiã suis Sermonibus carpere cœpit: eãq; totam errare dicens: potissimũ dum necessariũ oĩbus fidelibus utriusq; sexus cõmunionẽ affirmaret. Et ĩ hoc aliquas ueritates se habere cõstabat: qbus Ro. ecclesia cõtradicit. Qui cũ eẽt uir audacissim⁹ uideretq; plebeã in suũ fauorẽ inclinatã: negante põtifice Ro. suo ausu temerario in pragensi ecclesia sibi episcopi nomen assumpsit: cuius sane cathedra nõ pontificalis: sed pestilentiæ fuit. Nã pro posse totã sedẽ apostolicã confundere pcurauit: & nouos ritus ĩducere nõ destitit. Ex praga igitur in primis fratres Minores sancti Francisci oẽs turpiter eiicit: Inde & Sacerdotes: si qui bene de fide sentiebant: infinitis contumeliis affici iussit: immo in manibus hereticorum suorum reposuit. Ibidem nũquam christiana religio magis oppressa fuit: quam sub isto perfido homine: sicq; regnũ illud Bohemicum nobile quidem & olim opulentissimum: ab hereticis perfidis ex integro gubernabatur: quod ante inauditum certe fuit: hoc enim tempore omnis nobilitas: omnisq; plebs Rochezanæ parebat: quoniam ipse princeps: ipseq; caput totius quasi regni habebat. Nemo huic pestifero homini etiam in minimo contradicere audebat. Vnde & infiniti prope in toto regno insurrexerunt latrones: qui plurimas contriuerunt ciuitates.

¶ Hischra item Bohemus quidam latro: uir non alto loco natus Sygismundo imperante Rege: ex infelici horum hereticorum tẽpestate surrexit. Homo certe multa ui animi: & corporis potentia ĩsignitus atq; illustris. Qui suo ĩgẽio partẽ hũgariæ sibi subiecit: & multa plia ibidẽ uaria fortũa cõfecit. Qui cũ paucis magnas hostiũ copias sæpe fudit: sæpeq; uictor & raro uictus. Tandẽ anno domini. 1390. cũ multa latrocinatus fuisset: proceres Regni: Rege Poloniæ mortuo ipsum Regni gubernatorẽ cõstituerunt: ipse. n. multas religionis illius ciuitates: diutinæ & miserãdæ seruitutis iugo cõtriuerat: nouissime cũ latislaus Rex paruulus Sygismũdi augusti ex filia nepos paternum regnũ suscepisset: data huic Hischra aliquãtula pecunia oppidis cessit: erat nihilominus hic uir pmagnificus suiq; sæculi nõ parũ decus. Qui quoaduixit: semp partes regis latislai paruuli apud Hungaros tutatus fuit. Eoq; pacificato: cũ Hungari qeturã terrã post longas bellorũ calamitates sperarent: minime superis uisum fuit: quia nouus latro huic successit: de quo etiam mox dicemus.

¶ Axamith Bohemus nouus latro cognomento sic uocatus: quod latine uillosum sericum sonat post Hischram prædictũ noua plia in Hũgaria miscuit. Qui cũ iter mõtes & siluas: quæ Poloniam ab hungaria disterminat diu latrocinatus fuisset: multa facinora in Hũgaria gessit: hic in primis obscura domo uilibusq; parentibus ortus fuit: qui tanquã audax homo. s. manu & ingenio prõptus: postquã Hischrã seu gischrã pdictũ latronẽ sepusio amotũ audiuit: terramq; illã milite uacuã agnouit: mox cõgregata non parua latronũ manu: quasi in eius locum ipse suffectus regionem inuasit: duabusq; Arcibus natura & arte munitis receptis: statim ruriculos: ĩ apertis Ruriculis seu uillis cõmorantibus igne & ferro territos ministrare uictui necessaria coegit: cũq; munitiones aliquot locis opportunis construxisset: atq; in his psidia collocasset: plurimas ciuitates munitas sibi tributarias fecit. Deinde astutus homo: qa in potenti regno diu crassari sine magnis copiis se non posse intellexit. Ad ingenium Bohemicum rediit: & pulchram fallaciam commentatus est: qua latrones uniuersos ex proximis regionibus ad se traxit. Ex quibus quinq; milium pugnatorum exercitum conflauit. Vnde non solum sepusenis: sed & uniuersis hungaris mox se terribilem: & formidabilẽ præbuit. Neq; Ioannes uniades: qui tunc regni gubernator fuit: istius impetum cõpescere potuit. Qui & si maiores sæpe motus sedauerit: maioresq; hostes regnum ingressos deleuerit: non tamen latronis istius conatibus obuiare præsumpsit. Eidem etiam nonnulli regni barones clam manus porrigebant. Eam ob rem latislaus tunc rex puer conuentum habuit: sed quomodo eo in conuentu res acta fuerit: sciri non potuit.

¶ Vgolinus

Anno Mūdi Anno Christi

6561 1362 ¶ Vgolinus Gonzaga Mantuæ princeps: hoc anno a fratribus suis interficitur. Cum tamen illi astrologus quidam prout Iulio Cæsari: & diem & horam & necem prædixerit.

¶ Carolus imperator: hoc anno magnū ꝓcerū suorū conciliū in germania habuit: ubi īter alias constitutiones: hanc optimā de regū & imperatorū creatione edidit: ubi hoc p̃cipuū statuit: ut qui de cætero ad Cæsareā aspiraret dignitatē: etiā uariarū linguarū peritiā haberent: & p̃sertim latine: italice: gallice: liburnice: & germanice tenerent. Vt deinde creatus imperator: uariis linguis: quibus postea præesset: sine īterprete respondere posset. Sic & Mitridates rex pontificē fecisse dicebat. Affirmabat sapientissimus imperator prudentiam in primis cæterarum uirtutum Ducem esse: q̃ aurigante: imperii habenæ consultissime moderarentur. Qua ipse duce: nihil insipienter ab imperatore ageretur. Ac sic nūc tertiodecimo huic libro finem imponemus. Cū ea quæ sequuntur: ꝓpter nouas religiones & maximas scismatum perturbationes longiorem exigant orationem. Lex bona Vt cæsar sciat uarias leges

LIBER QVARTVSDECIMVS IN SVPPLEMENTVM SVPPLEMENTI CHRONICARVM A PRIMO AVCTORE NOVISSIME CONGESTVS: ET ACCVRATISSIME REPERCVSSVS: HIC FOELICITER INCIPIT.

VRbanus papa eius noīs. 5. patria lemonicēsis Monachus sancti Benedicti. Gulielmus antea uocatus: sanctiq; uictoris apud Massiliā Abbas: tunc ad uicecomites in italiā legatus degens. Innocētio pōtifici hoc āno suffectus: sedit annis. 8. & mēsibus. 5. Decretorū doctor: & singularis uirtutis: ac uitæ sanctissimæ uir. Qui pōtificatu suscepto: ad tuendā libertatē ecclesiasticā: & ipse animū adiecit. Et Egidium hispanū sicut dictū est: iterato cū maxima auctoritate legatū in italiā misit. Qui Bernabouē uicecomitē deuicit: & omnia in pace redegit. Quibus gestis: ip̄e pontifex quinto pontificatus sui anno Romam uenit: Vbi & multas ædes: tum ibi: tū q; Viterbii: & mōteflascone cōstruxit: ibidē etiā apostoloꝝ capita diu q̃siuit: tādem apud sancta sanctorū inuenit: & locellis argenteis cōdens in lateranēsi basilica apud ipsius maius altare: cū magna ueneratione p̄sente populo collocauit. Desierāt. n. in honore eē pp hominū ignorātiam. Crucē ēt cōtra turcos p̄dicari iussit. Ad hūc. n. beata Brigida Suetia principissa: a xp̄o p̄monita: Romā uenit: cui Regulā ab ea reptā cōfirmauit. Insuper & ioānē Haucuth e Roma recessurus: anglicis copiis tandē p̄fecit: quas. s. Egidius legatus in italia cōseruauerat: & eum Bononiæ sub legato Vrbāus Papa 209. Capita apostolorū īuēta

6563 1364 romādiolæ reliquit. Et his gestis cum in galliis reuersurus esset: apud Massiliam defecit.

¶ Pisani qui superiori anno cōtra florētinos bellū sumpserant: hoc anno a florētinis Galeoto malatesta duce: adeo terribili conflictu ꝓfugati: ut ad spectaculū florētini populi mille pisanorū florētiam in curribus importati per uniuersam urbē ignominiose uecti sunt. Quamobrem pisani ī Gābacurtos eorum ciues p̄potentes omne crimē retruserunt: q; pecunias reipub. subtractas militibus nō persoluissent. Et iccirco ioannē angelū exulē Bernabouis uicecomitis amicū reuocarunt. Qui ueniēs Gābacurtos ciuitate expulit. Et ciuitatē omnē breui in suam potestatē redegit: pontifex tamen postea inter pisanos & florentinos pacem composuit.

6564 1365 ¶ Leopoldus. 7. austeri Dux: admodū inclitus & potens hoc anno adhuc iuuenis. Viridē illustrē uirginē Excellentissimi Bernabouis uicomitis primogenitā accepit uxorē: ad quā desponsandam eius germāus decimooctauo mēsis Februarii cū magno apparatu Mediolanū uenit: & uigesimo tertio eiusdē mēsis nuptias magnificētissime celebrauit: accepitq; idem sponsus dux dotis noīe cēties mille florenos Renenses. Ducta deniq; uiridis spōsa in austria ad uirū: ipse Maritus leopoldus ex ea suscepit quinq; liberos superstites. Inter quos diuus Hernestus postea patris successor: & pater serenissimi imperatoris Federici tertii: & auus Maximiliani nunc germanorum ac romanorū regis qui duas duxit uxores: primam uidelicet Catherinam incliti Caroli burgundiæ ducis filiam unicam: secundam uero nunc superstitem Blācham Mariam uicecomitem sfortiam illustrissimi Galeatii Mariæ ducis Mediolani filiam: de quibus infra dicetur. Virides sponsa Dos magna Hernestus dux īpatoris Federici pater

¶ Marcus Cornelius sexagesimus primus Venetiarū dux post Laurētiū ducē: hoc anno princeps electus ducauit annis. 3. Vir nō modo doctus & eruditus sed & multæ eloquentiæ insignitus: quas obres ꝓsæpe a Senatu legatus & orator emittebatur: & dum aliquando apud Carolū Cæsarē legationis officio fungeretur: cōperta idē imperator hoīs eruditione atq; eloquentia ipsum sua sponte equestri dignitate insigniuit. Hic itaq; Magistratu inito bellum contra hungaros iamdiu sopitum denuo excitauit: quod & optime per omnia gessit. Et rem suam publicam per id tempus pacifice

6565 1366 conseruit. Moriens Deniq; in maiori capella fratrum prædicatorum sepelitur.

¶ Nicolaus acciolus eques florentinus uir strennuus: & in rebus gerendis sapientissimus: hoc anno in apuliæ regno ioannæ reginæ nomine gubernator honorabilis existens: anno ætatis suæ. 56. Neapoli moritur: quo mortuo: nonnulli tumultus in ipso regno atq; prouincia exoriri cœperunt.

¶ Ordinis sanctæ Brigidæ initium.

6566 1367 ¶ Brigida Christi uirgo deuotissima natione Germana: suetiæ prouinciæ princeps & domina:

sanctificet

hoc anno spiritu diuino impulsa:cum nouam religionem Monasteriorum duplicium:uirorũ uidelicet:& Mulierum in germania excitasset:atq; instituisset:ad urbanum pontificem imprimis deuotionis causa:ac etiam pro huiusmodi religionis institutæ cõfirmatione ex prouincia suo seu regno cum hõestissimo comitatu:& idem magno Romam uenit:a quo benignissime excepta:ipse pontifex ob eius magnã sanctitatem & prophetiæ Donum eidem regulam a deo datam libentissime & munificentissime confirmauit.Huiusce tamen religionis primum auctorem & institutorem diuum Basilium episcopum in Græciam fuisse dicunt. Quam quidem religionem Brigida hoc spiritu sancto inspirata:hoc modo instaurare & renouare uisa est:scilicet ut uirorum ac Mulierum monasteria & ædificia connexa haberentur:habitationes tamen feiũctæ ita:ut de una ad aliã nisi magna urgente necessitate transire possent.Eorum tamen basilicam censuit esse cõmunem:ita ut fratres in inferiori parte:sorores uero seorsum in superiori:officium exsoluerent.Quorũ plane Monasteriorum principalem curam Abbatissæ esse uoluit:fratribus tantummodo diuina ministeria assignans.Quorum unus esset:qui confessor aut prior appellaretur: & aliis in spiritualibus tantummodo decreuit.Ea quippe monasteria possessiones & prouentus habere uoluit:ad fratrũ & sororum sustentationes.Quorum omnium uictus & uestitus ad Abbatissam spectare decernit nec huiusmodi fratres aut Sorores monasterium egredi præsumerent:nisi magna & euidenti necessitate & de licentia abbatissæ.Eiusmodi fratres & Sorores per episcopos consecrati mandauit:hi autem religiosi tam fœminæ quam Mares griseis uestimentis uti iubentur:cum clamide nihilominus Grisea cum rubea cruce desuper carnibus utunť:& nihilominus diui patris Augustini regulam profitentur:additis constitutionibus ipsius sanctæ Mulieris:& tam in fratribus quam ĩ Sororibus certum assignauit numerum:quæ omnia ipa sanctissima uirgo adeo sibi reuelata:& dictata confessa est:quamobrem urbanus pontifex & reliqui successores summi pontifices plurimi eandem suam regulam auctoritate apostolica speciali priuilegio approbatam:& confirmatam esse uoluerunt.Hæc igitur prophetico munere plurimum claruit:unde & nonnulla de futuris prædixit & quammaxime tanquam alter Daniel propheta de quibusdam regnis consumandis.Quæ omnia scripto mandauit:quæ apud græcos ẽt in ꝑcio habentur:apud italiã uero huiusmodi religionis pauca habentur monasteria:in suetia autem & germania plurima quidem & magna ac oppulētissima esse ferunť.Hi autem religiosi etiam Sæcularioruin confessiones aliorũ religioẽ more ex priuilegio audiũt:ĩ hac religiõe quãplurimi uiri & mulieres magnæ sãctitatis & uirtutis ĩsignes.

¶ Ordo in iesuatorũ sctariũ urbano isto ꝑsulãte apud senã Ethruriæ urbẽ initiũ sumpsit hi qppe religiosi a principio per domos turmatim simplici habitu induti cũ ĩgenti charitate & simplici quadã religiositate suo in sudore & manuũ suarũ labore ad istar Apostolorũ & Discipulorũ Christi in unũ uiuere & deo seruire cœperũt.Quos cũ summus idẽ pontifex Vrbanus ad se Romã uocasset intellecta hominũ ĩtegritate & aĩ simplicitate eorũ uiuẽdi modũ plurimũ laudauit.& ita ẽt approbauit.Et a se laudatos cũ Tunicis albis & Caputio contẽptibili sibi pro habitu datis abire præmisit.Et ad eorũ ꝓtectionẽ:confestim Nepotẽ suũ uirũ grauissimũ & religiosissimũ in ꝓtectorẽ assignauit.Qui & ipse mox ad honestandũ ipsius religionis habitũ:auctoritate sibi cõcessa Gryseam clamidẽ desuper deferendã sine calciamẽtis cõtulit:atq; & eos & gratiis & priuilegiis apostolicis plurimis cõmuniuit:& per specialẽ ꝑrogatiuã illos apostolicos clericos ex priuilegio nũcupari uoluit.Nunc autẽ mirũ in modũ multiplicati:& per omnem Italiã mirabiliter diffusi:cũ sint optimæ uitæ uiri magno in ꝑcio ubiq; habenť:& quãuis solas orationes dominicas ꝓ canonicis horis sub silẽtio dicant:nec ullus ad sacros ordines ullo modo promoueatur:nihilominus plurimi eruditissimi emerserunt:qui singulari eruditionis & sanctimoniæ priuilegio claruerunt:ob quam gratiam a pontificibus Romanis ad Episcopatus dignitates nonnulli sunt euecti:e quibus ego superioribus annis episcopum ferrariensem & alterum in fulgino ducatus spoleti urbe uidi.

¶ Ordo item nouus canonicorũ Regulariũ sancti Saluatoris in agro Senensi in loco sancti Saluatoris:qui a quibusdam ignaris uulgariter scopetini nũcupanť:hisdẽ tẽporibus a uenerabilibus religiosis & patribus optimis Stephano uidelicet & Iacobo Andrea natione Senẽsibus ordinis eremitarũ ꝓfessis:initiũ sumpsit:& breui qdẽ magno in ꝑcio multis in locis euasit. Qui qdẽ congregatio sancti Saluatoris(a primo loco)appellata est:quã plane cõgregationẽ Gregori.undecimus huius Vrbani pontificis immediate successor approbãs insigni priuilegio ĩter canonicos Regulares beati Augustini annumerauit.Hi plane religiosissimi uiri ĩter cæteros & doctrina: & religione ac insigni sanctitate clarissimi existũt.Quorũ ĩstitutores primi ob memoriã & reuerentiã suæ primæ religionis & pristini hĩtus semper claustrale signũ uidelicet habitũ albũ cũ scapulari albo: & Astã super camisiam lyneam deferre uoluerunt. Et q̃cunq; statuta:ac primas ordinationes cõsuetas in omnibus sequi uoluerunt.Ex reditibus uiuunt:nõ ꝑdicant:sed confessiones aliorum more audiunt.Magni etiam ꝑcii maiorisq; opinionis ob omnimodam eorum doctrinã & eruditionem ac miram extrarietatem in ecclesiam Dei ubiq; habenť:uiros enim integerrimos tum scientia: tũ cæteris uirtutibus quotidie producit.Quos singulatim enumerare difficile arbitror.

¶ Andreas contarenus sexagesimussecundus Venetiarum dux:post Marcum cornelium Ducẽ 1367
hoc anno:ex procuratore sancti Marci:uno omnium consensu licet illo plurimum renitente dux creatus:

creatus: Ducauit annis. 15. Quē certe Veneti oēs Numā Pōpiliū Romanū optimū uirū appellare possunt. Eo qđ non fraude: nō ambitione: nō īsidiis: nō mūeribus aut p̄cibus: hoc ducatus munus consequerit: imo ipse q̄situs rogatusq; ac p̄cibus plurimis fatigatus: ac ēt coactus illū admittere uix tandē uoluerit. Vnde in illo euenit: qđ de Catone legit̄: qđ quāto solicitius honores & dignitates fugiebat: tāto honoribus & fama illustrior fiebat: qui cū perstrepētibus undiq; bellis princeps creatus fuisset: qđ aīu; p̄senti ɔtra tot reges: totq; potētatus cōtra Senatū eleuatos seruauit īuictū. Igit̄ ipso magistratū gerente: & apud Hūgaros Ludouico regnante. Andronicus palealogus Ioanne; callū græcū imperatorē Genuensiū auxilio fretus: qbus insulā Tenedon p̄mio ꝓmiserat: imperio deturbare annixus est; quæ res certe maioris discordiæ īter Genuenses & Venetos cā fuit: ut infra dicemus. Erat tunc apud ipsos genuenses Dominicus fregosus nouiter dux creatus: & apud pataūinos Franciscus carrarius senior q patri in regno successerat: genuēses igit̄ decimo Andreæ huius ducatus anno accitis in societate belli ludouico ungarorū Rege & p̄dicto Francisco carrariensi: ac austriæ duce: necnō & Aqleiæ patriarcha odiū qđ in Venetos ob iniurias illatas cōceperāt: denuo ostēdere conati sunt. Et lucianū auriā classis suæ præfectū cōstituūt: at Veneti qui cū Peryno lusignano Cypri Rege: & Bernaboue uicecomite solū sentiebant. Carolū zenū & ipsi suæ classi p̄fecerunt. Qui cum Genuēsibus cōgrediens primo suo cōgressū sup̄ior euasit: & eorū qnq; triremes cœpit. Lucianus aūt clade suscepta: ut p̄stātissimi aī imperator: maiore classe cōparata: statim uniuersum mare adriaticū īfesto agmine discurrens: maximum damnū & incōmodū Venetis ītulit. Et cū iaderam oppidū cœpisset: quottidie Venetoꝝ portū perturbat. Pauloq; post in pollā ducens: ibidem uniuersam Venetorū classem superauit: & maxima cū eorū cæde pœne uniuersam captiuauit. Oppugnabant̄ & tamen aliis in locis Veneti terra mariq;: uidelicet & a Carrariensi & aliis in locis ut diximus. Interim uero luciano auria in bello mortuo: Petrus eius frater eius in loco suffectus cū sexaginta triremibus & totidē nauigiis: statim Venetias hostili aīo uenit. Et statim gradū: comadū: & captulas capiens: direptis ciuiū bonis igne apposito: pœnitus exussit. Inde in clugiā dirigens: pari terrore cū maxima Venetorum militū captiuitate & cæde cæpit: & destruxit. Qua iactura & calamitate fractus prīceps fractiq; ueneti omnes cū terra mariq; p̄merent̄: nec ullū auxilium prorsus sperarent: pacē & misericordiā a genuensibus petiere: cartamq; & atramentū mittentes: obtulerunt se eas accepturos leges: quas genuenses ipsi imposuissent. At genuēses superbia elati Venetorū legatos reiiciunt: nisi se bonaq; sua ac mulieres traderent. Iā. n. genuenses uniuersa circūq; uenetorū cæperant castella: & instabant iam iam urbē īgredi: princeps autem & Veneti omnes genuensiū responsis nimiū ꝑturbati: ultima desperatione ducti: ad tuendā patriā tuēdasq; uxores & liberos se accinxerunt. Et statim ante faciē portus cathenis ferreis deductis: positisq; lenibus ac scaphis qbuscūq; cum singulis bombardellis (eo. n. tunc bombardæ primum a quodam theutonico eam ob rem inuētæ fuere) ac sic cū quanta potuerunt ui ipsi ueneti genuenses post longā pugnā repulere: ne ulterius in eorū æstuarias īgredi possent. Interim autem Andreas prīceps occulatus: & īuictissimus uir: dum acriter obsideretur: & iam pœne ciuitas cōmeatu deficeret: Bernabouē uicecomitem: & ioānem græcū imperatorem amicos suos sollicitare nō destitit: ut. s. Bernabos apud Genuā: & imperator apud peram genuenses bellis lacescant. De uenetis profecto tunc actū erat: si genuenses tantūmodo cauissent: ne cōmeatus ex mari in urbē uenetam īferrent̄. At genuēses multis grauissimisq; belli implicitis: tandē capta iustinopoli polaq; īde ī cēsa & clugia destructa atq; deserta: post m̄tas datas acceptasq; calamitates & cædes: uterq; populus diutino bello fessus. Aymone sabaudiensiū comite ꝓcurante & īteruenienti: pax hoc modo cōposita est: ut. s. hūgariæ regi usq; ad decenniū singulo anno ueneti decē milia aureoꝝ p̄soluerent: ea tamen lege ut ip̄e rex nullibi in Dalmatia sal fieri p̄mitteret. Vtq; patriarcha aqlegiensi in foroiulio eadē maneret cōditio: quæ ante bellū fuerat. Ducibus aūt uenetorū & genuēsium iniunctū est: ut quisq; captiuos īcolumes dimitteret. De præda uero utrinq; capta nulla mentio est habita. Mādatū est præterea pataūino principi: ut ab obsidione taruisii recederet: utq; arces & turres in stagnis ad fluminū ostia excitatas demulcerentur. Terminiq; īter uenetos & pataūinos positi sunt. Eaq; pax sancta a dño deo mādata septimo calendas septembris anno. 1381. cōfecta fuit. Quibus optime gestis: hic Andreas diuinus princeps secundus uenetiarum conditor appellatus & patriæ pater perpulchre uocatus ē. Deniq; dierum plenus & bonorum operum plenior sequenti anno cum multo animi sui quiete dormiuit cum patribus suis: sepultusq; in basilica sancti Stephani ordinis: cum tāto omniū gemitu quanto unquam antea quis sepultus sit.

¶ Ducū genuensiū principium.

6567 1368 ¶ Dominicus fregosus: primus (ut credimus) genuensium dux: hoc anno ad instar uenetorū omnium consensu creatus: ducauit annis. 12. Nullibi tamen in genuensiū gestis īuenire potui: genuēses antea duces habuisse: nisi nūc: sed nec Iacobus de uiragine theologus: & genuēsium episcopus qui de ipsorum gestis: usq; ad hoc tempus chronicam composuit: ullam de duobus mentionem facere uidetur. Hunc igitur primum ducem eorum credendum est. Is itaq; Dominicus: ut res expostulabant: magni consilii: ac ingentis animi uir fuit. Qui & Petri germani sui classis præfecti cōsilio & magnanimitate atq; uirtute usus: uniuersam cyprioꝝ insulā ui cæpit. Diripuitq;: ac sibi subegit: & tributariā fecit: Petrus. n. lusignanus Cypri rex: & Bernabouis uicomitis gener: pro more

Ludouicus rex
Frācisc⁹ carraria
Austriæ dux
Aqleiæ patriarcha cū gēuēsib⁹
Perynus rex cypri
Bernabos uicecomes cū uenetis
lucianus auria
Carolus zenus
Iadera & polla subiiciuntur.
Luciani mors
Petrus eius frater
Gradū Comadum
Clugiā
ueneti misericordiā a genuēsibus expostulāt
Sup̄bia gēnēsiū respōsio
Portus munit̄
Bōbardæ īuētū
De uenetis actū fuisse

Cypri rex cõuiuiũ præparat
Veneti gẽuẽses accusãt
Gẽuẽses ĩterficiũtur
Gẽuẽses cyprũ capiunt & Venetos oẽs ĩterficiunt
Regina in carcere filium peperit
Petrus a Venetis superatur
Alexandria spolitur

regũ solẽne conuiuiũ in Cypro istituerat:qđ annis singulis facere cõsueuerat. In quo & genuẽsiũ & Veneto℞ mercato℞ iudices:quos bayliuos appellant:inuitauerat. Inter quos magna de priori consensu cõtẽtio esse cœpit. Cumq̃ rex ꝓpensior uenetis uideret̃:idignati genuenses:armis suã dignitatẽ cõseruare statuerũt. Atq̃ ita tectis sub uestibus gladiis in regiã ꝓfecti sunt. Quod itelligẽtes ueneti regẽ adeunt:& eidem isidias paratas dicũt. Qui e uestigio rẽ iuestigare faciens iuenit sunt genuenses cũ armis in regiã adesse. Indignatus rex illico oẽs genuenses rapi mandat: furibũdusq̃ per sublimẽ palacii locũ in fo℞ ꝑcipitari iussit:qđ factũ est. Inde eo facinore nõ cõtentus rex:oẽs ꝑ isulã gẽuẽses cõmorãtes ꝑqri ac necari ꝑcepit. Ita ut uix unus ex tãta clade supesse ꝑmiserit:q rẽ gestã i patriã renũciaret. Accepit tñ Dñicus dux ac senatus paulopost atrocissimã suo℞ ciuiũ iniuriã. Qui in ultionẽ erectus:intra qdraginta dies potentissimã classem armauit:& in Cyprũ per fratrẽ suũ Petrũ misit. Cui aduẽtus uno & eodẽ momento & uisus & auditus est. Petrus ãt q classi ꝑerat:expositis in terra copiis:mox nicosiã ꝓfectus urbẽ male defensam cœpit. Breuiq̃ regẽ atq̃ reginã & uniuersam isulã in suã potestatẽ redegit. Venetis primũ iterfectis nephãdi cõsilii auctoribus. Ingentiq̃ ditatus ꝑda:maiori cũ gloria in breuiori tẽpore q̃ speraret̃ domũ cũ regina & rege:ac inumerabilibus captiuis domũ rediit:rex cũ cõiuge ꝑgnante in turre capitis fari aliquãdiu seruatus ẽ. Donec ipsa regina filium ibidem peperit:quem ianũ appellant. Tandem uenia regi data regnum tributarium fecit & Famagustam nobilissimam ciuitatem de regno exceptam genuensi populo applicauit. Indeq̃ contra uenetos sibi infensos durissimum suscepit bellum. Cum quibus aliquãdo congressus:apud anciatum a Nicolao pisano uenetorum præfecto superatus & uictus fuit:ppq̃ genuenses indignati eum cum fratre magistratum abrogantes:in carcerem coniecerunt.

Accusatio genuensium

¶ Petrus igit̃ & pinus fratres hugonis lusygnani regis filii:hoc ãno pr̃e defũcto i regnũ cypri succedẽtes:quãtũ regnauerit nescio:Petrus itaq̃ natu maior:suscepto regno:cũ eẽt uir magnanimus:& naualis belli pitia doctus:ad recupandũ patrũ suo℞ dãnũ & uexationẽ:q e regno hyerosolimitano ab ægyptiis eiecti fuerãt:paulopost istructa classe cathelãis i societatẽ accitis cũ gallis suis aliq̃do alexãdriã ægypti urbẽ ꝑ stãti aĩo iuasit. Et eã igressus:stati mediã diripuit:& post icẽdit. Et q̃uis occurrẽtibus sibi maximis ægyptio℞ copiis fugæ se cõmiserit:Ingẽtẽ tñ ꝑdã & ditissima spolia Ide reportauit. Domũq̃ reuersus parũ supuixit:qa a suo fratre pino iterfectus fuit. Cũ nulla scã i regno repiat̃ societas. Sed nec ipe pricida diu i qete stetit:nec ẽt pricidiũ ei ipune cessit. Cũ ppim prudẽtiã suã maximã iter genuenses & uenetos discordiã excitauerit. Duxerat.n.uiuẽte adhuc pr̃e Bernabouis uicecomitis filiã uxorẽ:quã pr̃ idẽ Bernabos cũ.12.triremibus cyprũ honorificẽtissime trãsmisit:q̃ idẽ ĩgẽti gr̃a excepit:& i rei mẽoria sing.an.cõuiuiũ solẽne facere decreuit(ut p̃fert̃)aliquãdo iuitatis genuẽsiũ & Vene.mercatoribus:igẽs calamitas eũ obtigit:qa gẽuẽses & ueneti cũ uterq̃ i dexterã regis eo i cõuiuio sedere uelint:maximus repẽte tumultus exortus est:sed genuenses a uenetis de isidiis accusati.oẽs ꝑ uniuersam isulã adeo necari iussit:ut uix unus supfuerit:q rẽ gestã cæteris renũciaret:ppq̃ a genuensibus uniuersa isula capta & direpta:etiã rex ipse cũ uxore & aliis inumerabilibus captiuis abducti sunt. Et rex ac regina genuæ ꝑducti:in turriq̃ capitis fari i clusi ibidẽ fuerunt:donec regina puerulũ pepit:quẽ & ianũ i facti memoriã noĩarũt. Tãdẽ uenia accepta:se & regnum uniuersum genuẽsi populo tributariũ fecit:& Famagustã isuper eidẽ populo cõcessit. Reuersus itaq̃ domũ rex:ꝓmissorũ imemor Famagustam ipsam ciuitatẽ terra mariq̃ oppugnare non destitit:sed frustra. Quia ab iis qui in urbe præsidio erant:acriter defensa fuit. 1370 6569

¶ Carolus impa.hoc anno Iunio mẽse i italia cũ maxĩa suo℞ theutonico℞ manu numero:uidelicet.3000.armatorũ cõtra Bap.illustri Berna.uiceco.filiũ:quẽ & i Mãtua urbe ꝑ fidẽtẽ obsedit:sed cum tãta exercitus mole nihil efficere potuisset.Ro.accessit:q eo ex auinione uenerat.

¶ Galeatius uicecomes Bernabouis germanus:hoc eodem anno: unam ex filiabus suis Regni francorum filio matrimonio copulauit:Cui & pro dote centum mille florenos dedit: atq̃ urbes quas in pedemontium radicibus possidebat usufructuandas:quæ singulo anno uigintiquattuor milia florenos pendebant possidendas dedit. Sed eodem anno Sponsus mortem obiens ex ipsis urbibus multa bella excitata sunt.

Grego. Papa 210.

GRegorius papa:eius nominis undecimus: natione lemonicẽsis Petrus belfortis antea uocatus sanctæ Mariæ nouæ dyaconus cardinalis:hoc anno urbano põtifici suffectus sedit annis.8. Hic clementis ex fratre nepos fuit. Vir certe multæ Innocentiæ & placabilitatis:quibus ex uirtutibus ab omnibus plurimum dilectus fuit. Qui pontificatu inito:statim legatum in italiam misit:ut res ecclesiasticas recenseret. Inita autem cum Bernaboue uicecomite pace:omnia in perturbatione fuere. Erant enim omnes præter uenetos uicecomitibus inimici:propter quod multa mala surrexere:cum autem pontifex hic ea mala quæ in italia gerebantur suæ absentiæ ascriberet:de reditu suo in italiam cogitare cœpit. Mouerãt etiam eum cuiusdam pontificis uerba:cui cum Gregorius quadam confidentia familiari diceret. Quare ad ecclesiam tuam episcope non uadis:ille itrepidus respondit:cur inquit summe pontifex: cæteris extra daturus:& tuum episcopatum & tuam Ro.ecclesiam non repetis? Quibus uerbis ponti.permotus statim in Rhodano fluuio paratis una & uiginti triremibus:aliam Rem simulans profectionem aggressus:Genuam primo:deinde cornetum:postremoq̃ Romam terrestri itinere Ianuario 1371 6570

Papa Ro. ex gallis redit

mense

mense peruenit: anno: uidelicet. 1376. pontificatus sui anno sexto: migrationis āt Romāæ ecclesiæ in gallis septuagesimo. Quo autem apparatu quāq; īcredibili populi Romāi lætıcia susceptus fuerit: dicere nō attinet. Oīa q̄ppe ea in urbe Regia suo īdigebat aduentu. Mœnia q̄ppe urbis: & ecclesiæ fere omnes: ac priuata ædificia ubiq; ruinā minabanť. Quæ ipse magna ex parte postea restituit. Non dico de moribus: & urbanitatibus ubiq; certe labefactatis. Vrbs. n. quæ olim uniuersū mundum ab urbanitate reduxerat: absente pontifice: ad maximā morū rusticitatē peruenerat: collocata itaq; in urbe sede: Gregorius sicut bonū decebat pastorē: oīa circūspicere cæpit. De medelaq; uulneribus inferenda cogitans pacē in primis pernecessariam per legatos expetere: & īter oēs cōponere cæpit. Verum Florentini pontificis potentiam habentes eius pacē reiicere: & nullū iniuriæ genus ꝑtermisere: quod in pontificem transferri posset. Quibus modis permotus pontifex: florentinis Anathemate notatis omnia īterdixit. Sed florentini oīa contempsere. Et sacerdotes in urbe ꝯtra ius fasq; celebrare coegerūt. Tū uero pōti. a ꝑcibus ad arma ꝯuersus: cōciliatis prius oībus aliis contra ipsos florētinos bellū mouit. Tandē uero cū oīa accurate egisset: quæ ad ponti. pertinent: octauo pōtificatus sui anno: q̄nto calendas aprilis ītollerabili uesicæ dolore migrauit ad dominū. Et apud sanctā Mariā uiæ nouæ: nouo sepulchro: cū ingenti omniū gemitu & luctu sepultus est. Eadē. n. mortis suæ hora in Auinionēsi palatio ignis accēsus est: nec extigui unq̄ potuit: quoad usq; duæ eius partes exustæ fuerunt. Quo āt auctore incensum fuerit: ignorať: eo aūt sublato magnū scisma: & ingens patrū calamitas: atq; discordia: q̄ iis ab initio pōtificatus ponti. subsecuta est. Florētini pontificē parui pēdunt. Auinionēse palaciū cō flagrať.

¶ Viri bello excellentes.

¶ Lucianus Auria patricius Genuensis generosus & nobilissimus uir his temporibus ætate florēs uiribus & animi uirtute præstans: a Genuensibus classis ꝑfectus designatus: statim uelut alter. C. Marcellus Romanus magna uirtutis suæ dedit documēta: is. n. Egregius: ac ꝑstantissimus imperator factus: cū didicisset uenetos pisano ꝑclarissimo belli duce: q̄nq; Genuensiū triremes in Ro. littore ad Antiani portū captiuasse: statim duarū & .20. triremiū classe sibi cōparata: ueloci cursu Iaderā uenetorū urbē & portū peruenit: ibidē quodā terribili fragore īfinita ꝑpemodū dāna uenetis illata: mox in polenti portu adnauigans: ibidē classem uiginti triremiū ī portu sedētē offendit: atq; hostili aīo impetiit: & diu cū pisano classis ꝑfecto depugnās: tandē cū magna cæde eū superans. 10. & .8. triremes eidē abstulit: uerū dū uictoria ꝑpe consumata foret: & eā hic lucianus apertis oculis uidere uellet cassidē sibi eleuans: lācea traffixus mortē obiuit. Vtrāq; tamē classem omnem & uictricē & uictā Genuenses captiuarūt: & Genuā (ꝑter eas quas mare absorbuerat) perduxerāt. Alia atq; alia īgētia præclara facinora: & uictorias in classico bello & cōtra uenetos & alias natiōes rei suæ publicæ īfestas: hic īuictissimus Lucianus semper obtinuit: q̄s cōmemorare longū esset. Huius autem præclarissimi uiri uirtutes & nomen usq; in præsens non modo apud genuenses suos: sed & apud cæteras nationes summis laudibus celebranť. Vnde & nos hoc in loco ipsius nomē immortalitati commendantes documentum legentibus exhibemus: ut diuinam uirtutum suarum ymaginem non statuis modo aut picturis: sed quadam imitatione & opere celebrare uelint. Hic lucianus iste occiditur

1369 ¶ Petrus itē eius germanus: & ipse Luciano ꝑdicto fratri nō mō carne: sed & aī uirtute atq; potētia nō īferior: & ipse apud genuenses suos per hæc tēpora post Lucianū ꝑdictū maxime existens ī precio: ab eisdē genuensibus classico bello germano mortuo: ꝑfectus subrogatus: magnā suarum uirtutū spem genuensibus præstitit. Eo q̄ tanq̄ alter Hanibal pœnus tanto cæteris ciuibus & prudētia: & magnanimitate ꝑstare uidebať: quāto populus uenetus cunctas maritimas gentes: potentia anteibat. Hic itaq; Luciano mortuo factus imperator: statim nouē triremes & triginta barchas pristinæ classi addidit: cū q̄bus ex genuensi portu soluens prospero uento Iaderā iam suam uenit: Et exinde omnē uim nauualis belli sumens cū sexaginta triremibus & totidem aliis nauigiis in portuȝ uenetū cum magno strepitu peruēit. Atq; ibidē Grado: Comado: Ruuino & grapulis ui captis & direptis: statim īcēdit. Ibiq; cū didicisset uenetos cathenas ferreas suo portui addidisse: clugiā se cōtulit: quam egregie munitā atq; defensam: tandē ui cæpit. In quā cū sex milia hominū clugiensiū & uenetorū īterfecisset: & uniuersam in direptionem militibus dedisset: uelut alter Marcellus Ro. 1370 mulieꝝ pudicitiā seruatā hr̄e uoluit. Inde quoq; noningentis & q̄nquaginta hostibus captis Iaderam in captiuitatē transmisit. Exinde ēt Bebas caput Ageris ī uicuq; sancti Lazari ac Mathemaucū delatus omnia igne ferroq; uastauit ac concremauit: & Lauretum etiā multis oppugnatiōibus tandem petitus est: atq; inde pupillam uicum petiit tribus milibus ab urbe distantem: ut eo urbem inuadere posset: quam certe obtinuisset: licet multis bombardis repelleretur: si eius triremes & barchæ in canali agi potuissent. Vnde & de imprudentia hic tantus uir repræhendi potuit: q̄ maximū pro modico amisit. Nā si Clugiā dimisisset: & mař cōmeatibus uenetis īterclusisset: de ipis Vene. sempiternā gl'iaȝ reportasset. Sed dū Clugiā captā munire ītēderet: ibidē a Venetis clausus ē; Vbi tandeȝ dū suos contra zenum uenetorum classis præfectum ꝑliātes adiuuare uellet: bōbardæ ictu percussus uitam euomit. Cuius morte conseruati genuenses in proprias naues ignem apposuerūt & relicta Clugia Genuam inglorii redierunt. Quæ res magnam fissuram in genuensi populo suscitauit. Ex huius itaq; præclarissimi ac ornatissimi imperatoris Petri & duorum præcedentium uidelicet pagani & luciani fortissimorum ac inuictorum certe imperatorū interitu: non genuēsis florē- Graduȝ Comadū crapulas clugiam capit. mulieres seruat. bebe & reliq̄ uenetoruȝ periculū imperatoris mors. genuenses ꝓprias incendunt naues

tissima modo respublica sua: sed (ut ita loquar) totus terrarum orbis singulare quoddam decus & ornamentum amisit. Erant enim natura uirtute & gloria tam excellentes: ut etiam sua ætas ex ipsis tribus potuerit in omni genere laudis cum antiquitate decertare. Nam quanuis antiqua: & regia eorum familia auria multos semper ediderit egregios & illustres uiros: istos tamen tales ac tantos fuisse dixerim: ut uix ulla laude quis ornari posset. Cum ex solis facinoribus ipsis: magnuꝫ non solum familiæ suæ: sed & toti ciuitati genuensi maximum splẽdorem attulerint: Nec quempiam unquam audiuimus aut legimus gloriosius in istis mortem obiisse: qui pro patria populo sociis pro sua deniqꝫ dignitate acerrime dimicando ciciderint.

Impatoré hunc miris effert laudibus

¶ Carolus zenus patritius uenetus uir inter uenetos nobilis: nõ solũ suæ ætatis: sed & priorum tẽporum bonis uirtutibus & litteris ornatissimus his tpibus apud uenetos suos: & rebus bello gestis & aliis plurimis facinoribus ita clarus extitit: ut alter Camillus Romanus ab eisdem merito appellaret. Quando qdẽ in hoc Clugiensi bello piculosissimo: qđ genuẽses cõtra uenetos difficillimũ gessere hanc ꝓuinciã suscepit. Qui suscepto imperio: ipo primo belli sui impetu: cũ Petri prædicti Auriæ genuensis pfecti uires sustinere nõ posset: in orientalẽ genuensiũ Ripariã delatus in ultionẽ ipsorum omnia igne ferroqꝫ uastauit. Inde in Alexandriã ægypti urbem adnauigans nauẽ qndam genuensium permaximã ex Alexandria redeuntem & fugientem in Cretensi portu non suis suorum magna cæde tandẽ debellauit: & cæpit. Cui mercimonia trecentorum milium aureorum ualoris erant. Quæ res cum uenetis renunciata fuisset: ipsum cũ magna sui opiniõe & fauore gaudentes reuocarunt. Qui dum rediisset: Veneti per ipsum Clugiam recuperare statuerunt. Cuius igenti consilio usi: duas naues onerarias: mox in clugiensi portu demerserũt: Genuenses nihilominus omne Venetorum præsidium pertulissent: nisi confestim hic præstantissimus imperator affuisset: qui licet multis confossus fuerit uulneribus: tamen eos ingenti uirtute repulit. Nec etiã ipse genuenses superasset: licet acerrimũ & maximũ præliũ cõmisit: nisi eorũ imperator Petrus auria bõbardæ ictu mortuus fuisset. Verum eo mortuo: cum Genuenses ipsi pedem referre cæpissent: ipse eas obres uictoriã obtinuit. Eo itaqꝫ in ꝓlio defectu capitis zeno hic de hostibus uictoriã obtinuit: innumerabilis quippe multitudo: tum Genuẽsiũ: tum uenetorũ eo in bello occisa fuit. Eo hoc mõ confecto. Aliud Bellum contra bucicallũ seu Bucicardũ francũ præfectũ: qui ex nomine francoꝶ regis in Genuensi urbe locũ tenebat: postmodũ gessit. Qui Bucicallus dum patauino principi opẽ afferre uellet: hic zeno iterum classis præfectus illum gloriosissimo prælio superauit. Alia quoqꝫ innumerabilia facinora strennue gesta ab hoc inuictissimo imperatore referuntur. Quæ quidem a Leonardo Iustiniano clarissimo oratore in funebri sua oratione diffuse referuntur.

Riparia genuẽsium icendit nauis alexãdrina ditissima capitur

Naues i portu demerguntur

Petrus i terficit

Bucicallus item supatur

¶ Nicolaum pisanũ etiã patriciũ uenetũ uirũ bello scientissimũ: cũ prædictis ea in militari sciẽtia apud suos uenetos floruisse constat. Qui & ipse cũ multa ac plurima bella pro re sua publica strennue gessisset: & apud polã histriæ prouinciæ urbẽ male aliquãdo (ut fit) pugnasset: domũ inglorius rediens: a Senatu magistratu priuatur: & in carcerem mittitur. Sed Veneti postmodum a Genuẽsibus grauiter oppressi: & multis in locis: & maxime apud Clugiã superati: & animo consternati. Cum maxime nulla apud eos salutis spes uideret. Et de Re ueneta prorsus actum esse dubitarent. Et iam ultima desperatiõe duci pacem suppliciter expostulassent. Eas scilicet accepturi leges quas Genuenses uictores darent. Statim clamor incerto auctor in Senatu auditus est dicens. O Veneti in Area unicũ Pisanũ seu pisanũ cõtra Genuenses habetis uictorẽ: q eos uincere posset. Quo clamore audito: euestigio Andreas dux cum Senatu in carcerem descendẽs ipsum Nicolaum uictorem e Cauea eduxit: & hyllari uultu apprhẽsa eius dextera illum ab integro bello maritimo iperatorem & præfectum constituit. Et eidem omnimodam potestatem maritimi belli concessit. Cuius deinde auxilio & prudentia Res ueneta mirifice fuit conseruata.

Hic i carcerẽ mittitur

Vox incerta

¶ Albricus Cunii Romandiolæ oppidi clarissimus comes: terrestris belli isignissimus: ac iuictissimus imperator: hisdem tẽporibus ab Anglis & Germanis eruditus: fato quodã in re militari mutationem fecit. Superioribus etenim temporibus itali omnes arma ferre & pertractare iam isueti: per equites externos mercede cõductos: bella geri per italiã consueuerat. Sed hic igenio suo nostros bella gerere optime docuit. Quibus se itali nostri deinceps ab intestina & extreno hoste tutati sunt. Hunc autem primum Bernabos uicecomes armauit. Quibus præsidiis tutatus cum externo hostes sæpe conflixit: & uictor euasit. Atqꝫ ita uniuersam gentem externam: quæ uicecomitibus & aliis seruire consueuerat: e lombardia nostra breui expulit: Bernaboue deinde a nepote in carcere coniecto. Albricus hic stipẽdio dimissus. Statim italis omnibus: qui arma cum eo ferre cœperant: se se ducem exhibuit. Qui mox tantam militum multitudinem sub uexillo sancti georgii repente coegit: ut & Britones: Theutonesqꝫ ac Anglos qui a nostris conducti mercede prouincias nostras euertere: & infestare: ac diripere consueuerant: italia expulerit: fuisse enim referunt qdraginta equitum millia externos: quos Albricus hic cum duodecim milibus sibi cõgregatis expulerat. Institutioni autem huiusmodi militiæ. Albricus hic addidit nouum ornamentum: qđ ubi usqꝫ in præsens tempus Thoraces ocreas: Brachialiaqꝫ ex corio milites induebantur: ipse ferro & calybe totum armari hominem primum docuit. Huius autem Albrici ductu auspicioqꝫ & Disciplina militari secuti sunt: Bracius montonus Albrico ipsi domesticus Sfortia cum Laurentio

Armatura primũ ex ferro

discipuli in armis Albrici isti sunt

Atendulo: paulus ursinus monstarda forliuiensis tartaliaq; lauellensis & Tho. cribellus Mediola. & alii compluriimi: externis itaq; italia pulsis & Galeatio uicecomite primo Mediolanēsiū duce defuncto: Albricus hic latislao rege in regnum uocatus magnus comestabilis statim ab eodem creatus est: Et in Neapolim mox ducēs: urbē diu oppugnauit: quā tādē magno īpetu captā: ī ladislay regis potestatē redegit. Qua uictoria. 3. reliq; regni prīcipes ciuitates suas ī regis manibus dedu xere: ide ī romādiolā ueniēs maxima facinora cōtra omnes illos Regulos gessit. Et quā maxime Astorē fauētinū: quē tandem urbem relinquere coegit. Huic autem inuictissimo principi & imperatori dicere ausim. Italos nostros plus debere: quam omnibus ante & post eum fuere. Quo autē genere mortis obierit: aut quos hæredes habuerit nullibi inuenire potui.

6570 1371 ¶ Franciscus Carrariensis Senior unicus domini Iacobini ex uxore filius: hoc anno fratre eius guilelmo ex pellice īterfecto in Regnū paternū: uidelicet patauinū succedens: regnauit annis undecim. Vir qdē splendidus & multis uirtutibus adornatus: ac plurima laude dignus. Qui īter cætera suā patauinā urbē: & mœnibus: & castellis: Turribusq; ac splendidissimis ædificiis: & ædibus: tum publicis: tum priuatis mirifice exornauit. Necnon & pclara: ac multo memoratu digna in præliis gessit facinora: pro qbus: suo Regno multa pstitit īcrementa. Verū cū Barnabouē uicecomitē Sororiū suū a Galeatio Maria nepote suo detentū: liberare ac defendere statuisset. Non modo eum liberare potuit: sed & proprium regnum: ac uitam suā deniq; perdidit. Quia ab eodem Galeatio tandem superatus: & captus: in modoetiæ Cauea: quæ uulgo furnum appellatur inclusit: ac demū interire fecit. Deniq; de octobrio mēse anno. 1383. post annum secundum suæ captiuitatis: cum uita excessisset: eius filius Franciscus ab Duce corpus impetrauit: & aromatibus conditum patauiū cum magno funebri apparatu deferri fecit: & Regiis exequiis: in maiori urbis ecclesia Sepulchro marmoreo sepeliri fecit.

Hic a galeatio capit & carceri mācipatur

¶ Viri doctrinis excellentes.

¶ Ioannes Bochatius natione florentinus ex Certaldo oppido oriundus poeta; & philosophus: atq; astronomus: necnon & orator præclarissimus: hoc anno: cum sexaginta duorum ætatis eēt annorum ē uita migrauit. Qui cum amœni esset ingenii uir: ut latina patriaq; lingua in dicendo disertissimus haberetur: hos infrascriptos post se reliquit libros: uidelicet.

De Genealo. deorum: pulchre li. 14. Quorū principiū est: si satis. Itē bellorū opus egregium.

De mulieribus claris	li. i.	Pridie mulierū egregia	Promiscuū & Ro. impator gesta
De uiris illustribus	li. i.	Exquirenti mihi Cōtinēs.	Et scismatū; bellorūq; pcipue
De montibus	li. i.	Surexeram equidē Eorū	quæ fuerunt in italia
De montibus	li. i.	Postq̄ de montibus.	De rebellione terrarum ecclesiæ
De fluminibus	li. i.	Figmēto poetico traditū.	De bellis florētiorū cū duce Mediolāi
De stagnis & paludibus	li. i.	Et si nōnunq̄ e stagnis:	& cum rege aragonum.
De noibus maris	li. i.	Modica laboris assump.	De tartarorū uictoria cōtra turcos.

Bucolicorū uersibus li. i. Tyndare nō sacius fuerat. De uictoriis Sygismondi imperatoris contra turcos. De heresibus bohemorum. De captione constantinopolis & aliis circa materiam turcorū. Vernacula autem lingua: multi eius extant libri: iocis & uanitatibus pleni. Sed sentētiarum succo: ac melliflua suauitate uerborum sonantium repleti: utpūta librum centum nouellarum: & corbatius: ac philostratus. De aliis autem nihil uidi.

6574 1375 ¶ Ioānes de rupessa minorum ordinis insignis theologus: tempestate hac pter ea quæ in sententiarum libros accurate docteq; scripserat. In carcere trusus: multa de futuris: tanq̄ propheta scribere præsumpsit: uidelicet de duobus antichristis. Et de ecclesiæ conciliatione: & de cōuersione omnium gentium ad fidem Christi. Et alia multa: quæ in ianuis adesse affirmabat. Et hæc a domino Iesu Christo sibi reuelata fuisse contestabatur: quæ non modo euenere: sed oppositum in omnibus fuisse cōstat. Huiusmodi autem pronosticatores multi ab initio decepti fuere. Quibus sacius fuisset silere: quam talia temere loqui.

Vide stultā pphetiam

¶ Petrus Thomas Cōstātinopolitanus patriarcha ordinis Carmelitarū egregius: ac celeberrimus doctor: hisdē tpibus apud Famagustā Cypri insulæ ciuitatē: post multorum librorum editionē: ac multorū (ut aiunt) miraculorū celebrationē plenus dierū: ac bonorū operū ī gr̄a migrauit ad dn̄m.

¶ Symonem de cassia ordinis eremitarum diui augustini theologum: & peregregium concionatorē: per hoc tēpus tanquā medicinalis cassia languenti animo ad uitæ integritatem refrigerio affuisse tradunt. Qui ut uerus Euangelistarum interpres: & Domini nostri Iesu Christi imitator uetus. Omnia ipsius saluatoris gesta in ordinē colligens. In qndecim subdiuisit libros: quos de Xpiana religione ipse intitulauit. Sed & aliū librū De doctrina christiana: alium de patientia. Item de symboli expositione li. unū. De speculatione crucis li. i. De disciplina spiritualiū li. i. Sed & de mito & qsi diuino ordine alia collegit opuscula. Epistolas quoq; edidit plurimas: bonis documētis refertas. Hic florentiæ: quammaxime: ubi magno erat in pcio: spiritu pphetiæ floruit: Vi ēt monasteriū sui ordinis sc̄timōialiū a solo ædificauit: & nobilissimis matronis ac uirginib9 illud repleuit.

¶ Gallus abbas ordinis cistercienfium: natione theutonicus: uir diuinarū humanarūq; scripturarū apprime eruditissimus: hac tēpestate clarus effulsit. Qui cū ordinē suū collapsū ad regularē obseruantiā reduxisset: iter cætera quoddā pclarū opus ad fratrū suorū ædificationē edidit; illudq; in

modum Dyalogi inter patrem & filium composuit:quod malogranatum prænotauit:& sunt libri .3.Incipit.Fili accedens ad seruitium:sermones etiam plurimos ad fratres conscripsit.

¶ Richardus ardamacensis episcopus & hyberniæ primas:magnus philosophus ac iuris pontificii professor:concionator celeberrimus:per hos dies floruit.Et plures de temporibus sermones cõposuit:ac propositionum coram pontifice & concistorio in Auinione contra mendicantes librum edidit.Quæstiones etiam sententiarum libro uno composuit.Et alia quædam.

¶ Matheus natione polonus:patria Traconiensis sacrarum litterarum ac philosophiæ magister:hisdẽ tẽpibus in gymnasio pragẽsi cathedrali magisterio sublimatus:cũ eẽt ingenio celebri ĩsignitus:legẽdo & scribẽdo magnã doctrinæ suæ cõmeruit laudẽ.Qui ad mltorum solatiũ & ĩstructionẽ pluria cõposuit opuscula.E qbus ista feruntur.Et primo de pdestiatiõe p modũ dyalogi libros.7.Incipit.Velle declarari quomodo:prænotatur autẽ Ratione diuinorum operũ.Itẽ de contractibus li.i. De celebratione missæ li.i.Ad epm uuarmienn li.i.Epistolarum ad diuersos li.i.Sermones collationales.

¶ Gerardus religiosus magnæ sanctitatis uir:natione theutonicus:his tẽporibus cũ ĩ Germãia in dyocesi Traiectensi domũ fratrũ eorum.s.qui de cõmuni uita nũcupantur:ĩstituisset:ẽt cũ eẽt magnæ eruditiõis tã diuinarum scripturarum q̃ põti.iuris:scripsit nõ spnẽdæ lectionis pluria opuscula. E qbus ista feruntur. De cõtractibus & usuris li.i.De ĩstitutione nouitiorum li.i.De locatione curæ pastoralis li.i.De interna conuersatione li.i.De regimine monialium li.i.De incommoditatibus matrimonii lib.i.Epistolarum ad diuersos li.i.Sermones uarii li.i.& alia quædam.

¶ Iacobus de Iasona ordinis prædicatorum theologus:ac declamator insignis:hac tẽpestate in pcio ob magnã eruditionẽ existens.Et ipse ex ingenii sui magnitudine scripsit non contẽnendæ utilitatis quædam opuscula.E quibus ista sunt.In Genesi li.i.In exodo li.i.leuiticum li.i.In numeri li.i.In Deuteronomio li.i.Sermones quadragesimales:& de tempore ac de sanctis lib.3.Lecturas quoque in sacris codicibus.Collationesque ac determinationes multas.

¶ Bernardus denique ordinis prædicatorum:natione theutonicus.Thefelicẽsis ecclesiæ episcopus theologus ac declamator egregius:hac ætate cum esset inter Doctores famosus: & ingenio præstans:scripsit ad Treuerensem episcopum:De illusionibus dæmonum insigne opus.Item ad eundem.De scismatibus li.i.Incipit.Gloriam sapientes possident:etiam sermones uarios li.i.

¶ Franciscus & Ludouicus Guidonis Gonzagæ filii:hoc anno:cum Hugolottum eorum fratrem natu maiorem ob cupiditatem affectari regni octaua die decembris ĩterfecissent:Mantuanæ urbis dominium sibi assumentes:regnauit Franciscus ipse annis uno & triginta.Vir quidem præclarus atque magnanimus:& prudens.Qui sua prudentia ac magnanimitate statum suum periclitantem ingenti uirtute ex maximis eripuit periculis.Nam in anno domini.1397.auxilio etiam aliorum cõfœderatorum per annum continuum bellum Galeatii ducis Mediolani ĩfracto animo sustinuit:& eo etiam tandem profligato:non modo magnum triumphum:sed & maximas diuitias atque spolia consecutus fuit.Idque factitatum fuit:in die festiuitatis diui patris nostri Augu. Quamobrẽ & ad perpetuã rei huius memoriã:ex decreto ipsius Francisci & successorũ: quoddã singulare munus: quotannis illi Ecclesiæ:uidelicet fratrum eremitarum diui Augustini in hodiernũ etiam nostrum tempus magna cum pompa offerunt.Equidem de regno ipsius actum esse uidebatur: nisi meritis diui Aurelii Augustini:diuina effulsisset clementia.Mortuo deinde Galeatio Duce: hic Franciscus cum uenetis fœdus iniens copiarum suarũ generalis imperator contra Franciscũ Carrarium pataui dominum delectus fuit:cuius prudentia & uirtute ipse Senatus uenetus Verona & Patauium celeberrimas regiasque urbes tandem obtinuit:& hostem pœnitus extinxit:& e terra deleuit.Hic malatestæ principis Cesenæ ac Arrimini urbium domini filiam nomine paulam duxit uxorem.Ex qua ioannem Franciscum successorem suscepit filium:denique post innumera præclarissima facinora a se gesta senio cõfectus:anno domini.1407.uita excessit:& apud sanctum Franciscum ea in urbe sua sepultus est. 1376 6575

Miraculum.S. augustini

¶ Antonius & Bartholomeus Scaligeri Segnorii Verõæ pricipis naturales filii hoc ãno.ii.cal.ia. ipso eorum pre defuncto & seqẽti die:ẽt alberto ipsius Segnorii gẽitore ex ueneno dato apud Peschetiã oppidũ suũ morte sublato Veronæ & Vicẽtiæ urbiũ pricipatũ sumẽtes æque.5.an.regnarũt:dẽique cũ nulla sctã societas ĩ regno iueniatur.Anto.tãquã Romu.frẽm Bartholomeũ ĩterfecit. Sed deus ipe q nullũ malũ pmitti ĩpunitũ:hũc fratricidã ĩpunitũ nullatenus pmisit:nec ipso in regno diu qesceret uoluit.Qui statim franciscus carrariensis senior:eidẽ statim execrabile ĩtulit bellũ:pro quo multis eũ incõmodis affecit.Verũ cũ eũ oĩno superare non posset:galeatium uicecomitem Mediolanensiũ Ducem in eum concitauit.Ad quẽ cũ exercitu magno adueniens illũ in urbibus ipsis acriter obsedit:ac tandem in deditionem accepit. Relictisque urbibus in manibus ipsius ducis galeatii: ipse uagus & tãquã profugus uelut alter Cayn primus homicida dei iudicio meritus luit pœnas. 1377 6576

Vrbanus Papa .vi.

VRbanus papa:natiõe Neapolitanus:hoc anno gregorio pontifici & Barensi archiepiscopo suffectus sedit ãnis.ii.& mẽ.8.Vir quidẽ calidus:& iniuriarum memor: atque uidex: qui pontificatu suscepto(ut par erat)non pacẽ iter christianos cõponere uoluit:sed magis Cardinaliũ & ioanæ regiæ iniurias ulcisci cõatus ẽ:pp qd florẽtios anathemate notatos:ut ĩ suã reduceret snĩam absoluit:q.s.ioãnẽ aucuth gallũ suarum copiarum ducẽ:neapoli ↄtra ioãnã 1378 6577

reginam

reginā misit:inde cum natura inquietus esset:atq3 oīno inhumanus:apud nuceriā quosdā cardina les creās septem ex ueteribus in carcerē coniecit dicens eos cōtra ipsum pro Antipapa Clemente piurasse.E qbus qnq3 cū Genuā ꝓficisceref i mare demersit.Eo qppe ob timorē Caroli apuliæ re gis accesserat.Hominē.n.nullū:ob minus iuste postulata ad iniuriā cōpulerat.Cumq3 ibidē ad caro li ipsius obitum pmansisset.Tandem Romā reuersus est:ibiq3 cōfirmatis Ecclesiæ Ciuitatibus: in de etiam neapoli accessit:ubi & ladislai Caroli puerū ac Ioānā eius sororē a pr̄na hr̄ditate ptturba re annixus ē:sed re infecta Romā rediēs:cū magno apparatu & honore a ciuibus exceptus ē: ubi ad quosdā isidias deuitādas nouē & uiginti Cardinales uno die creauit:i qbus maior ps Neapolitanoꝝ fuit.Tres uero fuere Romani.Quibus creatis:paucos supuixit dies.Mortuus deniq3 Rōæ in basilica beati Petri sepelif:paucis tanquā rusticū:& inhumanū fientibus. Vēdicatiuus papa Cardinales.29. uno die creati.

¶ Scisma.22.oīum certe pessimū & scādalosuz:q͂ p nouē &.30.annos durauit:hoc anno initiū sū psit:mortuo itaq3 Gregorio pōtifice:& eius exeqiis ex more celebratis.Clerus populusq3 ro. Cardīales obnixe rogarūt:ut ro.pōti.aut italicū oīno deligere dignarenf:q & Ecclesiā ro.rēpu. ītegre sancteq3 gubernaret:aliter si secus esset:ideo de xp̄ianæ noīe au͂ctū eēt.Italicū reqrebant ne si gallus eligeref:& ro.curia trāsmigraf ptigeret:ro.resp.piclitaref:qbus cardīales pbenigne rn̄derūt dicētes:se ꝑ posse eoꝝ uotis obtēpaturos ꝓmiserūt:irētq3:& bono aīo eēnt:aīaduertētes igif p̄res ro. populum præcipitem & inconsideratum multum expauescere cœperunt:erat tum in curia Bartho.quidam Barensis archiepiscopus: uir calidus:& consilio promptus:quem patres consulentes dixerunt: quid hac in re facto opus est: ut Romana ecclesia in gallias remeare posset: isque hoc unum esse remedium respondit: dicens: ut unus nomine tantum & alius re & facto deligatur: qui postea sublato piculo nominef.Atq3 ita eius cōsilio acqeuere.Intrātes itaq3 p̄res cōclaue: Ipz Bartolomeū barēsem archiepiscopū ad deligēdos nō solūmō Romanos deligef statuerūt.Vt post modū tutiori loco aliū subrogarēt.At uero unus cardinaliū ex gēte ursina:q ad id toto posse aspirabat:nec ullū pter se eo fastigio dignū credebat:stati ab extra gallum pōti.electū Rōanis isinuauit. Quod cū uulgus pstolās audisset.Cōclaue e uestigio:multo tumultu effregit.Minis ac terroribus p̄res cōcussit.Sed cū didicisset italicū:si barēsem creatū cōqeuit.Leonardus tn̄ Aretinus i fine octaui libri suaꝝ historiaꝝ refert:q͂ cū i cōclaui p̄res:de successore deligēdo ꝯsultarēt.Insurgēs Romana plebs nullius certe hoīs ipulsu:sed suo ipetu pmota:Romanū pōtificē ex ciuibus romanis uel saltē italicis creare debere clamabat:Hæc dicta postulataq3 cū nō rōni icōsona uiderēf: audif tumultus.Crescēsq3 multitudo ad usq3 cōclaue puenit:p̄res aūt timore cōcussi:ut populo morē gererēt:Bartolomeū barēsem archiepiscopū p̄ria Neapolitanū extra collegiū cardinaliū pōtificē creāt: urbanūq3 sextū appellāt.Quo facto:cū romani postmodū patres psuaderēt:ut de more eū uenerarenf:ac etiā p orbē pricipes p litteras cōmonerēt:ut & ipsi id p legatos facere dignarēf:nihil tn̄ effectū est.Erat nāq3 urbanus ipse(ut diximus)natura rusticus & inurbanus:sed igratus & iquietus:atq3 inexorabilis.Et ꝓpterea oīa subsecuta sunt mala ac scismata.Etiā cū pter spē ad tantæ dignitatis fastigiū euectus fuisset:itollerabilius oībus uidebaf.Cuius inhumanitas iduxit p̄res aliorlum prospicere.Inq3 clanculū īter se de hac re & electiōe cōquesti:& metū & populi romani uiolētiā incusantes.Dissimulata igif ad tēpus idignitate cū bona pōtificis uenia Anagnā petierūt.Et ide fūdos trāsmigrarūt.Ibiq3 Ioāniæ reginæ securitate cōfisi octo cardinales aliū pōtificē elegerūt. Robertuz scilicet cardinalē gebenēsem:q antea legatus i italia fuerat missus.Cui & septīo clemēti indita est appellatio.Ac sic p orbē litteris dissemināt:hāc scilicet uerā pōtificis electionē. Clementēq3 uerum & idubitatū christi uicariū:ubi uera fuerūt suffragia.Quia coacti a populo ro.italū potius q̄ gallū delegerāt.Et hic maxīæ discordiæ:magnūq3 scisma i ecclesia dei oriri cœpit. Vt duo i ea dicerenf capita.Vrbano aūt pricipū christianoꝝ ps:& ps Clementi fauere cœpit.Italia.n.cū germāia & panonia urbāo: Clemēti uero gallia:hispania:cathelonia:& britāia adhæserūt.Cardinales aūt galli his gestis:multas uillas:oppida:ac urbes diripere & occupare statim cæperunt. Principes q fauēt pōtificibus duobus

5576 ¶ Clemens post multas datas acceptasq3 clades:in gallias tandem cum sua curia profectus ē: ubi apud auinionem:ut hactenus pontificum moris erat sedem constituens uetus pōtifex a gallis omnibus ueneratus est.Et sedit annis quindecim.

1378 1379 Inceslaus Caroli ipatoris p̄dicti filius:tertius & uigesimus Germanoꝝ imperator:hoc anno p̄re defuncto:cū iā una cū p̄re annis.8.iperasset:post patrē cōfirmatus: iperauit annis.22.quāuis iperii benedictionē a papa nunquā obtinuerit.Vir certe p̄ri i oībus dissimilis:ignarus:uidelicet & sine prudētia.Qui totum tēpus uitæ suæ i extrema germāia in ocio & libidinibus cōsumpsit:pp q͂ & ab electoribus tandem procurāte Roberto Bauaro duce impio depositus est.Nā idē Robertus animaduertēs impii dignitatē & hoīs secordiā: zelo cōmotus:& uicioꝝ inimicissimus: illū deponi procurauit:unde & ipse nolens suffectus est. Vinceslaus

5577 ¶ Catherina italica ex Sena ethruriæ urbe oriūda:p̄dicatoꝝ tertii ordinis ꝓfessa:uirgo scīssima & innumerabiliū uirtutū mulier p̄clarissima:hoc anno ætatis suæ trigesimo:multis pietatis miraculis:ēt spū ꝓphetiæ admodū isignita Ro.deuotiōis cā existēs:uitæ suæ finē fecit:atq3 ibidē eius scīssimum corpus in basilica dela Minerua sui ordinis: uidelicet prædicatorum maxima cum populorum frequentia delatum cum celebri honore:deuotione:ac reuerētia sepelitur.Quam sanctiss.

sima uirginē:postmodum pius papa eius nominis secundus conterraneus suus anno salutis nr̄æ. 1460. calendis maii, in sanctarum uirginum numero merito aggregauit. Quæ quantæ sanctitatis: quantæq; uirtutis: & meriti fuerit. Idem pontifex memorabili relatu prosecutus est.

Regina interficitur

Quinq; cardinales i saccis inuoluti demergūt

¶ Carolus regio genere natus: uidelicet ex Carolo illo: q Mãfredū apuliæ regē supauit: exortus: hoc ãno ab Vrbão põt. cõtra Ioanã Reginã ĩ Italiã uocatus: romã cū. 8. milibus eqrū ad Vrbanū põti. ex hūgaria uenit. Indignabat̃ aūt Vrbanus. pp. Reginæ. Tū qa ipa fauebat Clemēti septimo Antipapæ. Tū qa dicebat̃ adoptasse ĩ filiū andagauēsem quodã regis frãcorū filiū cognouerat: Vrbanus quãtus eēt Carolus ĩ re militari: cū olĩ ĩ bello Taruisino ꝑ hūgaris contra Venetos strēnue egisset: ueniēs itaq; ĩ Italiã cū ꝑdictis. 8. milibus hūgaris militibus terruit florētinos. Et acceptis ab eis q̃dragīta milibus nūmū auri põtificē mox Neapolĩ petiit. Et mirabili uictoriæ cursu capta Regina: & ducibus eius supatis regnū obtinuit: & reginã ĩterfecit. Regnauitq; ĩ neapoli quattuor annis. Anno deīde sequēti Ludouico hūgariæ sine liberis defuncto: cū ēt ipsius regni ꝓceres regiæ relictæ gubernationē æquo aĩo nõ ferrēt: Carolū hūc regē accersiuerūt. Qui magna populoꝝ gratia coronatus: nõ multo post dū Cõmētū celebraret Reginæ dolo anno dñi. 1385. iterfectus est. Verū Vrbanus põtifex ut gauderet portiõe fœlicitatis regni capti: mox neapolim cum curia accessit: & ab Rege isto Carolo uictore expostulauit nepotē suū Capuæ pricipē creari q cū uellet uiolēter obtinere: ab ipso rege ꝓhibitus est. At pontifex sagaci industria obtinuit a rege: q pp æstatis caumata nuceriæ habitare posset. Eoq; loco præsidio firmato: papa regē citauit: ut ad eius priuationē audiēdã ueniret. Rex autem: ut facilius respõderet. Contractis copiis nuceriã circūsedit. At Raymūdus comitis Nolani ex gēte ursina filius ueniens: Vrbanū cū curia ad ꝓximū mare perduxit: ubi Triremes genuensiū affuerūt. Et dū põtificē uehebãt qnq; cardinales saccis inuolutos ĩ mari demersit. Romãq; reuersus: alios. 29. Cardinales creauit pro maiori parte Neapolitanos.

Caretini contra genuenses Maruphus Auria iustino polis & pola urbes Calo Ioannes Imperator Genua duces amplius nõ eligit

¶ Nicolaus Guaschus secundus genuensium dux: hoc ipso anno Dominico fregosio duci suffectus: ducauit annis nouē. Vir qdē prudētissimus atq; magnanimus: pacisq; amator & ꝓcurator: q rēpub. suã ĩ magnis belloꝝ pturbationibus & discriminibus: tū cõtra Bernabouē uicecomitē & caretinos: q naulum & albigenã ciuitates occupauerãt: tū etiã cõtra Venetos offendisset: didicissetq; Petrū Auriã classis suæ ꝑfectū in clugiensi bello fore interfectum: nec Maruphum Auriam eidem suffectum potentiæ Venetorum potuisse resistere: quin Clugiã cū magna suoꝝ cæde redemissent: postq̃ uenetos ipsos per ipsum Maruphum multis incõmodis perturbasset: & tergestinos eisdē rebellare cogisset: ac Iustinopolim urbem ui captam incēdisset: pariq; modo ĩ hystria polã destruxisset. Reipu. suæ cauens ĩter ipsas utrasq; partes pacis tractatū quãlibentissime acceptauit. Qua confecta: & sub formula cõclusa etiã albigaunū & naulū ciuitates suas sibi a Carethinis ablatas: mox recepit: & cum eisdem similiter pacem confecit. Indeq; & classem in græciã ĩ subsidiū Calo Ioannis a cãtacusino ĩpio pulsi trãsmisit: & cū mox sua potētia ĩ ĩpio restituit: ipse aūt quoad ꝑfuit semper rempubli. pro uiribus ĩ pace cõseruauit. Eoq; mortuo sua genuensis ciuitas pp guelphoꝝ & gibellinorum dissidia: Duces ex more non elegit: sed se in fr ancorum regis manus cõmendauit.

Bernabos uicecomes Leonardus aretinus capitur Andegauus aretiū uendit florētinis filia Bernabouis fit mulier huius ludouici dos magna templū. S. M. dela scala

¶ Ludouicus andagauensis dux: & caroli francorū regis frater: Caroliq; ꝑdicti Neapolitani regis inimicus: quem diximus a Ioanna Regina in filiū fuisse adoptatū: hoc anno ex gallia cū qnq; & qnquaginta gallorū militum milibus cõtra Carolū ipsum & Vrbanū papã ĩ italiã uenit. Cuius aduentus maxīe florētinos & Aretinos terruit. Eo q aretini Carolo fauebant: & florētini etiã eadem obsequerent̃. In lombardia itaq; primū descendēs a Bernaboue uicecomite pbenigne & comiter receptus est. Et multis ac multis muneribus ab eodē donatus: etiã pecuniis & cõmeatu humanissime eū adiuuit. Indeq; per Ethruriã trãsiēs ab exulibus aretinis uocatus: post multas cædes aretium urbē de manibus Caroli sustulerūt: & eidē diripiendam cõcesserunt. In illa. n. urbis captiuitate episcopus ipsius & Leonardus aretinus historicus adhuc puerulus: unã cū Genitore suo & pluribꝰ nobilibus uiris ab exulibus capti fuerunt: & diu ĩ carceribus macerati. Captaq; aretio & gibillinis cõcessa. Ludouicus hic Neapolĩ petiit: & biēnio cū Carolo decertauit. Sed ipso tandē in bello interfecto andagauenses sui milites dissipati consilio ac duce carētes: oĩbus bonis expoliati bini mēdicãtes ĩ patriã rediere. Andegauus autē q aretiū ludouici istius nomine possidebat: ĩtellecta sui Ducis morte: urbē pro. 40. M. Ducatis florentinis uēdidit: & cū ipsis pecuniis suã ĩ patriã remeauit: Bernabos aūt uicecomes inclitus sane prīceps: filio huius ludouici unã ex filiabus suis uxorē dederat: atq; dotis noīe florenoꝝ cēties mille huic sancto ludouico Socero dū Neapoli bella gereret transmisit. Tametsi puella nūq̃ uiro tradita fuerit. Prius tñ Regina Scaligera Bernabouis uxor & sposæ mr̃ aliqdiu decesserat. Ipa. n. deuotissima mulier existēs suis ĩpensis tēplū pmaximū diuæ uirgini Mariæ qd̃ ab ipsa Scalæ cognominatum est: extruxit & magnis prouentibus dotauit.

Bernabos capitur filii eius fugantur

¶ Ioãnes galeatius uicecomes Galeatii mariæ filius prīus Mediolanēsiū dux prē iã. 3. ãnis defuncto: diuiso ĩter se & Bernabouē prīuз regno: hoc ãno cū tota ĩsubria ĩ ipm Bernabouē patruū declinat̃ pcerneret: & pp hoc ēt hūc Galeatiū nepotē (lз Generꝫ) multis ĩsidiis & machinatiõibus ĩterficere tentasset. Et ipse simulata causa assumpta ex Papia Mediolanum ad ipsum patruum: & Socerū suum Bernabouem uisitationis gratia adire se finxit. Et cum propius accessisset ipsum Bernabouem sibi obuiam factum insidiose intercepit: & captum in Tricii Arce usq; ad mortem custodiri fecit. 1382 6581

ri fecit. Eoq; captiuato: & filiis omnibus fugatis: uniuersum Mediolanense regnum obtinens: decem annis regnauit: cuius potentia cum antea maxima certe foret: accedentibus postea Bernabonis opibus formidabilis omnibus esse cœpit. Vnde cum Antonius Scaliger & Franciscus carrariēsis senior grauissimo bello inter se decertarent. Carrario instigante: qui aliquantulum succumbebat ab isto adiutus: Scaliger superatus in deditionem uenit. Et Veronam: ac Vincentiā urbes suo imperio adiecit: pauloq; post etiam in Carrarium ducens: tandem post multam obsidionem ipsū cum Patauina urbe compræhendit: & in Modoetia oppido suo uinctum transmisit: ac ibidē ī carceribus ipsum uitam finire coegit. Inde cum in Ethruriam exercitum duceret: Bononiam ciuitatē suasione Gonzadinorum & populorum nobilium Bononiensium compræhendere statuit: & captis circumquaq; suis castellis: tandem apud Caselichum uicum florentinorum & Bononiensiū: ac aliorum cōfœderatorum exercitum pugna conserta adeo contriuit: ut omnes ipsius exercitus primates captiuauerit. Inter quos fuere Franciscus tertius Carrariensis: & iacobinus eius frater. Acius ubaldinus: lantodescus: Petrus mala: & Bernardinus facini canis cum aliis pœne innumerabilibus. Quo terrore Bononia concussa ipsius iugum statim subiit. Captaq; urbe: Ioannes Bentiuolus: qui urbi dominabatur: in frustra ab exulibus concisus est: Pauloq; post Senēses Perusini: Assisiani: Pisani: & alii Ethrusci trepidātes sese ultimo suæ potestati submisere: Lucēses uero haud multum apparendo destiterunt: quæ res maximum florentinis incussit timorem: qui pluribus annis cōtinuis eius & prædecessorum suorum sustinuerunt bellum. Vbi decies centena & ducenta sex aureorum nūmum milia cōtra ipsum eos in stipendiis militum persoluisse fertur. Deniq; anno domini. 1402. adhuc Galeatius hic nihilominus bellum contra florentinos acerrimum continuaret: urbemq; durius obsideret: cum nihil amplius salutis spes: nisi in deditione esset: parumq; apparendo distarent: ipse Galeatius apud Melegnanum agri Mediolanensis oppidum suū insperata morte consumptus est. Relictis post se q̄ttuor filiis: duobus legitimis: cæteris naturalibus: q̄bus & singulis Regni portionem assignauit. Viginti itaq; nouem ciuitates hic in italiam possidebat: quarū nomina hæc sunt: uidelicet: Mediolanum: Papia: Monfregalis. Nouaria: Vercellæ: Alba: Aqs: Alexandria: Derdona: Bobium: Placentia: Parma: Rhegium: Bononia: Pisa: Sena: Massa: Grosethū: Clusium: Perusia: Assisium: Nuceria ciuitas: Beluna: Feltrum: Vincentia: Verona: Brixia: Bergomum: Comum: Cremona: & Crema. Fuerat.n. hic clarissimus princeps statura procerus eleganti aspectu: litteris omnigenis edoctus: & celebri eloquentia clarus: ingenio calens: & agendis astutus: & sagax: duas uxores duxit: Helisabetham Boemiæ regis: seu ut aliis placet: Sabaudianā filiā: ex qua Valentinam solam suscepit filiam: quam & Aurelianensi Duci matrimonio copulauit: & in anno. 1389. in galliam ad uirum transmisit. Cui & pro dote Astensem urbem cum uniuerso eius agro: & argenti laborati uncias mille: & sexcentas: præter alia munera impreciabilia. Tanta &.n. ornamenta & pompa in eius nuptiis fuere: ut equorum ephibiæ argenteæ: ac phaleræ margaritis ornarentur. Aliam uero habuit uxorem Catherinam: uidelicet: consobrinā suam bernabouis filiam: ex qua Io. mariam & philippum mariam anglum postea duces suscepit. Hic quippe cū ingētis animi atq; potentiæ esset uir: postquam triginta annis sub titulo Comitatus uirtutum imperasset. In anno salutis nostræ. 1395. mense septembri archiepiscopo Mediolanensi oratore misso ducatus Titulum a Vinceslao imperatore centum milibus florenis obtinuit. Et per manus ipsius Archiepiscopi oratoris eodem mense ingenti pompa ducatus Biretum & alia īsignia recepit: uixitq; postmodum ea in dignitate annis septem. Tanta nāq; fuit huius animi magnitudo: ut etiā ad imperii dignitatem aspiraret: hanc obrem uenetis feltrum & ciuidalē oppida etiā condonauit. Et nisi tam cito morte præuentus esset: ad id certe peruenisset. Hic in papiensi sua urbe: inter cætera castellum siue Regiam domum incredibili pulchritudine & impensa extruxit: in quo & Bibliothecā cōdidit: in qua tantam librorum copiam contraxit: quantam alibi me unquā uidisse memini. Leporariūq; cōtiguū muris cinctum iuxta illud ꝯstituit. In quo Monasteriū Sup͞bissimū ordini Carthusiensiū toto orbe certe celeberrimū cōstruxit: & maximis prouentibus dotauit: ubi & dimidiā corporis sui partem tumulari ex testamento suo iussit: in eius autem funeris pompa interfuerūt: ī primis omnes sui exercitus Imperatores urbinensis & mātuanus principes reliq; ordinum p̄fecti: sed & cunctæ ciuitates atq; oppida eius Ditioni supposita legatos misere cum uexillis nigrisq; insignibus: qui funus comitarent̄. Elatum itaq; fuit: ex Arce portæ Iouis uidelicet Mediolani ad maius urbis tēplū. Ibiq; ex eius decreta cadauer diuisū: cuius media ps ī papiēsi carthusia: aliaq; ī uiēnā ad scū Antoniū delata est. Eius igit̄ mors totius lōbardiæ excidiū & Ruina fuit: ut ifra dicem⁹.

Antoni⁹ scaliger capitur
Frācisc⁹ cū pataula capitur
exercit⁹ multorū ꝓfligat̄
captiui duces
Io. Bētiuolus in frustra cōcidit̄
ciuitates captæ
Ciuitates ducis enumerat
Valentina filia Ducis
pōpa nuptiarum uide
Centū mille ducati soluti
Dux creatur
Feltrum ciuidalē Venetis donauit
Bibliotheca papiæ
Leporarium papiæ
Corpus in duas Partes diuidit̄

1383 ¶ Michael Maurocenus. 3. &. 60. uenetiaꝝ Dux: hoc āno īdemortui Andreæ ꝯtareni Ducis loco suffectus. Ducauit mē. 4. uir īgenio & aīo magnitudīe īsignis. De quo tñ nil memoriæ dignū in suo magratu hēmus: cū eodem anno e peste assūptus fuerit. Eius aūt corpus apud p̄dicatores ī maiori capella sepultū fuit: in cuius sepulchro īsigni & marmoreo hoc Epigrama īsculptū uidi. Videlicet.

Inclita uitales michael quem duxit in auras:
Maurocena domus Venetoꝝ quibus & ingens.
Spes erat alta parens intercepit ardua fatum.
Cæpta Ducis: uirtute potens fuit ensis acutus.
Iusticiæ moriens patriæ per sæcula luctus.

¶ Antonius uenerus quartus & sexagesimus Venetiarū Dux hoc eodē anno Michaele p̄dicto du

ce sublato duodecimo die mensis octobris absens cõmunibus suffragiis : eidẽ suffectus annis.18.
Vir quidem cõsilio illustris:sed prudẽtia circũspectiõe illustrior.Qui cũ uniuersa forma Europa & Scismatibus & Seditiõibus piculosissimus plurimũ fluctuaret:& ipse sua prudẽtia senatum populũq; uenetum quoadiuxit:a qbuscũq; malis expertẽ effecit.Verũ cũ Io.Galeatius uicecomes Mediolanẽsium Dux Frãcisco gõzagæ Mãtuano pricipi bellũ idixisset:ipse ex fœdere Carolũ malatestã i auxiliũ misit:q Galeatii exercitũ apud gouernolũ oppidũ mãtuanũ turpissime profligauit. Reliquã aũt ipsius rempu.maxima i pace semper conseruauit.Deniq; omni uita iteger comprobatus:posteaq̃ multa egregie & magnifice ædificasset:ac clugiam a genuẽsibus destructã reædificasset:decimo octauo magistratus sui anno Mense primo plenus dierum & bonis operibus dormiuit cum patribus suis.Sepultusq; ex mandato suo in basilica prædicatorum.

Clugiaʒ ræhedificat

¶ Calo iannes constantinopolitanus imperator andronici palealogi imperatoris filius:hoc anno ob maximas ipsius filii dissensiones a cantacusino Græculo nobiliore ex regia p arma pulsus ope Frãcisci Gatellucii patricii genuensis imperiuʒ recuperat.Quãobrẽ in sede cõfirmatus eidem Frãcisco ingratitudinis signũ mitilenẽ isulã mox dono dedit: atq; etiã alios thesauros plurimos cõdonauit.Fuerat nihilominus hic Calo iannes Genuẽsibus antea infensus:q̃ꝛ contẽdentibus inter se genuẽsibus atq; Venetis:iste Calo iãnes Venetis fouit:& una cũ illis perã genuẽsiũ coloniã oppugnare adiuit.Cõtra quẽ andronicus eius filius(cum esset patri & uenetis inimicus)auxilio Turcorũ & Bulgarorum pugnã obtinuit:ac urbem defensauit:quo patrem eo deduxit:quod i Genuẽsiũ partes statim transierit.Quam ob causam Regi bene successit. 1384 6583

Frã.gatheluti⁹ genuen.

¶ Mitilenæ itaq; insula quæ alio noĩe Lesbos appellaꝛ:de qua supra libro tertio dictũ est:his temporibus in Frãcisci Gatelusii genuensis manus deuenit:in cuius posteris postea per annos octogita usq; ad annũ dñi.1464.fœliciter perdurauit.Quo anno(ut supradictuʒ est) Mahumetus Othomanus turcorũ prĩceps post captã constantinopolim etiã uir cœpit:& maximo cũ christianorũ decore & strage i suã potestatẽ redegit.Hæc qppe ciuitas ab insula id nomẽ accepit:quæ oĩbus bonis & diuitiis istructa hẽtur.Duos portus habet:quorum unus clausus erat quadragita triremium capax.Dicta nãq; fuit Mitilenæ a Mitilena Macharey filia.Quæ tẽpore diluuii deucalionis i eam prima aduenerat:qđ qdem noui i tp̃s hoc usq; permanet:isula tñ Lesbos appellata fuit:quia in ea idem Machareus utilẽ ualde legẽ edidit:quã leonẽ ab eius robore appellauit:pelasgi græci ab initio priores ipsam habitauere:cũ adhuc staret Troya:postea Eoles successerunt.Deinde persaꝝ imperiũ successit:postmodũ macedonũ:deniq; Romanorum:cũq; Romana respu.i græciã trãslata fuisset sub græcorũ iperatorũ manus:usq; ad tẽpus istud fuit:postremo i gathelusiis:ac ultimo iam 38.annis elapsis ad turchos deuoluta est.

Lesbos

portus duo Mithilena filia machare i Lex machareí

¶ Ladislaus Caroli pdicti regis filius:hoc anno patre in hungaria a Regina ueneno sublato eideʒ in Neapolitano regno succedẽs:regnauit annis.29.Hunc mater puerulũ inter multas difficultates educauerat.Qui cũ adoleuisset hũgariæ regnũ suscepit:sed cũ ibidẽ res parũ ꝓspere succederẽt : ex peditione nõ pauca suscepta:& Iadera de regno occupata uenetis uendidit:& cũ pecuniis ipsis in italiã uenit.Vbi p albricũ cunii comitẽ belli sui ducẽ regnũ neapolitanũ obtinuit.Atq; eo purgato paulopost eius i manibus i integrũ redegit.Quibus gestis:cũ igentis magnanimitatis iuuenis eẽt: atq; omniũ regum prædecessorum potẽtia & rerũ prosperitate oĩbus p circuitũ formidabilior euasisset:& põtifici ro.suspectus esse cœpit:q cũ Albricũ Cunii comitẽ magnũ comestabilẽ i Neapoli creasset & instituisset:nõ amplius p pfectos:sed per semetipsuʒ exercitus ductare uoluit:uñ & post mortẽ galeatii Ducis Mediolani perusini:& aliæ latii ciuitates i suã potestatẽ deuenerũt:sed & uigesimo regni sui anno:p amicitiæ speciẽ romã igressus.romanos i bonifaciũ nonũ põtificẽ ad arma cõcitauit.Quibus i cõtentiõibus:ut Leonardus Aretinus scripsit:undecim ex primoribus patritiis p Ludouicũ põtificis nepotẽ itercepti & occisi fuerunt.Quãobrẽ pterrefactus põtifex stati cuʒ oĩ curialiũ turba uiterbiũ fugit:post hæc etiã gregorio duodecimo pontificante:idẽ rex per põtificis absentiam romã occupauit.Qua propter pontifex illũ regni titulo priuauit:& Ludouico Ludouici Andagauensis filio regnũ cõcessit.Verum Ioãne uigesimo tertio pontificãte ob ipsius Io. pontificis Ducibus profligatus fuit:q; si(ut ipsa aiebat)hostis prudẽtia & uictoria uti sciuisset:toti⁹ regni potestatem habuisset:post hoc autem uaria fortuna iter põtificem& regem semp fuit.Quia mõ pacẽ mõ bellũ habuerũt:hac tñ de cã Corthonã urbem florentinis uendidit: sed etiã dum florẽtinos reliquasq; ciuitates p ui sibi subdere statuisset:morbo i perusia ɔtracto Neapoli ꝓfectus ẽ: ubi meliusculus factus:postea ex ueneno ꝓcuratiõe florẽtinoꝝ (ut aiũt) sublatus est: cũ psæpe & id a suis tentatũ fuit:abutebaꝛ enim ut ferꝛ:cuiusdã medici sui adolescentula pulcherrima:quã cũ sũmme diligeret:psæpe ad eã uentilabat:q cũ genitor Medicus cognouisset:florẽtinoꝝ ablatiõib⁹ corruptus:Regẽ cũ filia hoc mõ intoxicauit.Ipse.n.medicus pr̃ filiam ad se uocatã blandis allocutus est uerbis:placet inquit filia mi:quod me Auũ sobole regia faceꝛ studeas. Itaq; ama illũ : illiq; serui:ac cura summopere ut redeameris.Quamquam situ mihi obtẽperaueris : faciã ut te nil carius habeat:& hoc filia mi:te & omnes nos beabis:fuerũt itaq; adolescẽtulæ sũmopere uerba hæc Cara : illeque uenenum quod medici neapellum uocant : puellæ in paniculo tradidit : iussitque cũ a Rege foret comprimenda: uuluam eo medicamine leniret: puella igitur paternis consiliis obtẽpans 1385 6584

In maribus cui⁹ fuit Iaderaʒ urbem Veneti emunt magnus comestabilis Albricus

corthonã florentini emunt

obtēpans regemq; eo medicamine mox interfecit: atq; ita nec impudicam pater habuit filiā: neq; multum passus est abire regem. Hoc ideo scribere hic uoluimus: ut hinc omnes luxuriosi principes & qcūq; alii nil esse totius cōtinētia: nihilq; periculosius quam uetitus concubitus.

puella se & regē impudicū interimit

¶ Sigismundus qui postea īperator & Augustus: fuit natione Bohemus: origine uero theutonicus uir illustrissimus: hoc anno Ladislao prædicto ex hungaria pulso: ipsum hungariæ regnum uocatus suscepit: & ad imperii usq; susceptionem. 25. annis ī eo regnauit. Vir qdē prudētissimus atq; magnanimus cum quadā corporis maiestate atq; splēdore nimium decoratus: Bellator ardētissimus licet in præliis persæpe extiterit infœlix: Reiq; publicæ christianæ acerrimus defensor: hic duodecimo regni sui anno maximo exercitu congregato: uidelicet theutonicorum: Gallorū: Hungarorū: & Vādalorum: cum. 25. milibus equitibus contra turcos. q ad summā ducētorum (ut aiunt) miliū tā eqtū quam peditum ascendebant: pfectus est: ubi cum multa prælia aduersus eos infracto animo constituisset. Tandem christianis ex paucitate durior fortuna extitit: quod in ipsis præliis ad uiginti milia christianorum interfecta fuere: ex turcis autem sexaginta milia trucidata referunt. Cum Bohemis persæpe conflixit: & semper eos acie pfligauit. Vxores duæ huic fuere: prima Maria Ludouici ipsius gentis regis unica filia ac hæres fuit. Cum qua & regnum accepit: illiusq; causa duos & triginta regulos: qui eidem rebellauerant: gladio interfecit: ob quam rem & ipse postmodū mortua uxore regina in uinculis coniectus & regno priuatus fuit: uerum postea dimissus: & Barbarā Hermani ciciliæ comitis filiam ducens uxorem: comparato denuo exercitu regnum rursus uendicauit: & ad imperii sui usq; assumptionem in eo regnauit.

20. milia christiani occisi turci. 60. Milia interfecti 30. reguli interfecti

¶ Iacobus Armeniaci comes eo etiam anno a florentinis mercede cōducti cum uiginti millibus equitibus in Italiam per cynisii montem descendit: & mox in Alexandrinum agrum deueniēs castellatium oppidum cum maximo impetu cœpit: cœptumq; diripuit & euertit. Quo audito euestigio Iacobus uermes copiarū Galeatii Ducis imperator eidem occurrit: sed uisa hoīs potētia ītra urbem Alexandrinam se continuit: Armeniacus autem suam uolēs experiri potētiā in die scilicet Iacobi octauo calendas Augusti urbem acriter & diu oppugnauit. Deniq; lassus cum ad tentoria reuerteret: a tergo ab ipso Iacobo uerme insecutus cūctum ipsius exercitū dissipauit: & Armeniacum comitem uulneratum cum innumerabilibus captiuis in urbem perduxit. Qui paulo post & uulnere & animi dolore uitam exhalauit: in eo autem conflictu tanta gallorum fuit cædes: ut eorum numerus non referatur: sex tamen equitum milia capta referuntur. Inter quos Raynaldus lamfigliarius & Ioannes Ricius florentini equites fuerūt: q eūdē Iacobū Comitē cōducebāt: eam obrem omnis florentinorum contra Galeatium deperdita fuit spes.

Vide maximā gallorum cædem Sex equitum milia capta

¶ Frācīscus Carrarius iunior senioris frācisci filius. Qui superioribus ānis ad Bauariū tiore Galeatii Ducis cōfugerat: hoc anno sollicitantibus florentinis & fauentibus uenetis mutata ueste patauiū secreto ingressus urbē suis adiuuantibus (præter arcē) obtinuit. Ac paulopost adiuuante etiam Io. haucuth britānico florentinorum copiarū Duce arce obtēta: regnauit annis. 15. Non tamē magna sine trepidatione fuit: quoad Galeatius Dux uixit. Sed eo e medio sublato. Cuius arma plurimū extimuerat: in magnam spem suæ augendæ dictionis statim deuenit. Et eo maxime qa propter ipsius mortem omnia ad arma respiciebant. Et propterea calide Gulielmū scaligerū cum suis Brunoro & Antonio Veronam introduxerat: & urbem sibi subiicere fecit: quibus in regno cōfirmatis: paulopost de medio per mortem abstulit: & urbe diu optata potius suo regno adiecit: munitaq; firmissimo præsidio Verona: & Iacobo fratri seu filio cōsignata etiam Brixiā occupare tētauit: sed a Iacobo uerme & Iacobo De cruce: ac othobono de tertiis Ducis Mediolani cōmilitonibus repulsus: ad alia eum respicere coegerūt. Indeq; re infecta recedēs in uicentinos iā dictiōis uenetæ exercitū duxit. Cui statim Michael uenetorū dux: & eius senatus Tybicinē ex more mittētes rogarunt ne uicētinos uectigales & subditos suos bello attingat: alioquin senatū uenetū hēret inimicū: s; frāciscus probris & minis binis uicibus Tybicinē reiiciens in uicētinos durius crudescere cœpit. Quāobrē indignati ueneti cū Francisco gōzaga fœdus percutientes contractis undiq; copiis ipm gōzagā omnium copiarum suarum generalem ducem contra Carrarium mox cōstituerūt. Qui imperio suscepto: confestim repentino impetu cum exercitu Veronam accedens ipsam concedente Mediolanensi Ducissa tandem cœpit: & Iacobo Carrariēsi capto urbem Venetis subiecit: ac ipm Iacobum uinctum Venetias trāsmisit. Inde in patauiū urbem omniq; poterat conatu ducens ipsam urbem omnibus rebus immunitā offendit: & interclusis undiq; cōmeatibus post aliquot mēses: cū fame & peste grauissima oppressa esset: ac cōtinuis oppugnationibus a gōzaga quassaret: tandē ignorante Carrario per portam sanctæ Crucis sibi a ciuibus apertā; copias introduxit: & casu Carrariū reperiēs pacificis uerbis eū cōuenerūt: & iureiurando promiserunt: ut gonzago fratri Galeatio castro in fide credito retineret: donec ipse Carrarius ad Senatum p misericordia impetranda cōmigraret. Vt si quod uolebat impetrasset. Ciuitas ei restitueretur. Sin autem omnia cum bndictiōe sua florēt: his cōpositionibus: Carrarius cū filio eius noīe frācisco ad Senatū ī ueste humili accessit. A quo nullā misericordiæ gratiam pmeruit: īmo & multis obiurgationibus multisq; improperiis mulctatus euestigio in carcerem cum filio includi iubetur. Et paulopost missis commissariis nomine Senatus urbs capta est: quæ res Gonzagæ propter iusiurandum admodum

Scaligeros iuuenes interfecit Veronā capit Brixiam occupare tentat

Hostis p portā scē Crucis in urbē intrat Carrari cum filio ī carcerē recluditur & mox occidit

molestā fuit:postmodum carrarius cum filio strangulatus:ignominiose sepultus est. Superfuerāt nihilominus ipsius Francisci filii duo Vbertinus uidelicet & marsilius:q ante urbis captiuitatē ad ethruscos confugerant:ac sic anno domini.1406.quarto calendas decēbris patauina Regalis ciuitas in manus uenetorum hoc modo peruenit.Et duæ potētissimæ ac illustrissimæ familiæ scilicet Scaligerorum & carrariensium propter earum dissensiones & æmulationes suæ diuturnitates & potentiæ uno quasi tempore finem acceperunt. Qui in Verona Patauioq; clarissimis urbibus: per annos multos maxima cum imperii gloria sceptra tenuerūt. Harū autē illustriū familiarū præclara gesta & annales Petruspaulus uergerius iustinopolitanus philosophus & orator disertissimus earum fidelissimus alumnus multis libris compræhendit & descripsit.

Carrariensium domiorum hic finem dicit

¶ Templum maius toto orbe celeberrimum:hoc anno iussu & adhortationibus Io. galeatii Ducis in honorem beatæ Mariæ uirginis incredibili ac indicibili prope tum impensa:tumq; artis elegantia solido marmore instaurari cæptum est:quod inter christianorum templa principatum tenere uī:quod nostra ætate mirumimmodum incrementum suscepit. 1388 6587

Bonifacius pp 212. 34. annorum ætatis erat

Bonifacius papa:huius nōis nonus natiō e neapolitanus Petrus Tomacellus antea uocatus:Vrbano pōtifice hoc anno surrogatus:sedit annis.14.& mē.9. Hunc dū pōtificatus munus suscepit:triginta quattuor ætatis annorū fuisse tradūt:sed iuuētutē suā oībus in rebus:totoq; pōtificatu suo cū senectute pmutasse uisus est.Et si sciētiæ minus pitus esset:bonæ tñ cōditōis:magnæq; prudētiæ:maximi:tū aī:tūq; cōsilii pōtifex fuit:primus.n.ui oēm populi Romani ī pōtificē trāstulit:creatis suo nutu Magistratibus & munitis urbis fortilitiis: inde decimo sui pōtificatus anno:ex Asisio ubi multis annis cōmoratus fuerat:Romā īgressus Iubileū celebrauit.Ac post cupidus augendæ ecclesiasticæ dignitatis primus Ecclesiasticis beneficiis Anatharū usum imposuit:hac scilicet conditione:ut q beneficiū cōsequeref:dimidii anni pūetus apostolicæ cameræ psolueret:ladislaū pterea adolescētē ī paterno Regno collocauit:& p cardinalē florentinū apud Cayetā coronari fecit.Quo ī regno cōfirmato:plurima ædificia ī hadriani mole:& in capitolio necnon & ī uaticāo palacio fieri fecit:Brigidā ēt Suetiæ pricipē uirginē clarissimā sanctarū cathalogo ascripsit.Quæ suo tēpore ad dominū migrauerat:studiū generale ferrariæ ditionis suæ ciuitati rogatu Alberti Estēsis Marchiōis cōcessit:uerum hic pp rerū pturbatiōes multasq; animi afflictiōes & qdē graues pertulit:unde etiam laterū dolore persæpe afflictus:tādē uitā cum morte mutauit.Cuius corpus apud sanctum Petrum in sepulchro marmoreo sepultū fuit.Hic certe ad summā gloriā nil defuit:nisi quod nimiū Cognatis & affinibus suis in dādis beneficiis:p fas & nephas atq; in desertis indulgētiis assentiens magnæ infamiæ nota sibi conquisiuit. 1390 6589

Anatharum primus usus

Studium generale ferrariæ conceditur

¶ Antonius adurnus patricius genuensis tertius genuēsium Dux:hoc anno Nicolao duci cōmunibus suffragiis suffectus:ducauit annis.10. Vir magnæ prudētiæ maxiæq; memoriæ & auctoritatis princeps.Qui Rempu.suam quoad potuit sūma cū iusticia & pace ac cōciuiū suorū cōcordia sp gubernauit.Et nō modo inter suos pacē seruauit.sed etiā inter galeatiū uicecomitē ducē & florētinū populū(ab eodē Galeatio durissime pressum)sūma cū prudētia pacē cōponere procurauit. 1391 6590

¶ Aymo sabaudiēsium comes:uir oīum uirtutū genere illustratus:hoc eodē anno:post inumeras uirtutes a se gestas apud pinarolū pedemōtiū oppidū suū diē obiit.Amideo unico filio post se relicto:ex Violāte uxore sua Theodori mōtisferrati marchiōis filia suscepto hærede. Qui Aymo uir certe præclarissimus:cū apud omnes italiæ potētatus maximo haberetur in precio: lites pmaxias multis ī locis multa dexteritate extinxit & composuit:& pacē(prout decet christianū pricipē) cum oībus cōposuit:& q̄maxime inter genuēses & uenetos:Ludouicūq; hungariæ regē: & aqlegiēsem patriarchā:ac franciscū carrariū:necnon & bernabouē uicecomitē ac etiā carethinos & genuenses dignissime atq; laudabilitate cōposuit.Propter q & ingentem laudem:reuerētiāq;:atq; beniuolentiā ab oībus cōsecutus est:quod utiq; in eius exeqis mōstratū est.Quia oēs potētatus:oīsq; ciuitas & oppida oratores ad ipsas honorādas misere.Inter quos Io.galeatius Mediolani dux ioānē suardum ciuem bergomensem equitem auratum suo nomine honorificētissime destinauit:quē ob uirtutum suarum plurimarum præcipuum sibi consiliarium suum effecerat.

Paces ab hoc hoīe cōpositas cōmemorat

Io.suardus eqs auratus

¶ Stephanus bauariæ dux:ad quem franciscus carrarius iunior(capto patre) cōfugerat: hoc eodē anno e germania a florentinis contra Ioannem Galeatium uicecomitem ducē uocatus: magno cum exercitu in italiam ueniens:primo aduentu cum eodem francisco patauiū clanculum ingreditur:& urbem a Galeatio occupatam:in fidem francisci pter arcē redegit:quā cū oppugnare cœpisset:a florētinis mercede fraudatus ab īcepta oppugnatione destitit.Et indignatus:cū nil memorabile facere potuisset:re infecta inglorius in germaniam & regnū suū rediit.Huic Stephano duci Robertus qui postea augustinus extitit filius fuit.

Patauina urbs recuperatur

¶ Apianensium apud plumbinum principatus principium.

¶ Iacobus Apianensis publicus pisanorum scriba: qui per multos annos quæque secretissima quæ in ea urbe agebantur:tractauerat: hoc anno petrum Gambacuttam ciuitatis primarium seu principem per insidias cum filiis intercipiens Pisanæ urbis dominium sibi desumpsit: & quattuor annis in ea regnauit. Quo mortuo cum gerardus eius filius: q in principatu patri successerat:urbem in potestatem sibi retinere non posset:post tertium sui pricipatus annum: 1392 6591

ipsam

ipsam Galeatio uicecomiti Mediolanensium duci uendidit: & cū pecuniis ī plumbinum suæ di-
ctionis īsigne oppidum & insulam se trāstulit. Et sibi successoribusq̧ suis usq̧ ī p̄sentem annum:
q̄ est millesimus q̄ngentesimus primus a natali christiano annus: illud (licet cum magna multoꝝ
regum ac pricipum æmulatione) retinuerunt: & illud maximis ædificiis: aliisq̧ fortilitiis fortissimis
illustrarunt. Verum hoc Alexander papa eius nominis sextus per Valentinum borgiam ducē filiū
suum: expulsis apianensibus illud sibi uendicauit.

1393 ¶ Iacobus auratus eques splendidissimus ex uetusta īsigniq̧ suardorum bergomensium familia
natus: hoc anno: cum ioānes Galeatius uicecomes Mediolanensium dux senā nobilē æthruriæ ur
bem suo imperio subdidisset: mox eidem urbi intercedentibus senensibus ciuibus senator destina-
tur. Quam quidem administrationem tanta cum prudentia: tātaq̧ cum comitate: humanitate: de
xteritate: atq̧ iustitia omnium iudicio per multos annos gessit & exercuit: ut eo tandem recedente
illum senenses ipsi omnes tanq̄ omnium parentem & patronum non sine lachrymis suum pati
potuerunt discessum. Erat igitur apud ipsum Galeatium ducem: propter uitæ integritatem atq̧ in-
nocentiā & prudētiā sūmo hītus ī p̄cio & honore: adeo ut nil ageret sine eius ꝯsilio & auctoritate.

Petrus natione italus ex oppido Brũniquelli oriundus egregius nostri ordinis Doctor & ciuitatis nouæ in latina regione Episcopus: & ipse per hoc tempus Sententiarum libros egregie exposuit. Et omnia Salomonis opera complanauit: atque Bibliam ferme totam postilauit. Deinde illud diuinum opus in lucem protulit. In quo omnes noui & ueteris testamenti historias ad alphabeti ordinem redegit: & ad singulas applicauit materias. Multos præterea composuit Sermones.

Thomas natione theutonicus ordinis canonicorum diui Augustini: uir in diuinis scripturis admodum studiosus atque eruditus uita & cõuersatione ualde insignis: hac tempestate clarus existẽs scripsit ad instructionem multorum subiecta opuscula. Et primo de cõtemptu mũdi li.4. Incipit.

Qui sequitur me. non.	Sermones ad nouicios libros tres.	De uita solitaria librum unum.
De tribus tabernaculis	li.i. De uera cõpunctione li.i.	Ortulus rosarum li.i.
Vallis liliorum	li.i. Alphabetum monachi li.i.	Consolatio pauperum li.i.
Doctrinale iuuenum	li.i. Qualis debet eẽ mõachus li.i.	De cõtẽptu mũdi alius li.i. Et qdã alia.

Ioannes theutonicus ordinis prædicatorũ sancti Dominici theologus & diuinarũ humanarũque scripturarum lõga excitatione limatus egregiusque Declamator: per hæc tẽpora in pcio existẽs: scripsit quædã opuscula quibus memoriã sui nominis æternitati cõmendauit. E quibus subiecta feruntur. Imprimis opus magnũ luculentumque prædicatoribus necessariũ: quod sũmam prædicãtiũ prænotauit li.i. Incipit: prædicantiũ uita &c. Item summã aliã iuris moralis li.i. sermones de tempore lib.i. sermones de sanctis li.i. Et alia insuper eũ scripsisse ferunt. 660

Frãciscus de platea ordinis minorum doctor: diuinarum scripturarum & iuris põtificii non mediocriter eruditus ac egregius diuinorum sermonũ declamator: p hoc tps multa elucubrauit ad multorum ĩstructionẽ & ædificationẽ. De quorũ nũero subiecta ferũt. Et prĩo opus ĩsigne & pclarum: qd de restõnibus pnotauit. Incipit. Vtrũ restitutio sit de no. Itẽ librũ de cẽsuris pulchrũ: & sermones uarii li.i.

Hẽricus de cosueldia natiõe theutonicus Cartusiẽsiũ ordinis prior in Holãdia ĩ primis mira religiõis cõuersatiõe ac sanctimonia ĩsigni: sac diuinarũ scripturarũ apprime eruditissimus: & eminẽtissimi ingenii præditus: p hæc tpa clarus existens multa præclara opuscula composuit. De quibus

subiecta feruntur. Et primo in Exodű misticæ li.i. In Epistolam Pauli ad Romanos li.i. Cõtra uitiű ꝓprietatis li.i. De tribus uotis substantialibus li.2. De ĩstitutiõe nouitiaꝝ li.i. Circũcisoꝝ mysticũ li.i. De Sacramento altaris li.i. De Aue Maria li.i. Eulogiű Pauli Eremitæ li.i. Sermones de tẽpore li.i. De sanctis li.i. Epistolarum ad diuersos li.i. Item Gulielmi parisiensis arduum opus magno labore breui sub compendio conclusit. Obiit deniq; anno salutis nostræ .1410.

6605 1406 ¶ Gabrinus fundulus patria Cremonensis in oppido Sonzini ortus: uir bello insignis: astutusque ac certe formidabilis. Hoc anno Vgolino & Carolo ac aliis quibusdam nobilissimis Caualcabobus a se interfectis: Cremonæ urbis dominium sibi desumens: regnauit annis .24. Vgolinus enim caualcabos uir nobilis adiunctis sibi põzonibus nobilibus: mortuo Galeatio uicecomite Mediolanensium Duce: prius Cremonã urbẽ ab obediẽtia Ducis alienare fecit. Deinde sepositis põzonibus sociis urbis dominatű per se occupauit. Diffidens quoq; urbẽ posse tueri hunc Gabrinű uiꝝ acerrimű atq; præstantissimű sui exercitus ĩperatoré delegit. Viso præterea hominis huius ĩgenio & strennuitate. Vgolinus ipse eius opera in bello: & pace semper uti uoluit. Et hãc ob rem omnes fortilitiorű præfecti: ac cæteri ipsius urbis magistratus nõ minus huic Gabrino quã domino & prĩcipi Vgolino parebant. Rebus igitur sic stantibus gabrinus hic spe occupãdæ urbis ductus: ut erat animo maximo & calido: hoc anno Vgolino una cű gabrino militum Duce a laude urbe põpeana (quæ pro uignatensibus nobilibus tenebat̃) Vgolinű principé suű una cű fratribus & cognatis omnibus ad Machastornam Rusculum ab urbe Cremona decem milibus distantem crudeliter interfecit. Quibus interfectis hic concito gradu cum omnibus militibus suis antequam facinus in urbé diuulgaret̃: Cremonã uenit. Occupataq; arce ac portis oĩbus munitis forű cű armato milite ĩgredit̃: postmodű cű uidisset quosdã uelle suis conatibus obsistere: aut obtrűcare fecit: aut exilio dãnauit: in pace demű urbe adepta: ob ĩgẽii: & sagacitatis atq; prudẽtiæ magnitudiné suű nomẽ magnopere extollere ꝓcurauit. Et cű eẽt excelsi aĩ tyrannus: fluctuãte ꝑ Scismata Ecclesia dei ad eű põti. Romanus & ĩperator Sigisműdus tanquã ad prĩcipé magni cõsilii magnæq; auctoritatis pro rebus cõponẽdis Cremonã accesserűt. Quos reuerenter splẽdidissimeq; excipiẽs. Consiliű optimű de Synodo apud ꝯstãtiã urbé celebrãda dedit: pro q̃ uniuersa xp̃i ecclesia ad sanctitaté reducta fuit. Hűc deniq; Philippus Maria Mediolanẽsiű dux cű uideret ĩter occupatores sui regni p̃stãtioré fortioréq; atq; certe formidabilioré: necnon ẽt calidioré: in recuperãdo regno: nõ armis qdẽ: sed qbusdã suasiõibus: ac ꝓmissionibus plurimis: ꝑ Crimignolã Ducé suű priꝰ sibi subegit. Sciebat.n. dux ipse Mediolanẽsis: si istű circűueniret: de aliis tyrãnis occupãtibus: & negociű: qd' ita factű est. Nã multis ab eo acceptis pecuniis: urbé demű cű uniuerso agro restituit: at dux eidé castellianű optimű oppidű & q̃dã alia benignissime cõcessit. Veꝝ postea (ut aiűt) cű multas in principé molliret̃ insidias: tandem ꝓditione Oldradi lãpugnani ciuis & nobilis Mediolani sui cõpatris apud Nichű oppidulű agri cremonẽsis captus fuit: & Mediolanű missus post lõgos carceris squalores tandem in publico Mediolanensi foro uniuerso astente populo (Ducis iussu) capite plectitur ibidem Mapheo Gambara præclaro ciue Brixiano præsidente & sententiam ferente.

[Margin: Ponzõi Cremonenses Vgolius cű fr̃ibꝰ obtrűcatur. Machastorna. Papa & Impator ad hűc uenerunt. Oldradus lãpugnanus Capite trűcatur. Mapheus gãbara]

¶ Ioãnes cognomẽto piceninus caroli uicecomitis filius Bernabouis magni uicecomitis ex filio nepos: hoc anno idibus iunii Mastino ex patruo defuncto ex Brixiãæ urbis p̃fecto Bergomea sceptra suscipiens duobus annis in ea regnauit: Cuius cű dominatio admodű uideret̃: qd' omné neq̃tiã & sæuitiã in subditos exerceret: atq; multos ciues & auaritia & uiolẽtis advanceq mulieꝝ suaꝝ cõcubitibꝰ in dies offenderent: ita iram & odiű Bergomensiű in se cõcitauit: ut tumultu excitato ipsum cum uniuerso magistratu: atq; p̃sidio suo urbe pellerent. Quo effugato: mox ciues urbẽ in libertaté redigere. Quamobré facinus canis Ioãnis Mariæ Ducis impator cű magno exercitu stati in Bergomensem agrű uenit: & in ciuium uindictã multas populationes & uastationes atq; ĩcendia exercuit. Et inter cætera uniuersum Vrgnanum Colonium Stezanum cum multis aliis oppidis complanari fecit: ĩmo & arbores cuiuscunq; generis in ipso Bergomense agro: & uineas: & segetes omnes per circuitum ipsorum maxime trium oppidorum succendi mandauit.

[Margin: Vrgnanű colonium Stezanű oppida cõburuntur]

¶ Galeatius gõzaga frãcisci gõzagæ Mãtuæ prĩcipis frater: ĩuictissimus fortissimusq; bellator: & in sciẽtia militari clarissimus: q superiori ãno Bucichalem gallű gygãtem ĩgentis fortitudinis uirű singulari certamine deuicerat: ac alia plurima p̃clara gesserat facinora: hoc anno nono calendas maii: cu3 Medolacű oppidum acriter nimiű expugnaret: sagitta percussus spiritum statim emisit.

6605 1407 GRegorius papa eius nois .12. natiõe Venetus angelus corarius seu Cornarius ãtea uocatus: patriarcha Cõstãtino. hoc ãno ex cardinale sci Marci Innocẽtio põti. suffectus: sedit ãnis duobus & mẽ. 7. põti. eqdé magnæ scĩtatis & grauitatis p̃cipuæ reuerẽdus: qui põtificatu suscepto: iuxta obligationé factã iterato ad deponẽdű pontifi. se obligauit: si Bñdictus q alteꝝ põtificatű in gallia tenebat: se quoq; abdicaret. Cohortãtes igit̃ in prĩcipio sese p̃dicti põtifices: & ad mutuã abdicationé offerẽtes: Saonã urbẽ maritimã: ubi ꝯuẽirẽt: elegerűt: s3 ĩ cõueniendo se adinuicẽ illudẽtes: maxĩa xp̃iãoꝝ ĩcusatiõe maioré diuisioné ꝯcitauerűt. Quappꝫ ĩgẽs ꝯciliű pisis celebratű est. In quo Greg. hic & Bñdictus põti. de Collusiõe accusati: ambo põtificatu priuati sunt: & Alexã. Cretensis eligit̃. Quo põtifice creato: Greg. hic q̃si ꝓfugus Ariminum statim cõcessit: ubi & a Carolo malatesta urbis prĩcipe ꝑbenigne exceptus est. Qui licet in pisano

[Margin: Grego. papa 214. Põtifices saonã uenerunt. Põtifices priuant̃. Hic ariminű fugit. Carolus malatesta ad cõciliű mittitur]

ɔcilio exautoratus eēt:attamē tāquā uerus pōti.dū lucæ morā faceret: ex patrū cardinaliū ɔsensu
q nōdū ab eo discesserāt:Gabrielē ɔdolmariū ex Sororē nepotē creauit cardinalē:q postea pōtifex
factus:Eugenius q̄rtus appellatus est.Hic tandē ad Constantiæ cōciliū Carolo malatesta oratore
misso:pōtificatu se libere abdicauit:pro qua libera abdicatiōe cōuentus omnis eum agri piceni le
gatum creauit.Sed non multo post recanati animi dolore defecit:ubi & honorifice conditus est.

Recanati hic dolore aī moritur

¶ Origo & procursus Cano.Reg.eorūq ad nostra usq tpa regularis obseruātiæ continuatio.

¶ Ordo canonicorum regulariū ab apostolis primū īstitutus:ideq a btō Aug.apud hyponē affricæ
urbē diuinis īstitutiōibus decoratus refloruit:uariis postmodū tporum successibus ī hispāis:galliis:re
liquisq p orbē regiōibus:& p italiā mirūimmodū est ɔfusius dilatatus.Sʒ apud Burgūdiā ī Belua-
cēsi ecclesia sub mgro sanctoq uiro Iuone eiusdē ecclesiæ ɔposito ad pristinā eiusdē ordis obser
uātiā efflorerē cæpit.22.īpii Henrici.4.āno.Testis est Sigibertus ī chronicis:& Vicētius hystorialis
lib.hystoriæ suæ.26.ca.51.Hāc ueritatē seqt:& refert fasciculi tporum autor:& uenerabilis Anto.ar-
chieps florētinus scda suæ cronicæ pte ti.15.& ca.16.qd īcipit circa ānos dñi.M.80.sicut et id colli-
gi pōt ex ipsius bti Aug.sermōibus de moribus & cōi uita clericorum.Qd & romāorum pōtificū cāo-
nes:& doctorum dicta certissima ueritate testantē.Cæterū quonā successu ī italia:& apud cæteras q̄-
plures natiōes uariis tporum emergētibus casibus.Idē ordo multipliciter a dño sit reformatus: opti
me testantē uetustissima & auctētica librorum testimōia.Nā p scīssimū uirum Fridianū luceñ.epm:de
quo magnus meminit Grego.ī dialogorum lib.p Tusciā.& p uniuersam pœne italiā fuit sparsus &
auctus.In anglia quoq p Augustinū anglorum epm iussu & mādato Beatissimi Gregorii īstitutus ē.
Qd hr ī decretis a gratiāo ca.Quia tua fraternitas.12.q.1.ī gallis:et āte:& post lōga tpa bti Vgōis:
& Ricardi de sctō Victore.Itēq ī italia usq tpa bti Damiāi apud Rauēnā primū ī cāonica sanctæ
Mariæ ī portu:deīde p italiā ab eo capite ē diffusus.Ipe nāq uir sanctus Clara ex familia de hone
stis rauēnæ natus:prius apud auclāe locū heremiticā duxit uitā. Deīde eps hostieñ.& cardīalis or
dinatus:tpe scismatis īter cadolū epʒ pmēseʒ & alexādrū scdm pileo a se spōte abdicato ad cano-
nicā ɔfatā se trāstulit:ibiq post mlta ɔclara librorum ædita opuscula:& pietatis magnifice gesta eius
dē loci prior sancte pieq in dño qeuit.Extāt usq ī ɔsentiarum cōstitutiōes ab eo editæ de cōi uita re
gulariū clericorum:& Pascalis scdi auctoritate cōfirmatæ.Floruit idē ordo & mirabiliter auctus tpe
Bndicti.12.q circa ānos dñi.M.ccc42.ipsuʒ ordinē priuilegiis & ɔstitutiōibus ab ipso approbatis
decorauit.Verū.n.uero canonicus Idē ordo ī hetruriæ regiōis florērissimæ agro lucēsi apud cano
nicā sanctæ Mariæ ī æde frigionaria fœlici religiōis successu a dño est reparatus: de ipsa qdē ordi-
nis cōtinuatiōe meminit idē archieps flo.eo.ti.&.c.13.parafo et flores apparuerūt ī terra nr̄a . Nā
ut idē testatē & cāonici reg.ī loco ɔnoiato olī ab illustri Mathilda cōmitissa cōdito:duobus mediā
tibus uiris eiusdē ordinis ɔfessis:uita:& doctrīa ɔclaris. Circa hæc tpa a dño sunt reformati:& usq
hodie abbatiā fesulanā possident sub uno capite:& cōgregatiōe degētes.Sʒ uerius dicunē cāoni-
ci reg.diui aug.& ɔgregatōis later.scī Saluatoris d̄ urbe. At q fuerit ɔfati duo uiri:auctēticis scriptis:
& certa ueritate ɔptū hr:hi uidelicʒ extiterūt eiusdē sāctæ regularis obser.auctores dōn9 leo de car
rate.& Dōnus Thadeus de Bosnasco ceu scdʒ quosdā de Bagnascho papieñ.canonici ābo regula
res cænobii scī Petri papiæ ī cælo aureo ɔfessi:& ipi uenerabilis pr̄is Bartho.sacerdotis dei ɔcōis
celeberrimi ciuisq Ro.de colūna ɔsilio & hortatu ad ɔfatū locū se recipiētes sanctā reformationē
sub regulari eiusdē ordis obseruātia:& sub altissima pauptate dei coopāte gr̄a fundarūt.Siqdē leo
q ante Leonar.dictus est;dū ɔfati cænobii scī Petri in cælo aureo prior existeret: & iuris canonici
doctor eximius uir sanctus & q̄si alter helyas dei spū feruēs p oīa certe ɔbatus zelo artioris uitæ ē:
ɔfato cænobio ad eū locū reformādū de ɔsensu tn̄ abbatis & cōuentus gaudens se cōtulit:Qd &
publico sup hoc īstro rogato māu Iouāini de piscariis notarii & ciuis papieñ.eius exēplar usq ad
nr̄a tpa pœnes quēdā ciuē papieñ.de uechiis repositū esse dignoscit.Hūc itaq uirorum pauloāte ɔcess
serat Venerabilis sacerdos:& cū cāonicus eiusdē cænobii scī Petri ɔfatus dōnus Thade.diuio qdē
numīe afflatus & ɔfati sacerdotis Bartholomei suasu āno dñi.M.cccc.ii.prius ɔfatā Frigiōariæ ca
nonicā uicarius:& subīde prior nō multo post dicti dñi Bartholomei & ɔsidentis coadiutor īcre-
dibili ɔuidētia gubernauit:cuius nō lōge post priorali admīstratiōi ɔlibatus dōnus Leo successit
anno salutis.M.ccccix.quo tpe idē pr̄ Leo dōni Vicētii ianoti prioris scī Fridiāi de Luca ɔcatu nō
nullos ex suis cāonicis ad eiusdē ecclesiæ reformationē ɔcessit:ut hr ī archiuis sctī Fridiani ex īstro
rogato māu ser Raphaelis quōdā Nicholai bndicti de Lucha. Igit ɔnoīati duo uiri q̄si duo cāde
labra rutilātia eā cōgregationē uitæ postmodū & doctrīæ splēdore mirabiliter illustrarūt:erat etiā
apud cartusiense cænobiū nō lōge ab eo Frigionariæ loco distās prior Venerabilis pr̄ Nicholaus
de albergatis Bonoñ.postea cardinalis rituli sanctæ Crucis ab Eugenio.4.creatus:hic cognito san
ctorū uirorum ɔposito eū ad locū eos ipse pduxit. Siqdem eo in loco idem canonicus ordo p lōga
ante tpa īdefesse uiguerat:qd & testāt eiusdem loci antiq pōtificū priuilegia:Nā longe uero post
contigit:ut una cum pontifice maximo Gregorio duodecimo dōnus gabriel ɔdolmarius postea
Eugenius huius nominis quartus eiusdem pontificis gregorii ex sorore nepos cardinalis: dum ad
lucensem urbem puenisset :huius scī ɔpositi īclito ɔpto successu singulari admodū lætitia gaui-
sus ē:nā dū ātea Venetiis & pataui ad eiusdē sacras Bartholomei pr̄is ɔciōes inumerabilis fere po

puli

puli ꝯcurſus haberet̃ q̃ plures utriuſq; ſexus ex patritio ueneto ſanguine iuuenes ad xp̃i ſuaue iugū ꝯuertebant̃: ex quoꝝ nūero idē dōnus Gabriel unus erat q ſimul cū paucis p̃riciis uenetis cōgregatiōi ſcī Georgii de Alga initiū dederat: hic itaq; dōnus Gabriel eidē p̄ri Bartholomeo filiali caritate deuinctus ſcā illa ſocietate mirifice oblectatus illius ĩſup & loci p̃rocinio ſp̄ōte ſuſcepto ſatis egit ut locus ille ſacer ſub ſedis apoſtolicæ ꝓtectiōe. Pōtificiſq; auctoritate: & priuilegiis ampliſſimis mūiret̃: hæc ſiq̄dē ſcā religio eiuſdēq; ordinis reformatio: licet ab eo loco uñ ipſius reformatiōis initiū ſūpſerat: q̄nq; fuerit denoīata: idē tñ dñs Gab. poſtea Euge. 4. inito pōti. latera. eccleſiā ĩ q̄ p lōga añ tpa p̄fatū ordinē cāonicū teſtātibus pōtifi. priuilegiis puiguiſſe ꝯſtat: ad priſtinū eiuſdē ordis ſtatū reducer̃ uolēs dictæ ꝯgregatiōis cāonicis accerſitis: de cōſilio & cōſenſu dñoꝝ cardinaliū certa ſcīa: motu ꝓprio: & auctoritate apoſtolica eidē ꝯgregatiōi mox ip̄u3 locū reſtituit. Sicq; ĩcorporauit: ut deĩceps p̄fata ꝯgregatio ab ip̄a eccleſia latera. ꝑpetuis futuris tpibus denoiaret̃: & dictæ ꝯgregatiōis cāonici de eiuſdē baſilicæ capitulari grēio clerici cēſerent̃ & eēnt. Q̄d & idē fecit Nicola. 5. S3 & Sixtus pōti. huius nōis q̄rtus ſpeciali priuilegio & Decreto motu proprio uoluit & declarauit ut ip̄ius ꝯgrega. cāonici eodē quoq; titulo ꝑide gaudeant & p̄fruant̃: ac ſi ut prius dictā baſilicā gubernarēt. Cuius q̄dē ordis nomē q̄ū celeberrimū ubiq; locoꝝ p totā italiā p̄dicaret̃: ĩ eū clariſſimi gn̄is uiri ĩgreſſi: eūq; ordinē: uerbo: & exēplo: atq; doctrīa plurimū auxerūt & ꝯſeruarūt. Qui ñ minus ꝓbitate moribus cæteriſq; uirtutū ornamētis: q̄ ꝓſapia clariſſimi extiterūt: quorū ēt doctrinis ip̄a religio aucta & illuſtrata fuit: p̄cipuos tñ Paulū Vero. & Timote. eiuſdē Pauli ex fratre nepotē diuinoꝝ eloq̄oꝝ uehemētiſſimos: atq; eruditiſſimos dei p̄cōes exiſtīo. Sed lōge antea ab exordio dictæ cōgre. habuit p̄dictus ordo. Imprimis uenerabilē. D. p̄fatū Bartol. colūna p̄conē celeberrimū: & eiuſdē loci p̄riatē priorē habuit: ĩſup. D. Iacobū Berg. de aduogadris in ſæculo Almericū iuriſq; cōſultū pitiſſimū: q & p̄fati Bartolo. diſcipu. nō multo poſt dictæ reformatiōis initiū ĩgreſſus: eā cōgregationē p̄dicādo: moribus: uita: atq; doctrinis plurimū decorauit. Fuerūtq; eiuſdē. D. Iacobi ſub p̄ris Bartho. diſciplīa ꝯdiſcipuli: & religiōe ſocii eruditiſſimi uiri. D. Pe. de rido patauinus ciuis & D. Nicolaus de curte papiē. Viri certe regiminis cura p̄ſtātes. Habuit & Titū Ferrariē. Nicolaū & Cypria. Bononi. Baſſianū & Simonē Mediola. Philippū utinē. Raphaelē placē. Iacobū Forliuiēſe3. Dn̄icū taruiſinū. Celſū necnō & Matheū: & alteꝝ iuniore3 Thimoteū Veronē. quoꝝ prius cōplures ædidit libellos doctrina ĩſignes aduerſus cāonici ordīs ĩpugnatores. Secūdus elegātiſſimos a ſe libellos æditos reliq̄t. Tertius philoſophus acutiſſim⁹: & Theologus eruditiſſimus magno p̄cio patauii habet̃: uita: ſanctimōiaq; p̄cipuus. Habuit & Ioannē Vercel. de aduogadris. Adeodatū & Blaſiū Vicē. alioſq; uiros ĩtegerrimos: & in declamationibus p̄dicatores illuſtres: atq; alios cōplures in omni doctrina: eloquētia: & ſanctimonia percelebres. Veꝝ quia de canonicorum ordine ſupra libro. 9. aliq̄ curſim diximus nō ab re pauca hæc quæ ſequunt̃ poſt dicti lib. impſſionem ad noſtram noticiā nup alata clariori cōpta ueritate ſubnectimus.

¶ Canonicoꝝ igit̃ ordo regulariū diui Augu. a q̄bus directe ut diximus p̄fata cōgregatio cōtiuauit: & ab ip̄o p̄re augu. regulare3 ſumpſit iſtitutione3: nā ut ĩ dictis ſermōibus de cōmūi uita clericoꝝ ad uerbū habet̃. Clericos ītra ep̄i domū: hēre curauit: & cū eis piter ſcd̄m apoſtolicā formā quoad uixit ĩ cōi degere uoluit. Quibus oībus placuit unū ĩ deo ſentir̃: & oīa ĩ cōi poſſider̃. Et ibi ĩq̄t clericus duo ꝓfeſſus eſt. Scilicet ſcītate3. i. obedientiā caſtitate3 & uiuere ĩ cōi. Et ut tunicā lineam & birrū. Ideſt ueſte3 deſup hītū ĩ cōi geſtarent: q̄a & ip̄e ĩ cōi accepat: uñ ĩq̄t: nemo det birru3 aut tunicā lineā niſi ĩ cōi: q̄a & ĩ cōi accepi: nō decet hāc ꝓfeſſionē. Nō decet hos cāones: &c. Iō ĩ ſacris cāonibus regulares latine. Qui & cāonici a cāone græce appellāt̃: ut habet̃ de ꝯſecratiōe di ſti. 5. ca. ĩ oībus: ut clerici cāonici cāonice uiu ãt: gloſa ĩq̄t clerici cāoni. i. cāonici regulares: & l3 ĩ hītu ſupiori uariis ĩ locis diuerſi repiant̃ cāonici: tñ ut colligit̃ p doctores ĩ capitu. deus q de uita & hōeſtate clericoꝝ. Diuerſitas iſta nō diuerſificat ip̄m ordine3 ĩ ſpecie pœnes hītū ſupiore3. Siue ĩ forma: ſiue ĩ color̃: cū hītus ſupior nō ſit de ſubſtātia ꝓfeſſiōis: ſ3 hītus iterior. ſ. tunica linea q̄ ē ꝓprius & legitimus cāonicoꝝ regulariū hītus: & ĩ eo ꝓprie ꝓfitent̃: ita. n. pulchre notat̃ ex gloſa Ioan. Andre. ĩ uerbo hītus ĩ clemen. pria de electiōe: & addit q̄d uarietas coloris ĩ habitu ſupiori nō cauſat diuerſitate3 ordinis ſeu religiōis cāonicoꝝ. Sūt ergo oēs iſti cāonici: de q̄bus paulo ſupius diximus: unius eiuſde3 ordīs cū illis: q hītu lineo regulā augu. ꝓfitentes: primū ab apoſtolis ĩ primitiua eccleſia ſunt ĩſtituti: & p aug. regularibus ꝯſtitutiōibus ad cōmune3 regulare3 uitā reſtituti: ut ēt colligit̃ ex p̄fatis ſermōibus de cōi uita clericoꝝ & ꝯſtitutiōibus & decretis Rōanoꝝ pōtificū: Bn̄dicti. 12. Eugenii. 4. Nicolai. 5. & Sixti. 4. & aliis auctenticis ſcriptis: & approbatis. Teſtimoniis exiſtentibus apud p̄fatæ cōgregatiōis Lateranen. cāonicos. Qui ēt Rauēnæ canonicā ſanctæ Mariæ ĩ portu: Vercellis cāonicā ſcī Andre. Mortarii canonicā ſc̄tē Crucis: Venetiis cāonicā ſc̄tē Mariæ de Caritate Mōtis bellii: & bononiæ cāonicā ſcē Mariæ: & ſcī Ioānis ĩ mōte: aliiſq; ĩ pluribus locis ex lōge & ĩmemorabili tpis uſu p̄fatas canonicas ſub eiuſdē ordinis priaria inſtitutione fundatas: in priſtinum eiuſdem ordinis & regularis obſeruantiæ ſtatū Romāorum ponti. priuilegiis fauentibus reſtituerunt: ac ſub eiuſdem ordinis continuatione reformarunt.

¶ Ordo monachoꝝ alborū: q montis Oliueti ordo nūcupat̃: huius Sciſmatis tpibus in Senenſi agro a quibuſdam nobiliſſimis Senēſibus ciuibus initiū ſumpſit. Multi nāq; clariſſimi Senenſes: Mons oliuetus

quos Scismatū & bellicarū tedebat pturbatio: diuīo spiritū īpulsi: urbe uno aīo egressi: ab ea haud lōge in Mōtē: q Oliuetus appellat̄: itaq̄ ad qetis locū accessere: ubi in unū cōgregati: & a curis mūdialibus semoti: ueluti Eremitæ deuotissimi mira humilitate deo in orōnibus & uigiliis crebrisq̄ ieiuniis deseruire cæperūt. Quoꝝ exēplo multi nobiles adolescētes pmoti: desiderio cælestis pr̄iæ ad eosdē cōfluxere: quāobrē īcredibili feruore īcēsi: eius seruitiū exequebāt̄. Quoꝝ fama ad pōtificē plata cōfestim primores eoꝝ ad se Romā uenire iussit: & eoꝝ uiuēdi modū diligēti examine cognito: mox exclamās idē pōtifex ait: hanc fore diuinā oīuo plātationē: nō aūt humanū cōsiliū. Exhilaratus itaq̄ pōtifex: illoꝝ uitā & uiuēdi modū: sicut illorū priuilegiis plurimis cōstat: quā libentissime laudauit & approbauit: ut idē diuinū opus cæptū ppetuā stabilitatē & robur reciperet: cōfestim sua spōte & motu pprio eiusdē fratribus & successoribus albū habitum ad diuæ uirginis Mariæ reuerentiā cū regula beatissimi Benedicti approbata: eisdē magna cū solēnitate additis qbusdā cōstitutionibus cōtulit. Et ordini Monachorū diui Benedicti eos applicauit & aggregauit. Quem quidem ordinem idē pōtifex: & successores maximis priuilegiis indultis & gratiis apostolicis cōmuniuit. Ac multa eidē monasteria incolēda concessit: hæc autem religio seu ordo magno in precio: tum uiris sanctitate & exemplo atq̄ eruditione & doctrina ubiq̄ habetur.

Albus habitus

¶ Ordo itē nouus mēdicātiū sub diui Hieronymi titulo Innocētio septimo p̄sulāte nuper defuncto ex tertio ordine Seraphici Frācisci a quodā nobile noīe redo Mōtis granelli comite apud Fesulanā Ethruriæ urbē primo excitatus est. Cui sancto opi Gualterius marsus adiutor fuit: & hi duo miræ sanctitatis & ītegritatis magnæ uiri huiusce regularis obseruātiæ disciplinæ fundatores & auctores extitere. Quē qdē ordinē sanctissimis īstitutis tū doctrina: tūq̄ exēplo mirū īmodū erexer̄. 1607 Et ipsum ordinē iā ppagatū: iste Gregorius eius noīs duodecimus suis īdultis & priuilegiis approbās: sub regula diui pr̄is Augu. quo & uota pricipali a apostolica auctoritate ꝯfirmauit: Eugēius deinde quartus uir utiq̄ sanctissimus: & ipse eadem auctoritate: additis aliis priuilegiis īter mēdicantes ipsum annumerauit. Ipsis autem fratribus in memoriam pristinæ religionis tertii ordinis habitum Griseum cum clamide similiter grisea concessit deferendum: & hic ordo nostris temporibus & locorum numero ac fratrum multitudine mirabiliter creuit.

Redus comes Gualterius

¶ Ordo pterea alius canonicus cælestini habitus cōgregatiōis scī Georgii de Alga apud Venetias his tpibus a reuerēdo approbatoq̄ uiro Laurētio iustiniano postea Venetiarū patriarcha atq̄ aliis uiris grauissimis primū īcredibili deuotione & feruore: ac qdā mirabili uitæ austeritate initiū sumpsit. Quā qdē cōgregationē seu ordinē idē Gregorius p̄dictus qbusdā cōstitutionibus sibi datis: sub pr̄a beati Petri Regula: auctoritate apostolica cōfirmauit. Quo qdē religio atq̄ sancta cō 1608 gregatio statim: & egregiis uiris doctissimis qdē: ac Monasteriis miꝝ īmodū creuit. Quoꝝ de numero Antonius Corarius Gregorii ipsius maximi ponti. nepos: postea hostiēsis cardinalis fuit. Et Gabriel postea Eugenius q̄rtus: q eundē monasteriū sancti Georgii a pricipio hæreditate paterna plurimū ápliauit ditauitq̄: atq̄ mirifice exornauit. Cū quo idē Anto. ab ieūte ætate familiariter: & religiose in eodē Monasterio: & habitu diu uixit: atq̄ illū postea secū (licet recusantē) Romā duxit cuius īgenio & uirtutibus delectatus gregorius primo thesaurariū suū: deinde Senēsem creauit episcopū: ac demū ambos pmouit cardinales: in q̄ tñ dignitate cōstituti nullā in uitā pristinā mutarunt consuetudinē: immo ordinē: & cōgregationem ipsam omni quo potuerūt nixu adiuuerunt. Fuere & alii ea in congregatione successores uiri: & uita & moribus p̄clarissimi q ipsam religionē & doctrina: & moribus ac optimis exemplis pro uirili sua semper illustrarunt: uidelicet Marinus quirino egregius prædicator uerusq̄ beati Petri apostoli imitator: & Mapheus contarenus Venetus postea patriarcha: atq̄ alii & alii complurimi: qui omnes & uerbo & exemplo ipsam religionē pro uiribus in orbem diffundere non cessarunt.

Antōius & gabriel corarii p̄fecit cardinales

Marius quirino

¶ Antonius guascus genuensiū dux: uir quidē optimus: hoc anno die sabbati qui carnispriuium præcedit: a sex ciuibus suis uidelicet Bonifacio guasco Francisco isenibardo: & Stephano uedano cum tribus aliis coniuratis obtruncatus fuit: ob quod sceleratissimum facinus compræhensi: sequēti Sabbato eqs alligati & ad locum usq̄ supplicii tracti: laqueo strangulati sunt.

¶ Pādulphus malatesta magni galeoti filius: caroliq̄ principis frater: priceps siqdē inter cæteros 1407 6606 suæ ætatis & fortitudīe: & oī splēdore ac claritate pr̄iarius hisdē tpibus apud Ioā. Mariæ Mediolanēsiū ducē belli ductor existēs: mediolanū occupar̄ tētauit. Quæ res cū ei ad uotū nō successisset. Brixiā uēit: & eā occupās ī suā ptātē redegit: q̄ adepta ī ea. 14. an. regnauit. Is. n. cū ipius mediolāi ducis (ut dictū ē) moderator existeret: ut erat aīo magno: aliq̄do urbē regiā p fraudē occupar̄ tētauit: s; dephēsus atq̄ ꝯuictus cauēs sibi hoc ipo āno domesticis suis militibus fidelissimis sūptis: q̄si uēatū iturus: urbe egressus ē: & Brixiā sibi bēiuolā celeri cursu petēs: absente Astore uicecomite ut bē occupauit: & haud multo post illā ī sui ptātē totā redegit: ideq̄ ꝓualiū tūc freq̄ntatū oppidū accedēs: ibidē Astorē ip̄ Bernabouis uicecōitis ex filio nepotē urbis p̄torē & uicedominū ꝯphēdit: p cuius liberatiōe pallazolū tūc mūitissimū castrū accepit. Quibus gestis: ut cæteris tiorē īcuteret quosdā uiros occidit: & nōnulla agri ipius castella īcēdit: & euertit. Et q̄maxīe p̄dictū ꝓualiū & colloniū oppida. Brixia itaq̄ cū uniuerso ipius agro ī pace adepta. Paulopost ēt Bergomū Ciuitatē nr̄a; (p soluta prius grādi pecūia) obtiuit. In qbus urbib⁹ pādulphus hic: ut erat aīo gn̄oso atq̄ splēdido:

Prouali um oppidū astor uicecomes capitur Bergomū accepit

didõ:celeberrimas adhuc extãtes ædificauit ædes.Et cũ p̃dictũ tempus cũ magna liberalitate ac ciuium omnium beniuolentia ac caritate ĩ ipsis urbibus regnasset:deniq; a Crimignola uictoriosissimo Philippi Ducis Imperatore ipsarum urbium domino priuatus est:quo expulso:suam in patriam cum omni sua suppellectili:armisq; ac eqs ditissimis in pace rediit.Qui cõsignata urbe ĩde recedens:Gallica cantillena suos casus atq; ruinas deplorans ad carolum fratrem Ariminum petiit:ubi & reliquum uitæ suæ tempus in pace & ocio consumpsit.Moriens autem sine legiptimis filiis Sigismundum naturalem filium successorem reliquit.

❡Petrus colleonus:ex uetusta nobiliq; familia colleõ a Bergomẽse natus:hoc ãno cũ a Ioãne picenino uicecomite Bergomẽsiũ dño eẽt hostis ĩfensus appellatus:urbe ꝓpellit̃: & Mediolanũ relegat̃:ubi post aliquot dies ꝯgregatis nõnullis amicis exulibus:noctu Triciũ uẽiẽs oppidũ adoritur:& capit:quo capto & obtẽto:ut erat aĩo liberalis ac ꝑhumãus:ꝯfesti & fratrẽ & cæteros affines cõuocãs:ipos regni cõsortes efficere uoluit:q oẽs ĩ regno ꝯstituit:nõ multo ingratitudine magna usuri:libidine regnãdi ducti:postposito dei timore ac fraterna dilectiõe in eum conspirarunt:& tẽpore obseruato:ipsum tandem ludentem percusserũt:& crudelem in modum interire fecerũt.Sed nec ipsi ingratissimi fratriculi optatum regnum multo tempore possidere potuerunt:quod paulo post a Crimignola magno Imperatore Philippi ducis iussu turpiter expulsi fuerunt:ipse autem Petrus Bartholomeum colleonum postea uicecomitum a Venetorum magnum Imperatorem filium paruulum post se reliquit.Qui ut suo loco infra dicemus gallis multas intulit clades. Et fluctuantia bella inter uenetos & Franciscum sfortiam Mediolanensiũ Ducem fœliciter sopiuit. Fres hũc iterfecerunt.

6607 1408 ❡Ioãnes Suardus Bergomẽsiũ ꝯsul atq; dictator:cũ supiori anno pp Ioãnis picenini uicecomitis ĩsolẽtias atq; tyrãnides Bergomũ ciuitatẽ suã ĩ libertatẽ:suãq; ptãtẽ ueluti qddã suũ peculiũ redegisset:hoc ãno.14.calẽ.septẽbris:ut erat ĩgẽio ꝑspicaci & ꝓuido.diffidens urbẽ per sese posse tueri: ipsam cohortantibus amicis consanguineisq; suis Pãdulpho Malatestæ prædicto uẽdidit.Qua uẽdita:cõfestim urbẽ relinquẽs:cũ oĩ sua familia & cæteris suis facultatibus ad Io.Frãciscũ gonzagã Mãtuã se cõtulit:a quo ꝑ benigne ac reuerenter exceptus apud ostiã oppidũ mãtuanũ seu ueronẽsem suæ dictiõis hĩtare eidẽ cõcessit:ubi a ꝑturbationũ tumultibus semotus:usq; ad obitũ suũ cũ oĩ tranqllitate mẽtis & corporis qetis uixit.Eãdẽ.n.urbẽ ideo uendere se posse existimauit: qa iam ex multo tẽpore suã esse dicebat:qđ ex cõcessione federici Barbarossæ imperatoris:qui ipsam præclarã & honorabilem familiam ex germania in italiã ꝑduxit.Et ibidem ipsam nomine imperii perpetuo collocauit. Et iccirco Ioannes hic tanq̃ iuris sui illã alienare potuisse credidit. Bergomũ obtinet Bergomũ pandulpho uendit

6608 1409 ALexãder papa:eius nois.5.natione cretẽsis:Petrus cãdianus antea uocatus ordinis minorũ Doctor clarissimus:de quo supra diximus:hoc anno in cõcilio pisano Gregorio Benedicto boldrino põtificibus abrogatis oĩum cardinaliũ cõsensu qntũ in eodem cõcilio aderãt:põtifex creatus:sedit mẽsibus.8.Eo ãt põtifice creato:Grego.ut dictũ ẽ ad Carolũ malatestã una cũ Leonardo aretino Ariminũ accessit:Benedictus uero ĩ gallis post hĩtuʒ cõciliũ ĩ castellũ pãiscolæ ꝯfugit:ubi diutius ĩmoratus:ẽt aliquos cardinales creuit:Alex.ãt hic factus põti.ut erat uir optimus ecclesiã dei ꝓ posse ĩ pace ꝯtiere studuit.Et merito qdẽ Alex.fuit appellatus:qa & liberalitate & aĩ magnitudine oĩ quouis optĩo põti.ꝯferri potuisset:mũificus eteniʒ & q̃maxĩe ĩ paupes ut põti.decet:fuit.Et a deo mũificus ꝓfusus extitit:ut domũ pauprimus decesserit:uñ & ꝑ locũ ĩterdũ ipm dixisse tradũt se diuitẽ põti.fuisse:paupemq; cardinalẽ & mẽdicũ papã.Et ꝓpterea cũ nil terrenũ expeteret:tãto fuit aĩo:ut latislaũ regẽ potentissimũ q ecclesiã & eius dictiõeʒ diu uexaret:ĩ ꝯcilio pisano approbãtibus pr̃ib⁹:q tũc aderãt:regno priuauerit:solito itaq; cõcilio:Alexã.Bononiã ꝓfectus ẽ:ubi morbo ꝯtracto cũ ad extremã horã uẽisset:ꝯuocatis oĩbus cardĩalib⁹:eo oẽs ad pacẽ & ad ꝯcordiã & ad tuendã ecclesiam dulcissimis uerbis adhortat̃.Quibus expletis lachrymãtibus oĩbus q aderãt:illđ Saluat.nr̃i ægre ꝓferẽs:ĩqt:pacẽ meã do uobis:pacẽ meã relinquo uobis:statĩ emisit spũʒ. Et ibidẽ cũ ĩgẽti luctu & põpa ĩ ꝯuentu Minoꝝ sepelit̃. Alexan. Papa 215. Vide optimã põtificis itegritateʒ

❡Ludouicus Andagauẽsis posthumus eius Ludouici:q adoptat⁹ a Ioãne cũ carolo tpe urbãi sexti ꝯtẽdit:hoc ãno pisas uẽit:& ꝯcessionẽ regni apuliæ ab Alexãdo p̃dicto papã recepit. Qui ꝯfestiʒ cũ exercitu ꝯtra latislaũ prexit:& cũ ẽt Baldasar Cossa:q fuit postea Ioãnes papa nũc legatus de later̃.Et circa Romã cũ maximis copiis statiua faciẽs ab urbe ultra ꝓgredi ñ ẽ ausus:sʒ baldasar cossa ãno seqnti bononiæ factus põti.Romã ꝓfectus:opa Pauli ursini & sfortiæ latislaũ rõanã dictionẽ uexãtẽ ꝓfligauit.At latislaus ãno seqnti reassũptis uiribus coegit Ioãnẽ papã ꝑ timore Romaʒ exir̃:& prĩo florẽtiã:postea Bononiã:deĩde Mãtuã ꝓfectus ẽ.Et cũ sigismũdo ĩpator̃ đ expellẽdo ladislao Conuentum habuit.Hic itaq; Ludouicus cum tribus annis huius regni titulum renuisset: postea multos labores sine uirili sexu deficiens:renatum fratrem regni successorem dimisit.

6609 1410 IOannes papa eis nominis uigesimustertius:natione neapolitanus.Baldassar cossa antea uocatus:hoc ãno p̃dicto põti.mortuo:bononiæ põti.creatus:sedit an.4.& men.10. Hunc nõnulli ferũt pontificiũ munus potius uiolenter usurpasse:quaʒ liberis suffragiis assumpsisse.Cum enim Bononiæ potius:ut dominus quã legatus esset:magnoq; exercitui ĩperaret:& patres pro nouo põtifice & deligẽdo ibideʒ ꝯuenissent:multa eis ĩterminatus est: nisi pontificẽ sibi gratũ elegissent:& ea causa multi ꝑducti fuerũt:quoꝝ neminẽ approbar̃ uoluit. Ioãnes Papa 216.

Cum autem obſecraretur:ut quē uellet ſignificare dignaret̃. Date inqt mihi Petri clamidē: & ego eā dabo pōtifici futuro: qd cū factū fuiſſet: ille palliū ſuis humeris īponēs: papa ait ſum ego. Quæ res quis patrib⁹ diſplicuiſſet: fronte tn̄ ſnīa3 abſcōdi ꝯſultius fuit: hoīe nē uidelicet terribilē atq; arma tū territare nō uidebā utile. Hac igit̃ arte Baldaſar Coſſa: ut aiūt pōtificatū obtinuit. Erat āt hic pōtificii: ac ciuilis iuriū peritiſſimus: & rerū gerēdaꝝ experiētia magiſquā uitæ ſanctimōia p̄ditus. Qui inito pōtificatu dies aliquot Bononiæ ſuſtitit. Et poſtmodū romā ꝓfectus eſt: ubi cōtra ladiſlaum regē ditionē eccleſiæ uexātē paulū urſinum: & Sfortiā Attendulū militari pitia uiros p̄ſtantes cōſcripſit. Quoꝝ uirtute poſt diuturnū uariūq; conflictū ladiſlaum profligauit. Veꝝ ſequenti anno: Ladiſlaus uiribus reaſſumptis iterato papā bello uexare cœpit. Eapropter pōti. timore correptus: florētiam primo: poſtmodū Bononiā uenit: & nō ita multo poſt Mantuā ad Io. Franciſcū gonzagā ꝓfectus eſt: Ibidē & laudæ & Cremonæ cum Sygiſmundo Cæſare & Gabrino fundulo de pellēdo ladiſlao rege: q Romā & multa eccleſiæ oppida occupauerat: cōuētū hūit. Et dū hæc Mātuæ agerent̃. Ioannes pōtifex ad cōciliū Conſtantiæ oīum nationū cōſenſu citat̃. Vbi multa ei enormia crimina a multis obiecta ſunt. Qui timēs ſtatim mutato habitu familiaq; clāculū cōſtancia aufugit. Quo audito eueſtigio miſſis militibus cōprǽhenſus: in iſulā ſancti Marci prope Cōſtanciā in carceribus cōiectus eſt. Eoq; ī carcerato: cōciliū uiros grauiſſimos: doctoſq; iudices delegit: qui fugæ cauſam diligēter īqrerēt: & crimina obiecta diſcuterēt: eadēq; ex ordine referrent. Quare cōtra ipſum q̄dragīta & eo amplius capitula ꝯtra fidē xp̄ianā in eo ꝓbata & adiudicata fuerunt. Quibus criminibus Ioānes hic merito pōtificatu ab uniuerſo cōcilio deiectus ē. Et hāc quidē ī ſeſnīam laſſam: ipſe ſui ſceleris cōſcius affirmauit: & cōprobauit ꝓ q̄ re ex cōcilii decreto: ſtatim ad Ludouicū Bauariæ Ducē cuſtodiēdus miſſus fuit: donec aliud de ip̄o decerneret̃. Qui in Aldebergа caſtello munitiſſimo p triēniū eū cōſeruauit. Tandē eo in cōcilio Martinus pōtifex ſurrogatus: dum apud Florentiā exiſteret: & rogaret̃: a Coſino medico ciue florentino Baldaſarē ipſum e carceribus liberauit. Qui ſtatim p̄ter ſpem oībus admirantibus ad Martinum ipſum florentiam uenit: & eius exoſculato pede: ut uerum xp̄i uicariū recognouit: & ſalutauit. Martinus aūt ea humilitate permotus poſt aliquot dies ipſum in numerū cardinaliū aſciſcens eū tuſculanū creauit. Que3 poſtea eo honore habuit: quo reliquos cardinales. Verū poſt aliquot menſes animi dolore: ut credi poſſit: florentiæ defecit. Vbi & a Coſino medico amantiſſimo ſuo honorificētiſſimo ſepulchro in diui Ioannis baptiſtæ templo magna adhibita funeris pompa ſepultus eſt.

Papatu3 hic uiolēter q̄ſi acceptt

Ladiſlaū regē ꝓfligat

Cremonā pōti. uenit

Papa citatur

Papa īcarcerat̃

40. capitula contra papā obiecta

Sigiſmūdus

SIgiſmundus luciſburgenſis Caroli Bohemoꝝ Regis olim filius Hūgariæ: & Bohemiæ Rex: hoc anno ioanne pontifice p̄dicto nuper creato papa procurante: uigeſimus qntus germanoꝝ imperator creatus imperauit annis uigintiſeptem. Vir quidem ſtrēnuus & ad oīa fortiter peragenda ꝓmptiſſimus: qui eas ob res ab omnibus electoribus Cæſar electus: ſtatim Romā pro corona maximo cū comitatu uenit. Et ab pōtifice coronatus: cōfeſtim una cū eodē pōtifice uniuerſam ferme ciſalpinā galliā ſedādi belli cā ꝑcurrit. Quibus geſtis: ut erat hō xp̄ianiſſimus: Cū totā xp̄ianā rēpublicā pp Sciſmata labefactatā ꝯſpiceret: ſtatim oiu3 nationū cōſenſu cōſtantiæ cōciliū īdixit: ubi Ioānæ p̄dicto: Gregorio duodecimo & Benedicto nono pōtificibus abrogatis electoq; Martino qnto: uniuerſa3 rēpublicā xp̄ianā ſuā īduſtria: ſuoq; maxīo labore & ꝯſilio ꝯponere ſtuduit. Quibus rebus ita ex ſnīa cōpoſitis. Mores ēt tam clericorū quā ſæcularium nimia iā licētia labefactatos ſuo hortatu & uirtute ī meliorē reduxit formā. zelo quoq; fidei ſucceſſus Bohemiā uſitarū hereſi īfectā: multos ī locis deſtruxit. At ꝓ xp̄iana religiōe cōtra turcos alioſq; īfideles īuictiſſimus expugnator extitit: ita ut quoad uixit: eos ꝓpriis qeſcere ſedibus cōpulit: atq; eos diuerſis tpibus p Philippū florētinū eqtē copiaꝝ ſuaꝝ īperatorē uigīti plus ſupauit. In ſeniū deniq; p̄ductus: hoc unū geſſit magnæ utilitatis īdiciū: qd anno īpi ſui uigeſimoſecūdo: ad ſtipēdia Philippi uicecōitis ducis Mediolāi a Venetis uehemēter opp̄ſſi: ī italiā uēit. Eā tn̄ ob cām: ut & ei auxilio foret: ad coronā Auguſtalē iterato obtinēdā: Philippi itaq; p̄cibus pmiſſis atq; potētia fretus: ex germāia cū parto exercitu ad eū in lōbardiā uenit. Mediolanū igit̃ īgreſſus cū p aliquot mēſes ibidē ſupſtitiſſet: Philippi faciē unquā uidere ꝓmeruit. Ipſe aute3 Philippus huius Sigiſmūdi īpotētiā puipēdens: ſe ī Iouis caſtello clauſit: & nūquā ab eo audiri aut uideri certe pmiſit. Qua ex re Cæſar īdignatus ex pma urbe ī q̄ hyeme3 exegerat: ī Ethruriā ad ſenenſes ſe trāſtulit. A qbus honorificentiſſime exceptis: apud eos aliquot menſes exegit. Inde ad Eugenium pōti. Romā ſe ꝯferens ab eo rurſus coronatus eſt. Tādem Roma abiens: Ariminū petiit. Deinde p Ferrarienſem agrū iter faciens: Mātuā ꝑuenit: ubi aliquot īmoratus dies: ioāne3 Frāciſcū gōzagā mātuæ dn̄m marchiōali dignitate īſigniuit. Demū cū uenetis pace iecta: & Philippo duci (cuius gr̄a ī italiā uenerat) inimiciſſimus factus: tranſalpes emigrauit: ubi nō diu ſupuixit. Quia mennio poſt in Vngariā ſenio confectus defecit. Erat enim ſigiſmundus hic (ut aiunt) uir īclitus præclara ac decora facie ſpecioſoq; & magno atq; robuſto corpore: magnitudine quoq; animi ſiue pace ſiue bello eximia: liberaliſſimus imprimis & in errogando certe profuſus.

Ciſalpinā totā uiſitauit

Cōciliū cōgregauit

Vſitas hereticos deſtruxit

Turcos domuit

Īpiū uiliſicat

Philipp⁹ īpatorē contēni uiſus eſt

¶ Gabriel uicecomes: Ioannis Galeatii primi ducis ex concubina filius: uir utiq; ſpecioſiſſimus atq; bello ſtrennuus: hoc anno īnocentiſſime apud Genuam ciuitatem maritimam: a Bucichale gallo prædicto Genuenſiū præfecto interficitur. Nā poſt diuēditas florētinis Piſas (quā ſibi pater ex teſtamento

ex testamēto reliquerat) Mediolanum statim ipse uenit: & Germano suo duce se subiecit. Deinde cū nullū inter francos & Mediolanēses eēt dissidiū: post aliquot tps Genuā (uidēdæ urbis gratia) petiit. Quo cōperto: Bucichalus a delatoribus subornatus q̄ ad explorandā & solicitandā ciuitatē contra gallos uenisset: facile credidit: & uocatis militibus: illū cōpræhēdere fecit: & sine ulla causa ipsum carnificibus suis dilacerandū dedit: q̄ suscipiētes sine ulla misericordia protinus īterfecerūt.

Bucicalus interfecit hominem

6611 1412 ¶ Ordo itē seu cōgregatio sancti Benedicti: q̄ sanctæ Iustinæ uulgariter nūcupať: hoc anno in ꝓuincia taruisina apud patauinā īsignē urbē in monasterio: uidelicet sanctæ Iustinæ eiusdē ordinis: primo ꝑ uenerabilē uirū Ludouicū Barbū patriciū uenetū optimū religiosum initiū sumpsit: sed reformationē accepit. Vbi etenim ipa & diui bn̄dicti religio a regularibus īstitutis deciderat. Adeo: ut nulla iā religiōis facies in ipso ordine uideretur. Sed Ludouicus ipse tanq̄ nouū sydus una cum Rolādo patauino: & iacobo ticinense religiosissimis uiris in eo refulsit. Qui non mō suum ordinē denigratū illustrauit: & ad uiā ueritatis reduxit. Sed & prius oīuȝ ordines ad ea q̄ nūc tātopere uiget: obseruātiā regularē ꝑduxit: qa eius exēplo religiosi ferme oēs ꝑmoti: tā mēdicātes q̄ reliq: ei dē subseq ꝑ uiribus conati sunt. Ipsi itaq̄ uiri ꝑclarissimi atq̄ religiosissimi suæ religiōis sua calamitate atq̄ ruina permoti ibidē pōtifice summo concedēte: suæ obseruātiæ fundamēta iecere. Et eo iustinæ loco succrescēs. Cōgregatio sanctæ iustinæ denominata est. Quæ postmodū incredibiliter & uiris ꝑstantissimis & locis bonisq̄ tam tēporalibus quā spiritualibus excrescens. Eugenius gloriosus pontifex eius noīs q̄rtus: iam maximis priuilegiis & gratiis atq̄ īmunitatibus ac locoruȝ cōcessionibus plurimū iuuit. Quæ nostro sæculo quanto splendore uiroꝝ religiosissimoꝝ doctrina grauitate & omni sapientia uenerandorū refulgeat: dicere non attinet. Cū in ea innumerabiles extant uiri non modo iuriū ciuilis & pōtificii: ac sanctæ theologiæ & philosophiæ doctrina (sicut eorū decet professionē) abūde pleni: sed & eloquentia litterarum tam græcarū quā latinarū quoq̄ ornatissimi. Qui & si pauca scripserint: aut populo publice non declament: tamen cum religiosissimi sint: & multis non modo sæcularibus: sed etiam ipsis religiosis obseruantibus: & uirtuti & saluti operam danti: suo enim exemplo & bonis operibus piis opem afferunt.

Ludouicus barbus primus reformator Rolandus pata uinus & Iacobus ticineñ.

¶ Ordo deniq̄ monachorum heremitarū diui Hieronymi: & ipse iā diu a patrū īstitutis collapsus nō multo post a uenerabili religioso Lupo hispalēsi ipsius ordinis generali ꝑposito ꝑdictoꝝ exemplo nouis & regularibus īstitutis nouaq̄ Regula ex dictis beati Hieronymi excerpta īstauratus ē. Nā Lupus idē & reliq patres ipsius religionis professores usq̄ ad id tēpus sub regula beati patris nostri Augustini militauerāt. Sed Lupus ipse patris sui diui Hieronymi zelo succēsus: & monachorū sanctæ iustinæ exēplo ductus: ad perpetuū sui ordinis stabilimētum: & ad melioris uitæ frugeȝ: & ad imitādam patris sui uitā: ut erat uir doctissimus: pro īstitutiōe regulæ multa (ut ꝓferť) ex dictis eius excerpsit: & ī unū regulæ corpus redegit. Quam q̄dem regulā postmodū Martino papæ approbandam confirmandamq̄ obtulit. Quam sane pontifex ipse non modo laudauit. Verū etiaȝ in monachalē obseruātiam cōfirmauit. Et deinceps loco regulæ beati Augustini obseruandā per apostolica scripta Lupo ipsi præposito & eius successoribus omnibus mādauit: Cuius Bulæ principiū est: & si pro cunctorū Christi fideliū. Regula uero incipit: fratres carissimi non quæ in mēte cōcepi hæc religio monachorū more: qui sub regula beati Benedicti militāt: & ipsa per omnia uiuit. Nisi quod griseo colore in indumentis & Romano officio utitur. Magnæ quippe uitæ sanctitatis & integritatis est: magnæq̄ opinionis in dei ecclesia hæc religio extitit.

Lupus doctor ordinē istum refecit

¶ Facinus canis uictoriosissimus copiaꝝ Mediolanēsiū īꝑator natione monferratensis ex oppido nobilissimo Sancti Enuasi oriūdus hoc āno ioāne Maria Duce Mediolanēsi īterfecto: in eius regnū succedēs: regnauit tāquā tutor: donec Philippus Maria adoleuisset ānis ferme duobus. Vir q̄ppe Magnanimus prudētissimusq̄ ac ī armis ab adolescētia exercitatissimus. Quas ob res multas strages ac īcōmoda finitimis pedemōtāis ītulit. Hic itaq̄ Mediolanēse imperio suscepto: ī primis cōtra Pādulphū malatestā statī duxit: & Brixiāos ac Bergomēses plurimis īcursionibus & direptiōibus ac uastatiōibus attriuit: nec a Cremonēsibus q̄bus gabrinus fundulus īꝑabat: & dominabať: abstinuit. Sed cū isto mō milites suos sine stipēdio retinere uellet: quos rapinis pascere & allere cōsueuerat: multorum belloꝝ ac discordiaꝝ cā fuit. Veꝝ paulopost iam ætate grādæuus sine liberis locupletissimus. 16. mēsis Maii Papiæ deficiēs: Beatresinā uxorē cordatā atq̄ magnanimā mulieꝝ oīuȝ bonoꝝ suoꝝ reliq̄t hæredē. Quā tñ idē Facin⁹ canis pauloāte obitū suū suasiōe & ꝯsilio amicoꝝ suoꝝ Philippo Mariæ duci iuueni despōsauit uxorē. Quā nihilominus idē Philippus Dux post annos quinq̄: uidelicet in anno salutis nostræ. 1417. die: uidelicet. 13. Augusti in caueam Arcis abiatæ decapitari fecit. Sunt qui dicant hunc facinum in anno. 1412. Papiæ defecisse.

Beatrix uxor huius uiri dať duci Mediolani Vxor ꝑdicta ď capitať

¶ Otho tertius parmēsiū tyrānus crudelissimus sane uir truculentusq̄ ac sanguinolentus hoc ipō anno qui est duodecimus supra millesimū quadringētesimū postea q̄ multas ac multas cædes: & crudelitates: maxime in nobiliū rubeorū familiā: atq̄ alias pluriās sæuitias exercuit. Ac ēt postea q̄ oēs circūq̄q̄ ciuitates & direptiōibus alisq̄ īfinitis ꝑpe malis diu ꝑturbasset: & q̄maxīe Nicolaū estēseȝ ferrariæ Marchionē: cuius cōpater erat apud Juberā agri Regiēsis oppidū ad colloq̄ū spe cōponēdæ pacis cum ipso cōpatre suo Nicolao pellectus a Sfortia attēdulo cotignola: ipō Nicolao estēse iubēte merito obtrūcatus ē. Quo mortuo cum sui fugam arripuissent: mutinenses cum

Rubera oppiduȝ a Sfortia hic obtrūcatur

corpus huius porcis obiectū fuit

plurimū ab eo ı̄fensi fuissent:statim cadauer suū in urbē detulerūt. Et ab equis ignominiosissime per totā urbē trahi fecerūt:& inumerabilibus iaculis confossum & turpiter laceratū porcis tandē corrodendū obiecerūt.Fuit tamen hic bello admodum strēnuus impetuosusq; atq; acerrimus.Et multa facinora strēnue gessit.Vnde & Nicolaū ipsum estensem Marchionē finitimū suū: sæpe sui salute ꝓstratū coegerat anxia formidine trepidare.Et nisi ciuiū suorū sanguine mãus cumulasset: fuisset ꝓfecto oı̄bus illa ætate multoꝝ iudicio ꝓferendus.Suo &.n.terrore Rhegiū lepidū urbem Nicolao ipsi estensi abstulerat:& Rubeis ı̄terfectis parmā ciuitatē per tyrannidē in suam redegerat potestatē:sed eo ı̄terfecto Rhegiū & Parma:dedentibus se ultro ciuibus rursus in Nicolai ꝓdicti estensis manus deuenere. Hunc item ferunt:aliquando de placentiæ principatu cum Iacobo

Vide iniqtatē huius uiri

Arcellatæ cruentissimis armis cōtendisse:qui in uindictā uiolatæ fidei notam:ipsius iacobi effigiē (ut tūc moris erat)depictā quoad uixit suo ı̄ scuto post terga ꝓcedētis armigeri deferri fecit:Iacoboq; ipo mortuo:Otho hic ipsā effigiē taliter depictā ı̄ parmēsi foro:cū pulsatiōe cāpanaꝝ & uexillis oı̄bus populo congregato cōburi iussit.Deinde collectos Cyneres in apta capsula ı̄ eminentissima urbis turre collocauit:ut inde surgentibus uētis appositi cyneres dispergerent̄ in regionē.

Cremonæ orator erat

¶ Thomas mocenicus sextus & sexagesimus uenetiaꝝ dux:hoc āno Michaele Sten duce defuncto:omniū suffragiis absens:creatus dux:ducauit an.10.& men.3.Mortuo.n.ꝓdecessore:iste Cremonæ apud Gabrinū fundulū orator erat.Sed dū de principe deligendo mentio haberet̄: diuinitus quasi uno ore creatus fuit:tanquā magnanimus:grauisq; ac modestus. Qui magistratu suscepto:cū uideret rempublicā suam ab imperatore opprimi:statim Carolū malatestam bellicæ artis scientissimū copiaꝝ suaꝝ contra ipsum imperatorē delegit ducem.Nā Sigismūdus ꝓdictus Cæ- 1413 6611

Impatorē ꝓfligrauit ꝑdita recuperat

sar electus:mox cū duodecim equitū & octo peditū milibus in italiā(accipiendæ coronæ gratia) descenderat:& eos oēs in uenetos mittens:primo impetu foꝝ Iulii accepit:& etiā Taruisiū urbē expugnauit. At Thomas hic reipu.solertissimus princeps:atq; patronus.Carolū ipsum opposuit. Qui fusis & fugatis Cæsaris copiis:subito cuncta deperdita ı̄genti uirtute recuperauit.Atq; Vero-

Pyratas fugat

nā urbē quorūdā ciuiū proditione quasi perditā sua uirtute:suaq; prudētia in fide cōtinuit. Et sumpta de nocentibus pœna:euestigio oı̄a sedauit.Indeq; classem non modicā in turcos mittens: de ipsis etiā nō ı̄cruentā uictoriā obtinuit:& pyratas multos ex equore fugauit:postmodū cōtra Hungaros ı̄festos bellū suscipiens:multas strages de illis edidit.Ferunt̄ & alia eius pluria facinora strēnue gesta:quæ breuitati studentes omittimus.Moriēs deniq; ibidē in prædicatorum basilica cum ingenti pompa sepelitur marmoreo sepulchro.Vbi & hoc epigramma inscriptum habetur.

Epitaphiū pulchrum

Hæc breui illustri mocenica ab origine thomā
Aeternos uenetū titulos sup astra locauit.
Oppida taruisii:coneti feltriq; redemit.
Inde fori iulii:Catharū:Spalatrūq; traguram
Magnanimū tē urna ducē:grauis iste modestus
Hic teucros tumidū deleuit ı̄ æquore classem
Hungariā domuit:rabiē patriamq; subegit.
Aequora pyratis patefecit clausa peremptis
Digna populum subiit patriis mens fessa triumphis: Amen.

Iacobū marchionē accepit uirū repudiat illum alphonsus ꝓualet: moritur regīa Q̄ d gesta hui⁹ scripsero commemorat

¶ Ioanna Regina eius noı̄s secūda Ladislai regis soror:hoc anno fratre prædicto: sine liberis absumpto in neapolitano regno eidē succedens:regnauit an.21.Hæc mulier uirilē animū ı̄ fœmineo pectore gerens:ı̄ter uarias regū lites:multa aduersa forti aı̄o ꝑtulit:nā primo cū adolescētula in regnū successisset: fœdis amoribus diffamata fuit.Et ut uidit tātam regni molē a se sola sustinen nō posse.Iacobo Marchio comiti denupsit.Quod ı̄ter galliarū principes:& genere & uirtute primarius haberet̄.Quem ut maritum & regem præter sui consensum agere in omnibus uidit.Indignata illū mox repudiauit:propter quod euestigio regnum diuisum est.Erant eo in regno quibus eius dominatus:nec oratus:nec ingratus esset:eo quod dignitatē & regiū nomen ioāna retinente:ipsi summam rerum potiebant̄.Erāt & ecōtra qui aut Ludouicū cū andagauensem ducem placebāt:adoptari in filiū.Alii āt dicebant Alphonsum aragoniæ regem potentissimū fore in regnū reuocandū.Atq; ita cū multi reges & adoptione & armis eo in regno se arguerent digniores:alphōsus tandem aragonū rex contra oēs præualuit.Cūq; in regnū introisset hæc ioanna illū adoptauit in filiū.Verumtamen ipse ingratitudine usus:haud multo post eā neapoli expulit:receptamq; rursus:etiā ı̄terdū in urbis arcibus obsedit.Et itaq; quoad uixit:multa intulit non filiali retributione digna.Deniq; cum domini nostri Iesu Christi anno.1434.ioanna hæc:& Ludouicus andagauensis dux in regno uitæ finē fecissent:regnū omne duobus orbatū principibus multos animos perturbauit.Gesta autē huius mulieris tā uaria & magna fuere:ꝙ plærosq; histori.oratoresq; atq; poetas fatigauit.Et in primis Blondum forliuiensem:pogiumq; florentinum: diuum præterea Antonium florentinum archiepiscopum: antequā possent ipsam secundum uitæ suæ gesta satis conuenienter describere: Ac alios plurimos oratores. 1413 6612

¶ Guido torrellus natione parmensis uir domi nobilis: sed & potētia: ac rei militaris nobilior: his tpibus ob res bene gestas maxīo in precio apud omnes fuit. Cuius rei gr̄a: maxime apud philippū Mediolani Ducē gratus acceptusq; extitit. Cognita etenim hoīs uirtute: post Crimignolam cuȝ suis copiis & exercitibus præfecit: & primo quidē cum multo eqtatu ad occupandā Genuā urbeȝ contra Thomā fregosiū urbis Ducē transmisit: cuius uirtute & præstantia: urbis tandē ad philippi manus deuenit: postmodū illū maritimæ classi pficiens: haud multo post uniuersam maritimam oram thirreni maris: atq; ipsam Neapolim regiā urbē ab Alphōso Rege occupatā obtinuit: & Ioānæ reginæ pulsis regiis præsidiis consignauit. Eo aūt in regno oībus pacatis: ad Ducem suū festiu⁹ gaudensq; rediit. Deinde cū florentini bellū philippo inferre statuissent: confestim ipse philippus hunc Guidonem opposuit. Qui cū paucis cōtra Carolum malatestā eoꝝ imperatorem in finibus agri florentini apud Ronchū in expeditione congrediens in ipsis quasi cōgressibus dissipato eius exercitu eū cœpit: & mediolanū cū multis captiuis uinctū transmisit. His fœlicissime gestis: philippus ipsum post crimignolæ discessum: in dictatura uniuersali suffecit. Qui magistratu suscepto: & florentinis iterato ↄtra philippū in bello ꝓgressis eos breui congressu apud zachanoram fauentini agri oppidū turpissime ꝓfligauit: atq; spoliauit: & multis eoꝝ oppidis captis: uniuersam ethruriam ↄcussit: quo timore: atq; tremore: ciues intra urbē trepidare cœperunt: postmodū odonem Brachii montoni filiū: acerrimū iuuenem aduersus eū a florentinis ipsis in expeditiōe missum in Aretino agro dum iuueniliter inter primos pugnatores uersaretur: īterfecit. Ac Nicholaū piceninū eo in prælio captū Fauentiam uinctū perduxit. Alia quoq; innumera & quidem præclara inuictus iste imperator gessit facinora. Hic ipse cū Othoni. 3. parmæ urbis tyranno suo domino familiarissimus eēt: eidem dissuasit: ne ad Nicholaū Estensem ad Guberā oppidū accederet: eo quia fraudē subesse occulta sapientia præuidebat: inter hunc & Crimignolā maxima odia & simultates fuere. Cū scriptum sit. Quod inter pares semp sit inuidia. Hic Vrsinā uicecomitē insignē mulierem duxit uxorē (de cuius ꝑclarissimis facinoribus in libro de claris mulieribus mentionē egregiā fecimus) ex qua duos suscepit ingentis uirtutis filios: Christoforꝰ: uidelicet: & petrum in armis excellentes: atq; Antoniam filiam: quæ postmodū petro Mariæ rubeo nupsit. Quo autem anno: hic imperator decesserit: non mihi constat.


Carolus malatestā supatū fuit.

6626 Vrsina huius uxor xpofor⁹ & petrus filii hui⁹

¶ Iacobus caudola: Aprutii ꝓuinciæ in castro iudicis originem ducēs: magnus exercituū ductor: & ipse hac tempestate clarus in armis admodū nominatus est: qui cum diu sub Alphonso potētissimo rege in Apuliæ regno militasset: & ꝓ eo ↄtra Ioānā reginā & Ludouicū andagauēsem uniuersum ferme regnuȝ occupasset: atq; Neapolim captā ualido equitatu regis noīe teneret: tandem a Guidone prædicto torello: & ioāna regina diu acriter obsessus. Alphonso rege absente a ciuibus tandem rogatus deditionem fecit. Indeq; discedens: ad pontificem Romanum Martinum concessit: a quo benignissime exceptus illius stipendio se submisit. Quod: ut erat uir magnanimus: atq; sapientissimus: confestim copiis undiq; contractis: cōtra Brachium montonum aquilam obsidentem: impiger aduolauit. Cum autem contra hostem decertandi causa peruenisset: nulla pugnæ mora addita: contra hostem prælium atrox iniit: in quo cum aliquandiu pertinaci animo decertassent: tandem Brachii exercitus cedere coactus est: ibidem auteȝ multis brachianis militibus cæsis atq; ipsum Brachiū lætaliter in capite uulneratum: deinde mortuum urbem acerbissima obsidione liberatam fecit. Sunt qui dicant Brachium eo in acerrimo conflictu a Francisco Sfortia: tum iuuene annorum: uidelicet: quinque & uiginti: in occiput fuisse percussum: quo lætali uulnere ex equo repente corruisse: ex qua ruina etiam suum exercitum omnem in ruinam traxisse turpissimam: ipso quippe Vulnere Brachium postridie miseram efflasse animam. Hic itaque illustris iacobus cum ipso Brachio diu de gloria rerum bene gestarum merito contendere potuit: sub huius autem militari disciplina multi emersere clarissimi uiri: quos īter noster Bartholomeus colleonus Bergomensis (Venetorum postea uniuersalis imperator) unus fuit.

Brachiū uulnerat & occidit

BRIXIA ITALIAE CIVITAS.



1416 6615

¶Brixia potentissima olim Cenomanoruȝ galloꝝ ciuitas:nūcqꝫ īter cæteras lombardiæ seu galliæ cisalpinæ insignis clarissimaqꝫ: hoc anno: sexto idus martii: Petro & Achille d ad uocatis frībus ꝓcurātibus: atqꝫ aliis nōnullis opantibus:ēt ope & opa Crimignolæ:ī man⁹ Venetoꝝ deuenit. Huius defectiōis causa fuisse tradūt qđ Philippus Mediolani dux suis uectigalibus quendam pessimum uirum præfecerat. Qui ciues ītollerabilibus aggrauans exactionibus: eosdem coegit suæ seruitutis iugū excutere: pp quod lacessiti: uenetis ciuitatē obtulere: modo ad id ꝑficiendū auxilia ꝑstitissēt. At Veneti cōfestim sua prudētia usi: ad philippū legatos misere: qui dicerēt: ꝓ salute italiæ ipsum ab armis abstinere: parcereqꝫ Florentinis: atqꝫ mitius in suos agere dignaretur: quod si secus securam oppressorum suscepturos animaduerteret: quod Venetorum edictum: cum insolentius quasi philippo uideretur: eo maxime: qđ nulla ratione adduci posset: uel crederet unquam ipsos: tum ob inueterataȝ: atqꝫ perpetuam amicitiā: tum etiam ob initam paulo ante societatem: quicquam: quo sibi incōmodarent tempraturos: sed longe præter eius opinionem accidit: quia statim omnia quæ ad bellum inferendum attinēt secreto parauerunt: & non solum italiæ: sed & peregrinos potentatus in philippū ipsum excitauerunt. Interea prædicti factionis Guelphæ primarii: audita Venetoꝝ & Florentinoꝝ societate: a philippo ad uenetos defecerunt: eis ea ꝑte urbis tradita: ubi Gibellini minus uiriū hēbant: hæc res gesta fuit noctu diei dominicæ: ipse enī petrus prædictus suæ factionis caput fracto urbis muro quosdaȝ rusticos monticulas clam introduxit: post quos e uestigio Crimignola ex cōposito octingētos pedites submisit. Quibus intromissis ipsi tanti facinoris auctores confestim urbem tutandā petro lauredano & fantino michaeli uenetis consulibus tradiderunt: Brixia itaqꝫ post annum oīno Veneti adepta: illāqꝫ mox omni ꝑsidio munitam: etiam omni dexteritate fauoribus & bñficiis ad eoꝝ deuotionē attrahere ꝯtenderunt: imprimis ipsam per decēniū cōi decreto ab oī onere cuiuscunqꝫ rei exemptā & īmunem fecerūt. Indeqꝫ per tpa & in hodiernū usqꝫ: & muris duplicibus: fossisqꝫ ꝓfundissimis: cū ingenti aggere: ac frequētissimis crassissimisqꝫ turribus ex sectis lapidibus: atqꝫ admirabilibus & īcredibilibus portis illustrissimā fecerūt. Arcem ꝑterea in supcilio mōtis diu antea extructam: triplici muro munitissimā reddere curarunt. Accuratissimā postmodū ciues curā egerunt: cū facti fuerint opulētissimi ipsi suæ ciuitatis tum publicis: atqꝫ priuatis ædificiis & īsignibus excolendæ: in primis Senodocheū in ea admirandū magnificentissimis structuris extruxerunt: qđ postea locupletissimū ciues ipsi ex multoꝝ legatis reddiderūt. Deinde cōplurima & amplissima monasteria: tam mulieꝝ quā uiroꝝ ædificarunt: in quibus est paramentoꝝ auri & argenti sericiqꝫ ingens ornatus: atqꝫ diues suppellex. Ibidē uiæ per totā ciuitatē late recteqꝫ lapide duro ostratæ sunt: nō plaustroꝝ rotis facile conteri possint. Deinde forū amplum ea in urbe cū omni ornamento & pictura lapide cocto stratū struxerunt: in quo & ꝑtoriū magnificentissimū ex quadratis politisque albis lapidibus: maximis collūnis sustentatū singulari ꝑstantia in annū salutis nr̄æ. 1490. ædificare cœperunt. Quod si ad pfectū usqꝫ deduxerunt: nihil in tota cisalpina gallia ꝑstantius certe erit: unde factū est: qđ Brixia in ꝑsentiaꝝ: & populoꝝ frequentia: & diuitiaꝝ copia: ac omnifaria mercatura: cū Mediolano regia ciuitate contendere potest. Huius enim ciuitatis ꝑplus. 25. millium cōmunicantium existimatur.

petrus & achiles de ad uocatis

Murum fregit

Exeptio x. ānorū

Hospitale in ea mirādū.

Foꝝ amplū pallaciuȝ in anno 1490. Incoatū.


¶Nicolaus tollentinus ex nobili familia in piceno ortus: sed rei militaris nobilissimus his temporibus & apud florentinos uenetosqꝫ (dum Arx brixiana a uenetis expugnaretur) uti prudētissimus & exercitatissimus bellator magno habeť in precio. Is itaqꝫ illustris uir: a florentinis in auxiliū uenetoꝝ contra philippū: cū quattuor millibus equitum: & duobus peditum milibus missus: brixiaȝ iussu uenetorum uenit: ubi cum intellexisset dissensionem inesse: inter Duces mediolanensium confestim tāquam prudentissimus antequam resipiscerent: ingentem fossam ad quinqꝫ passuum milia circa Brixiam deduci mandauit: qua transitus hostibus prohiberetur: & ad ferendum obsessis auxilium: quam sane fossam: & uallo aggereque: & nonnullis castellis atqꝫ frequentissimis turribus cum puteis & machinis munitam fecit. Erant in illo exercitu sub Nicholao isto: & Crimignola plusquam triginta hominum milia. Sed in philippi mediolanensium Ducis ad tria & uiginti milia. Carolo malatesta imperatore. Qui omnes postquam Brixiana Arx uenetis omnino cessferat: ad pompilianum oppidulum & circum circa loca ab Brixiana urbe quindecim passuum milia se contulerunt. Dumque uterque exercitus haud longe distaret. Die dominico quadam: quæ fuit quinto idus octobris: unus militum exercitus Venetorum ad hoc maliciose instructus quendam peditem hostem ad singulare certamen prouocat. Cæteris clanculum in armis præparatis: ad

Malitia hostis

paratis:ad quod duellum spectandum:cum cæteri ducales milites inermes accessissent:ab arma-
tis uenetis confestim uno agmini adoriuntur.Dumq; hæc tumultuose gererentur:ecce Crimigno
la cum maximo exercitu de industria per uiam qua Machlodiuȝ itur superuenit:& omnes uias ar
matus occupans inermes hostium milites omnes profligauit:& in fugam exposuit.At Crimigno
la & Nicolaus hic iusserunt pedites suos in fossis illius uia cum lanceis longis descendere: ut quot-
quot ex Ducalibus militibus ad Machlodium transire uellent:transfodere possent. Tanta equidē
cæcitas & mentis horror eo in cōflictu & uia fuit Ducalium militum:ut omnes perinde : ac excor
des & amentes fuissent:ita ut(omni consilio abiecto)sese trucidandos ultro hostibus obiicerēt:ma
gna profecto:& ultra q̄ credi possit:fuit hæc philippi Ducis clades:unde & ingenti tremore percul
sus ad Mattinum ponti.Ro.& ad alios principes se commendatum fecit.Cuius calamitate ponti
fex permotus euestigio ad sedandos motus Cardinalem sanctæ Crucis in lombardiam trāsmisit. pax īter
Qui ultro citroq; sæpius nuntiis destinatis:tandem pacem iter ipsos discordes ea conditione com uenetos
posuit:uidelicet:ut Veneti Brixiam:& eius oppida:quæ Antea Mantuanus Marchio cœperat: re- & ducē
tinerent:sed & Bergomum urbem nostram:cum omni agro eius legatus ex fœdere ipsis Venetis
designauit:hac etiam conditione:ne deinceps philippus ipse socios florentinorum:ac Venetoruȝ
bello lacesseret.Hanc autem pacem martinus ipse pontifex approbauit:ne philippus amicus ca-
rissimus regno omnino pelleretur.

BERGOMVM ITALIAE CIVITAS.

6617 1428



¶Bergomum igitur ciuitas nostra:unde mi
hi origo est:hoc anno pridie nonas maii suo
optimo omnino supradicto modo in ma-
nus Venetorum peruenit: per cuius deditio-
nem philippus maria potentissimus Medio-
lanensium Dux:cum hostibus Venetis& flo
rentinis omnino bellum soluit.Sub quorum
fœlicissimo imperio:si ueruȝ loqui liceat po-
tius denuo conditam:quam instauratā fuisse
dicemus.Cum ea tempestate nulla in ea eēt
ciuitatis facies:collapsa enim in primis om-
nia eius suburbia : apertiq; muri:collapsæue
omnes ferme ciuium ædes:atq; tēpla & mo-
nasteria omnia destructa & deturpata cerne
bantur:omnia deniq; lacerata & dissipata in
ea erant:pauci incole: & in eisdem etiā omne ciuilitatis ornamentū deprauatū uidebat̄.Idq; effe
cerat maxima ciuiū dissensio.Adeo tū & uepribus & spinis:ac ruderibus siluestris & īculta era t:ut
& lupi & uulpeculæ suos fœtus sine ullo timore in suburbiū foueis ederent. A Venetis itaq; susce-
pta sua magna & eximia sapiētia atq; īgēti dexteritate:quoad potuerūt ī primis pacatā reddere cu
rarunt:extīguere eteni oīa odiorꝫ īcēdia:& ciuiles discordias cessare annixi sunt.Quo fctm̄ fuit:ut
& oēs ciuiles discordias(licet difficulter)e medio sustulerit:& ulciscēdi flāmas oēs p tpa extīxerūt:
& pp īmunitaté humanissimam:atq; amplissimā:etiā inimicos oēs reddiderit sibi deuotos : atque
amicissimos.Inde ad muniēdā ipsam aīum adiicientes:arces intus & extra inexpugnabiles extru-
xerūt:tres ciues autem postmodum undiq; ad eam confluentes(ut sunt uiri : & natura & ingenio
industrii)omnes pariter eius pristinam dignitatem restituere laborarunt:ita ut in hodiernum usq;
diem:non amplius ferreum in ea:sed aureum exortum uideatur sæculum. Quorum quidem so-
lertissimo labore & industria hæc nostra ciuitas exultare quadam uidetur inusitata lætitia:ita ut ex
parua urbem quasi effecerint insignem & magnam.Templa & Monasteria ut decuit in ea erexe
runt plurima:& ipsa quidem ornatissima:piaque loca præ cæteris urbibus complurima:& ea sane
ditissima:cæteraq; ædificia:tū publica:tumq; priuata ad ornatum urbium pertinentia : in ipsa per
magnifice sunt extructa.Adeo nunc frequens est affecta ut in ea populus ad triginta milium nu-
meretur:cum antea uix octo milium dinumerarentur.Huius autem calamitatis & destructionis Vngari
causa fuerunt Vngari:qui tempore berengarii secundi:in anno salutis nostræ.917. ut supra in uita eam de-
Ioannis tertii papæ libro undecimo meminimus. struxe-
¶Tyberis fluuius Romanus:hoc anno in uigilia sancti Andreæ apostoli in īmensum adeo excre runt
uit:ut per portam flāmineam:quæ est populi porta ingressus:totam urbem in plano cōstitutā inū
dauerit:templumq; Pantheon usq; ad maius altare repleuerit.Decrescēs autem biduo post multa
aīalia secū traxerit:multaq; dāna ciuibus suis itulerit.Qd̄ nō secus p uias: ac uicos nauigabat̄ : ac
per eius alueū facere cōsuetū erat.Hoc idē: & in anno salutis nostræ.1474.mense Nouembris cō
tigisse uidemur:quamobrem & statim ex more sæuissima pestis subsecuta est.
6617 1428 ¶Bellū lucēse:hoc āno a florētinis īfense suscipit̄:qd̄ p ānos.3.maxīo cū utriusq; populi dāno p-
tractū ē(paulus aūt guinisius de quo supradcm̄ est)eo etiam tūc Lucæ dn̄abatur.Is superiori anno
Ladislaum. filium : cum philippo Duce Mediolani contra florentinos militare constituerat:
quam rem Florentini ægre ferentes: cum superiore pace: nil in scriptis De Guinisio cautum

fuisset: occasionē opprimendæ Lucæ nacti: in agrum ipsius suas copias mittūt. Qui captis multis eius castellis: urbem etiam obsidione cinxerunt. Sed philippus Mediolanēsiū Dux: guinisii pcibus solicitatus: Fracīscū Sfortiā cū magno eqtatu eo misit: q tm̄ terroris florētinis iniecit: ut Lucā obsidione liberare coegerit. At florētini suo usi ingenio: Fracīscū maxima corrūpētes pecunia: ab auxilio Lucēsiū abire fecerūt. Quo discedēte: florentini rursus Lucēses obsidiōe cingunt. Quapropter

Florentinorum profligatio

Philippus instāte Martino pōtifice q ēt Lucēsiū uices dolebat: Nicolaū piceninū cū maxio eqtatu rursus eo misit: q fusis fugatisq; hostibus: nō solū Lucā obsidiōe liberauit. Verū ēt īde mouēs: ex Pisanis & Volateranis multa castella eis ademit. Senēsibus ēt rē gratā facturus: q tū florētinos graui bello inuaserāt. Postulātibus uero ea tēpestate florētinis: ut Veneti iure fœderis: p Lombardiam Philippum adorirentur: responderunt eos auctores huius belli fuisse: quod prius a Lucensium iniuria temperare debuerant. Ea de causa florentini primates intollerabilibus tributis ciuitatem exinanitam fecerunt: & cum uniuersa ciuitas querularum plena eēt. Nil odibilius in ciuitate erat quam illi ciues: quorum opera Lucense bellum fuerat susceptum. Tandem florentini bellorum stipēdiis admodum grauati: licet lucam iterato obsidione cinxissent: cunctaq; circa urbē populati fuissent. Sigismundo Imperatore intra Lucam manente: pacē philippo & Lucensibus obtulere: quam illi suscipientes: etiam cuncta a florentinis capta reddita sunt.

¶ Bohemi heretici dudum a quodam Ioanne Vs: patria bohemo (in Constantiensi Synodo superioribus diebus exusto) exorti: q iter cæteros errores dicebāt & affirmabāt ecclesiasticos oēs: si salutem consequi uolebant: ad imitationē christi omnino pauperes esse debere: atq; oportere: cum

Vsitana heresis

ex tanta rerum copia & luxu populi omnes scandalizarentur: his tēporibus sua Vsitana heresi germanos catholicos crudelem in modum armis uexare cœperunt. Ad quos cum Martinus pōtifex: & Sigismundus imperator legatos misissent: qui eos commonefacerent: ut rationi & ecclesiæ obtemperare dignarentur. Sed cum benemonentibus parere recusassent: Martinus alios legatos in germaniam transmisit: qui una cum Sigismundo catholicos contra eos concitarent. Sed cū nihil ob hoc proficerent. Iulianum Cæsarinum Cardinalē Sancti Angeli postremo ꝯmisit: qui & ipse nil omnino proficit: immo suorum militum ignauia & inobedientia maximum ab eisdem accepit incommodum: pro quo re infecta: domum cum dedecore redire necesse fuit. Hi tamen heretici: sub Eugenio pontifice in Florentina Synodo: græcis aliisq; nationibus astantibus: a domino tacti: suum errorem cognoscentes: ab ipso pontifice indulgentiam petierunt. Quibus omnibus pœnitentia iniuncta catholicæ ecclesiæ reconciliati sunt. Qui tamen anteq̄ ad pōtificem accessissent:

Adamitarum heresis

quādam aliaꝫ Adamitarum heresim in Bohemia pululantem miro feruore extinxerunt. Qui scilicet impudenter dogmatizabant charitatis gratia licituꝫ esse hoīes publice cū mulieribus luxuriari.

¶ Viri doctrinis excellentes.

¶ Petruspaulus uergerius Iustinopolitanus iurecōsultissimus philosophus: ac orator disertissimus: necnō & græcis latinisq; litteris apprime eruditissimus: chrisoloræ bizantini philosophi auditor: duduq; Carrariēsium principum admodum carissimus: per hoc tempus ꝑdictis uirtutibus egregie illustratus: magno habitus ab omnibus fuit in ꝑtio. Qui cū eēt eloquētissimus: nōnulla edidit opuscula: ab eruditis uiris approbata. Et inter alia historiam satis elegantem de gestis Carrariensiū dominorum suorum: & De ingenuis moribus erudiēdorum puerorum: Arrianumq; historicum qui de Alexādri magni gestis ꝑtinet: sermone græco conscriptum: latinū fecit: græcas & barbaras amicitias cōparauit: cultissimasq; orationes in diui hieronymi laudeꝫ plures cōposuit. Aduersus Sigismundū malatestā: qui Maronis statuam e foro mantuano deiici fecit: nobilem edidit inuectiuā: & alia multa. Obiit tandem tantus uir tēpore concilii Basilicæ in Vngariam: ut testat̃ Pius papa.

¶ Mapheus regius patria Laudensis: optimus uir eloquentissimus orator: & poeta non uulgaris: Martini papæ Datarius. per hoc tempus ob dicendi & orandi elegantiam: magno in precio Romæ habitus est. Qui aliquot editis libellis: partim uersu: partimq; oratione soluta magnam laudeꝫ

Aeneidorū librum ꝯposuit

Reliqas sanctæ Monicæ trāsferri iussit

affecutus est: inter quos tertiumdecimum æneidorum librum in uersu heroico composuit: Rusticanalia etiam epygrammata: & psalmos pœnitentiales. Atq; in laudem diuæ Monicæ matris sanctissimi doctoris Augustini multa composuit. Alia quoq; quædam soluta oratione conscripsit: huius autem procuratione & impensa: reliquiæ sanctæ Monicæ ex ostia tyberina Romæ translatæ sunt: & eisdem capellam insignem: atq; sepulchrum miro artificio suo sumptu extruere fecit. In cuius tandem capella suū corpus sepeliri uoluit. Hic pii papæ dum in minoribus foret: amicissimus admodum fuit: cui regio post multas miserias fortuna plurimum fauit.

¶ Leonardus Iustinianus patritius Venetus: & eques auratus alterius Leonardi magni maximi oratoris filius: his temporibus ob eximiam eloquentiam: & nobilissimum ingenium: & utriusque linguæ eruditionem uniuersæ italiæ clarus effulsit. Qui a puero liberalibus disciplinis egregie eruditus: etiam musicæ (ut decet nobiles) operam plurimum dedit. Et eam ob rem cantilenas suaues amatorias nōnullas uernacula lingua edidit. Quibus cū tota italia repleta esset: tandē in uirilē ætatem a conscientiæ remoribus & stimulis agitatus: in deum se conuertens pœnitentia ductus: consimiles cantilenas in laudem beatæ uirginis Mariæ sanctorumq; multorum cōposuit. Indeq; alia nonnulla peregregia tum latino: tum uulgari idiomate exorauit: ac quædam græca in latinum

conuertit:

conuertit:ut pote Cimonis & inculi nitas. Extant & eius disertissimæ funebres orationes:ac Epistolæ multæ succo & eloquentia plenæ:ab impressoribus nuper in lucem editæ. Deniq; ætate grandeuus post multas præclarissimas legationes & ciuitatum administrationes:uno omnium consensu procurator sancti Marci delectus fuit. Is apud uenetos amplissimus est magistratus & principatui proximus. Hic inter cæteros Bernardum iustinianum equitem aureatum & sancti Marci similiter procuratorem post se reliquit filium:doctrina & prudentia sibi consimilem.

¶ Franciscus Barbarus patritius similiter uenetus Chrisoloræ bizantini in græcis discipulus: excellētissimi & ꝑpe diuini ingenii uir hisdē tēpibus ob doctrinā:& dicēdi elegātiā:atq; reipublicæ administrādæ prudētiā & cōstātiā:laudatissimus habitus est. Qui inter cætera cū eruditissimus haberet: pulcherrimū tractatū de Re uxoria:atq; orationes & epistolas ornatissimas extātes edidit multas: ac alia permulta. Obiens uero in anno salutis nostræ. 1454. magnam eloquentiæ intulit iacturā. Ad cuius sepulchrum hoc epitaphium appositum est. Siquis honos:si fas lachrymis decorare sepultos. Flecte super mœstos locū complecte querellis. Franciscus cui prisca parem uix sæcla tulerunt. Barbarus hic situs est linguæ decus omne latinæ. Fortia facta uiri pro libertate senatus: Brixiā quā magno tenuit sudore fatetur. Hic summi ingenii scriptis monumenta reliquit. Græcaq; ꝑterea fecit Romana:tenet nunc. Spiritus astra sacros tumulus complectitur artus. Epitaphium pulchrū

¶ Carolus ethruscus:patria Aretinus:poeta Laureatus:& græcis latinisq; apprime eruditus: & eloquentissimus uir:francisci philelphi æmulus:his temporibus in italia clarus & insignis fuit. Qui & ipse:tum metro:tum soluta oratione multa composuit:ac quædam e græco in latinum conuertit. Quamobrem a florentino populo(qui semper uiros eruditos summis honoribus excipere consueuit)in suum Canzelarium delectus est.

¶ Caietanus pria uicētinus:patauinus canonicus:theologus:ac phūs ꝑstātissimus:p hoc tp̄s in patauino Gymnasio:tum legēdo:tum disputando:ac libros componendo maximū suæ eruditionis obtinuit fulgorē. Eas ob res præ cæteris philosophis sup. 8. libros physicoꝝ accuratius cōmētatus est:scripsitq; sup librū de aīa sup librū de cœlo & mūdo:alios cōmētarios cōposuit. Insup librū de Methauris:& de Ratione ad imitationem & cōcurrentiam domini Ioannis de marliano ꝯposuit.

¶ Bartholomeus mōtagnana phūs & physicus celeberrimus:& ipse hac tēpestate multaꝝ reꝝ cognitione:atq; expiētia:& scripturaꝝ subtilitate:cæteros sui tpis physicos supauit. Quod ppulchre libri de cōseruatiōe sanitatis a se editi ostendunt. Adiecitq; ipsis:& alios in medicinis. De pticulatib⁹ ægritudinibus libros īcipiēs:a capite usq; ad pedes. Scripsit īsup:& d oībus ægritudinibus ī cōi & de Balneis:& de modo componendi medicinas. Et in cōsiliis Anthidotariū. Atq; alia multa.

¶ Iacobum etiam foroliuiensem egregium medicum cum his floruisse constat:quem dicunt cūctos qui philosophiam & medicinam professi fuerunt:superasse. Et propterea magnificentissime super primum Auicennæ: & super eiusdem Amphorismis & Tigni scripsit libellū: præterea de intentione graduum formarum:& earum remissione composuit.

¶ Hugo ethruscus:patria Senensis uulgatissimus medicus:per hoc ipsum tempus diuina quadā medendi gratia:ob ingenii magnitudinem:omnes qui ante illum in Ethruria & flaminea fuerunt excelluisse creditur. Hic ab Nicolao Estense Marchione publico salario in Gymnasio ferrariēsi cōductus maximā & inauditam suæ eruditionis in Synodo ferrariensi apud græcos & latinos ostēdit. Nam una die uniuersos qui ad Synodum ex græcia uenerant:philosophos quam maxime ad se inuitauit:quos cum magnificentissime pauisset:finito prandio:eos in disputationem pedetētiū placideq; inuitauit. Cumq; Nicolaus marchio & multi in Synodo congregati philosophi excellētes aduenissent:cunctos in medium philosophiæ iocos adduxit. De quibus inter se plato & Aristoteles suis in operibus contendere:ac magnopere dissentire uidentur:edocens eā se partem defensurum:quam græci oppugnandam ducerent:siue platonem siue alium se sequendum arbitrarentur. Cum græci certamen minime recusassent:protracta est ad multas horas disputatio: postremo hugo hic græcorum philosophos:& argumentis:& dicendi copia uictos:tacere compulisset: palā factum est. Latinos homines qui iampridem bellicis artibus græciam superant:etiam & litteris: & omnium doctrinarū gñe ante irent. Hūc autem super primo Auicēnæ & Amphorismis hippocratis:& Tigni:ac Galieni:multa scripsisse tradunt. Vide magnā huius uiri doctrinam græci a latinis supant

¶ Ioannes de Marliano:patria Mediolanensis:philosophus:ac physicus:& ipse in philosophia & medendi disciplina prædictis omnibus simillimus fuit. Qui cum in omni litterarum genere eruditissimus haberetur:in Astronomia tamen eos præcellebat. Ex cuius ingenii monumentis:habent libri de Relatione ad concurrentiam Gayetani:& de caliditate corporum tempore æstiuo & hyemali. Et de Antiparistasi:& alia multa.

¶ Abbas siculus:cui propriū nomen Nicolaus erat patria cathaensis:pontificii iuris & phiæ eruditissimus:& ipse hac tempestate clarissimus fuit:q apud Senā ethruriæ urbē pōtificiū ius optimē edocēs:ut erat ingenii eminentissimi uir:ꝑ clarissima monumēta eo ī iure post se dereliquit. Vnde & decretales omnes plurimis uoluminibus & eisdē egregiis declarauit: Decretorum uero libros cū cōmentare cœpisset:morte præuentus rem tantam infectam dimisit. Eius præterea extāt disputationes & repetitiones plurimæ:atq; accuratissima consilia.

¶Ludouicus pontanus:patria Spoletinus:egregius iurium cõsultus ac aliarũ bonarũ lrarũ studiis ornatus:hac tempestate cũ cæteris Romæ claruit.Qui cũ & eruditione:ac memoria incõparabili ornatus eēt:ex īgenii sui magnitudīe:plus q̃ cõmentũ sup aliq̄bus Digestorũ & Codicis partibus. mirificũ cõposuit.Edidit p̄terea & alia in legibus praticis cõsilia. Quin & in iure põtificio q̄ões uarias disputauit:& determinauit:inter quas Aurenticorum repetitio principatũ obtinet.Qui una cum Abbate Siculo in Basiliensi Concilio uocatus:maximi precii habiti sunt.

¶Paulus p̄castrus:& ipse iuriũ īsignissimus doctor:atq̧ spectatissimæ doctrinæ & eloquētiæ uir: cũ p̄dictis & ipse miro p̄conio hisdē t̄pibus floruit:eo q̄ īter cæteros iurecõsultos: clarius & distinctius:atq̧ utilius:ī digestis & codice scripserit.Extãt & eius cõsilia ea ī doctrīa ultima.Deniq̧ cum Senensibus & Florētinis:atq̧ patauinis publico salario ad docendum uocatus fuerit: & semp primam Cathedram ubiq̧ tenuerit:in anno domini.i437.uiuendi finem fecit.

¶Andreas de Biliis:natõe Mediolanēsis:nostri ordinis philosophus & Theologus celeberrimus: per hoc ipsum tēpus:& docēdo:& scribēdo:ac disputando:in tota italia admodum clarus effulsit. Nã solũ eruditiõe & tenacissima memoria:sed & sanctitate & grauitate morum admirabilis fuit: Qui cũ latinam & græcã atq̧ hebraicã linguas optime nosceret:etiã ad multorũ eruditionem cõplurima cõposuit opuscula.Incipiens & enim ab ipsa grãmatica in oībus liberalibus disciplinis conscripsit:atq̧ in theologia tractatus plurimos extãtes nõ solũ doctos:sed & elegãtes edidit. Qui quãti fuerint absq̧ nr̃o testimonio ipsi p optime ostēdunt.Insuper & Aristotelis aīam & Ethicorũ latinos fecit.Ferũt hũc tãtæ memoriæ tenacitatis fuisse:q̄ quicq̄d bis uel ter legisset:statī memoriæ cõmēdaret.Qui tãdē cum christi ecclesiã:suãq̧ religionē & scriptis:& p̄dicatõe & exemplo plurimũ iuuisset:apud senã Ethruriæ urbem beato fine quieuit.

Tres linguas hic optime nouit

¶Ioannes Gerson natione gallus:parisiensis cãzellarius his temporibus theologorum princeps est habitus:qui cum multos edidisset utiles tractatus:ad constantiensem Synoduꝫ perrexit:ubi ad unitatem ecclesiæ procurandam:& ad hereseos maxime Bohemorum extirpandos indefesse laborat:propter quod concilio dissoluto multas ab eisdem hereticis pertulit insidias.Qua necessitate compulsus:ad Lugdunensem confugit urbē:ubi & nõ multo post:cũ esset ætatis annorũ.66.ibi dē uiuēdi finē fecit:anno uidelicet præsenti qui est trigesimus supra millesimũ quadringentesimũ: a natali christiano.Scripsit itaq̧ hic multa:tũ prosa & metro:ad ædificationē fidei. Quorũ tituli librorum sunt isti.De mistica theologia li.8.De consolatione theologiæ li.4. De examinatione doctrinarum li.3.De nuptiis ecclesiæ li.2.De scismate li.2.De laude scriptorum librum unum.De cõcordia euangelistarum librum unum.De potestate ecclesia li.i.De unitate ecclesiastica li.i.De statibus ecclesiasticis li.i.De modo uiuendi fidelium li.i.De ueris & falsis uisionibus li.i.Contra hereses boemorum li.i.De diuersis heresibus li.i.Et alia prope infinita opuscula : quæ præter prædicta ascendunt ad summam centum uoluminum seu librorum.

¶Lupus de Oliueto:natione hispanus:ordinis monachorum diui Hieronymi generalis prior diuinarum scripturarum eruditissimus:atq̧ studiosissimus:his temporibus suum ordinem semicollapsum:& uerbo:& exemplo:atq̧ doctrina:& scriptis mirifice instaurauit. Qui & nonnulla opuscula lectione digna edidit:pro quibus nomen suum posteris celebrandũ dereliquit. E quibus in primis collegit ex dictis diui Hieronymi regulam per capitula distinctam: quã Martinus põtifex approbans ipsius ordinis professoribus obseruandã tradidit.Quæ sic incipit. Fratres carissimi nõ queo.Sed & de temporibus:& sanctis Sermones utiles composuit.Et alia quædam. 1428 6617

Regulã monachorum collegit

¶Henricus de hasia ordinis carthusiensium:prior Domus monachorũ sanctæ Mariæ:hoc anno mirificis præconiis tã sc̃titate quã lr̃is īsignitus:migrauit ad dominũ.Qui cũ esset ī diuinis scripturis sufficiēter edoctus:& sæcularis philosophiæ nõ ignarus:atq̧ ingenio & eloquio disertus:multa elegãti stilo opuscula edidit:p̄ q̄bus noīs sui celebrē memoriã posteris dereliquit.E quibus multa in Gymnasiis pluribus:ante religionis ingressum publice legit.Quorũ de nũero fuerũt.Sup sententias lib.4.In Genesim lib.i.In exodum lib.i.In parabolis lib.i.In Apocalipsim lib.i. Dialogus inter episcopum & præsbyterum li.i.Atq̧ Sermones utiles.

¶Hermanus petra:natione theutonicus ordinis similiter carthusiensium:uicarius & rector Sanctimonialium ordinis sui in flandria:hoc ipso anno:cum nouem & uiginti annos:eũdē monasterium:& religione:& Doctrina mirifice rexisset:nõ sine magno sanctitatis p̄conio humanis cessit: & ad dñm migrauit.Qui diuinis in scripturis cũ semp studiosus fuisset.Scripsit ingenii sui q̃dã deuota opuscula.E quibus subiecta ferunt̃.In primis īsigne opus per circulũ anni:ī sex uoluminibus distinctum cõtinens Sermones de tempore lib.3.Sermões de sanctis lib.3. Sup oratione Dominica Sermones quinquaginta.De regimine Monialium li.i.Et alia multa.

¶Omnibonus leonicenus patria Vicentinus Rhetor & orator clarissimus:idemq̧ disertissimus hac tempestate cum esset græcæ latinæq̧ peritissimus:magno in precio apud Venetos fuit. Qui ne uideretur sibi soli natus:ad instructionem multorum plurima præclara scripsit uolumina: quibus memoriam sui posteris dereliquit.E quibus feruntur.De laudibus eloquentiæ lib.i.In oratorē Ciceronis lib.3.cuius principium est.Quantum.In Lucanum poetam librum unum. In Quintilianum li.i.Orationes multæ.Et alia quædam.

¶ Antonius raudensis: natiōe Mediolanēsis: ordinis minoꝝ ꝓfessus: clarissimus theologus: & oībus disciplinis nō mediocriter eruditus: & ipse hac tempestate in Cisalpina gallia floruit. Qui ut in oībus se doctū ostēderet: singuloꝝ quorūcūq; tā oratoꝝ paganoꝝ quā theologoꝝ opa explanare præsumpsit: & quā maxie lactātiū firmianū uirū doctissimū emēdare tēptauit: qd melius & dignitati & religiōi suæ fuisset: ab huiusmodi scribēdi genere se cōtinuisset: quā cōtra tm̄ uirū doctissimum: & præ omnibus disertissimum inuehere. Eā ob rē & quasdā inuectiuas i se ꝓuocauit. Alii atq; alii in omni Europa occidentali hisdē tēporibus floruere uiri celebratissimi ī oī scientiarū genere: qui tractatus confecerunt atq; ediderunt: quos commemorare longum esset.

Vide p̄sūptuosum hominem

6630 1431 EVgenius eius nominis. 4. pp. qdē gloriosissimus: natiōe Venetus familia cōdelmeria uetusta: pr̄e Angelo. Gabriel religiosissimus antea uocatus: hoc anno. 5. nonas martii: apud Mineruā Romæ post Martinū papā pōtifex creatus: sedit annis qndecī. Hic Gregorii undecimi ex sorore nepos: canonicusq; cælestini habitus. Cōgregatiōis scti Georgii in Alga Venetiis fuit primo qdē ipsius Gregorii thesauratius: deinde Senensis eps: postea Cardinalis: demū pōtifex factus: nil eo honore elatior: nulla ī re pristinā naturā mutauit. Eadē certe humilitate: eadēq; cōtinētia: & austeritate uitæ uixit: quāuis in initio sui regiminis malis cōsiliis ductus uarius extiterit. Cum enim diuina humanaq; oīa ꝑturbaret. Romanū populū ad arma cōcitauit. Qui ipsius magistratibus e Roma pulsis nouos creauere Romani atq; ipsum pōtificē mutato habitu cum monastico cuculo fugere compulerunt: eumq; per tyberim fugientem Romani lapidibus & sagittis persecuti sunt. Cumq; florentiam petisset: ibi per aliquod tempus substitit: quo in tempore: omnia & bellis & scismatibus ubiq; perturbari cœpta sunt. Romani enim sublato clamore ad arma in libertatem conclamauere: & nouis creatis magistratibus: Franciscum Eugenii nepotem: & ecclesiasticæ dictionis camerarium capiunt. Arcemq; sancti Angeli expugnant. Capitoliū firmo præsidio muniunt: & per sex menses in libertatem se uendicant. Eo autem tumultu basiliense concilium iam antea Martini decreto inchoatum augeri per hispaniæ: galliæ: pauoniæq; regib⁹ cœptum est. Qui communem reipublicæ christianæ gubernationem in arbitrio concilii reponebant. Ad quod quidem concilium Eugenius bis terq; citatus ire recusauit. Quam ob causam Eugenio pontificatu abrogato Amedeus heremita olim Sabaudiæ dux pōtifex delectus est. Eugenius autem indignatione permotus: cum inter Carolum francorum regem: & Philippum Burgondiæ ducem pacem composuisset: Delphinum caroli regis filium cum magno comitatu in Basiliēses concitauit: cuius impetu ille conuentus statim dissipatus est: quāuis primo comprobasset: propter quod infinita subsecuta sunt mala. Ferunt autem hunc Eugenium (præter pontificis dignitatem) mirumimmodum amasse bella. Verum postea ad se reuersus prudentius & constantius egisse. Vnde & concilium florentiæ habuit. In quo orientalem ecclesiam cum occidētali maximo cū impendio & labore uniuit. Vbi & Ioannes paleologus cōstantinopolitanus imperator: & suus patriarcha cum episcopis archiepiscopis ac ingenti doctissimorum uirorum atq; nobilium totius græciæ interfuerunt. Qui omnes sumptibus romani pontificis ac romanæ ecclesiæ enutriti ac in græciam reportati fuerunt. Eoq; in concilio affuerunt: & Armeni: Ethiopes: Georgiani: Iacopitæ: lybiam asiamq; incolens. Atq; alii ex asia minori: pōto: uidelicet: Ciliciaq;: Syria: & affrica. Qui oēs fidei catholicæ ecclesiæ Romanæ se tandem submisere: ac humiliter subdidere. Indeq; Sigismundum Cæsarem perbenigne romæ exceptum: imperii corona insigniuit: Philippum Mariam Mediolanensem Ducem tamen quoad uixit inimicissimum habuit. A quo & per Nicolaum picenīnum & Franciscum Sfortiam adeo bellis: unde quaq; uexatus fuit: ut uix ei respirandi facultas daretur. Bona tamen multa urbi contulit: maximeq; circa uaticanū: qa ærarii officinā & archā palatii instaurauit: ac urbis uias multis in locis strauit: ac lateranēse pallatiū restituit: iuxta ꝙ monasteriū dignū iā diu cōditū īstaurauit: ī quo (pulsis canonicis sæcularibus) regulares canonicos sub regula beatissimi patris augustini nuperrime excitatos: ex Frisonariæ loco lucēsis agri accitos introduxit: Basilicam quoq; sancti petri: & eius sachristiā multa suppellectile donauit: Religiosos omnes sub regularibus institutis uiuere uolentes mirumimmodum dilexit: & priuilegiis aliisq; gratiis plurimis iuuit: aliis quoq; gratiis auxit. Gymnasia omnium quā diligētissime fouit. & ī oēs liberalis: & potissimū doctos fouit. Quoruȝ familiaritate (licet ipse modicæ litteraturæ) delectatus est: & licet unquam ad perdiscēdā aliquā particularē litteraturā aīum adiecerit. Doctores tn̄ ecclesiæ: & oratores atq; historicos libros ita assidue legebat: ut subtilissimo īgenio oēs ītellexerit. Hic Vulatislaum Poloniæ Regem cum Iuliano cæsarino cardinali in turcos misit: qui cuȝ triginta milibus apud andrinopolim cecidere. Erat itaq; Eugenius hic aspectu angelicus oī ueneratione dignus: grauis semper & moderatus in dicendo: parcus in uictu suo: sed in familia splēdidus: familiares habuit doctos uiros & sanctitate probatos. Quoruȝ opera in rebus arduis utebať: unū in eo repræhēsibile fuit: qđ Anatas omnium beneficiorum: post Bonifacium nonum: & ipse confirmauit: quæ in hodiernum usque diem perseuerare cernimus. Obiit autem anno a natali christiano. M.ccccxxxxvi. 7. calendas martii: ætatis suæ. 64. quo quidem anno: beatum Nicolaum tollentinantem ordinis nostri in sanctos rettulit confessores: ut suo loco infra dicemus. Eo itaq; mortuo: in beati Petri basilica sepelitur sepulchro marmoreo cum hoc Epithaphio: uidelicet.

Innocētius. pp. 218.
canonicus cælestini habit⁹ fuit
malis cōsiliis seductus pōtifex fuit & sagittis insequitur
cōcilium basileæ
Dux sabaudiæ fit pōtifex
orientalis & occidentalis ecclesiæ unio
multæ natiōes
Regulares canonici
Vulatislaum In turcos misit

Eugenius iacet hic quartus cor nobile: cuius
Testantur uitæ splendida facta suæ
Istius ante sacros se præbuit alter ab ortu
Alter ab ocasu Cæsar uterq; pedes
Alter ut accipiat fidei documenta latinæ
Alter ut aurato cingat honore caput
Quo duce & armenii graiorum extra secuti
Romanam agnorunt ethiopesq; fidem
Inde syri ac Arabes mundiq; e finibus indi
Magna sed hæc animo cuncta minora suo
Nam ualida rursum teucros iam classe petebat
Dum petit ast sustulit atra dies.
Qui semper uanos mūdi cōscripsit honores
Atq; hac impressa condite duxit humo
Sed non quem rubro decorauerat ille galero
Non hoc franciscus stirps sua clara tulit
Susceptiq; memor meriti tā nobile q̄ nunc
Cernis tam præstans surgere iussit opus.

¶ Columnenses Romani uiri præpotentes hoc anno falso suggesti: quod Eugenius Martini pontificis inimicus decreuisset eorū nomē oīno delere: magno satis coacto exercitu Eugeniū ab urbe pellere statuerunt: & ex prænestre urbe ubi Columnensiū princeps morabaṫ: magno cū tumultu Romā ꝓperantes: in Eugeniū ipsum mouēt: & apia porta occupata urbē īgrediuntṫ. Quo audito popul⁹ Ro. & pōtifices milites eis obuiā mox fiunt. Consertaq; pugna aliquādiu & acriter pugnauerūt: in qua multi utrinq; capti & cæsi sunt. Qua ex re columnēses ex urbe recedētes multa dāna ciuibus intulere. Omnia enim diripientes pecora abegerunt: & multos hoīes captiuos abduxerūt. Quaobrem multa mala & cædes: nō solū aperto marte: uerū etiā ꝓditoriæ subsecutæ sunt. Huius autem mali quidam Stephanus Columna: quem Eugenius copiis ꝑfecerat: auctor fuit: q ab aliis columnensibus solus dissentiebat. Is enim Odum quendam columnensem Martini uicecamerarium comprehendit: & eius direptis bonis: tanquam latronem præter pontificis uoluntatem ī carcerem indecenter nimium coniecit. Qua ex re Eugenii iram in se concitauit. Qui indignationē pontificis formidās proditorisq; officium exercens: prænestre ad eiusdem familiæ principem confugit. Eumq; ad huiusmodi scelus adhortatus est. Eo autem tumultu quidam Antonii filius Beneuentanus pontifex: & alius quidam captus est: qui cum confessus fuisset se arcem sancti angeli capere uoluisse: & pōtificem & ursinos urbe propellere statuisse supplicio affectus est. Cuius corpus cum quadrifarie diuisum esset: & ad quattuor urbis portas suspensum: ea de re pontifex piiendissimus qui talia abhorrebat dolore animi in maximam deuenit ægritudinem. Vnde eo anno procurante quodam ciue Romano: pax inter ipsos discordantes subsecuta est. 1431 6630

Beneuētanus pōtifex in quattuor pres diuidiṫ

¶ Bellum secundum Venetorum & Mediolanensium.

¶ Mediolanēses hoc anno: dum supradicta Romæ agerentur: in genuēsi urbe classe cōparata florentinis infensi: ab eorundem copiis & Venetorum: in ipso Genuensium littore superanṫ & ꝓfligātur: e qbus undecī eoꝝ naues īterceptæ sunt. Qua ex re Veneti elatiores facti. Crimignola Duce terrestri bello Mediolanēses aggrediuntṫ. Philippus aūt Nicolao picenino ex ethruria euocato: cōfestim classem uenetā ī pado apud Cremonā supauit: & Crimignolæ īpetus p terrā retardauit. Vñ Veneti nō ita multo post: sicut dictū est. Crimignolā capite mulctarūt. Quo mortuo: eius copias Ioānes frācīscus gōzaga suscepit: q & ipse etiā in hoc certamine ita gessit: ut uictis gētibus suis ipse inuictus cum ipsis uictoribus de laude gloriaq; certarit. Hic itaq; imperator factus: e uestigio multos ueteranos & exercitatos armoꝝ uiros ad se cōuocauit: uidelicet Gattamellatā narnensem uirū ī armis acerrimū: Gentilē post eū īperatorē Tybertū brādulinū: Petrum paulum Roma. Detesaluum Bergomensem: & plærosq; alios. Nicolao uero picenino Vitelianus foroiulianus: & complures alii: rei bellicæ nō ignari: atq; ī eo munere clarissimi: quorum uirtutibus adiutus Nicolaus egregia perfecit facinora: nam superata (ut diximus) in heridano fluuio Venetorum classe: receptisq; breui oppidis: quæ Veneti ī agro Cremonēsi tenebāt: aliū īgētē cōparauit exercitū. Cū quo Gattamellatā primū apud Caualatonū oppidulū illico supauit: & cæteros ꝑdictos legatos mercenarios ꝓfligauit: qbus ꝓfligatis: Philippus Mediolanensiū Dux: cōfestim aīo auctus est. Quaobrē Sigismundū īperatorē: ac etiam Ipsum Ioannē Frācīscū Gōzagā & pollicitationibus & premiis ad se pellexit. Et ita in sequēti anno Nicolaū pieninū īperatorē suū cū Ioāne Frācisco gōzaga in Brixianos misit. Qui Brixianā urbē aliquot mensibus oppugnauerūt. Quā cū acriter factio Guelpha Brixiana una cū Frācisco Barbaro ibi ꝑtore defensassent: omissa obsidione: Nicolaus iniquo hyemis tempore ad occupāda castella circūquaq; posita cōuersus est: ne uȝ ꝯmeatus ī urbē oīno submitti possent. Inde ī Veronā cōuersus: oīa lōge lateq; ī agro ipso & Vicētino populatus est: nec in eisdem agris qcquā Venetis ipsis reliqt. Occupato aūt magna ex parte Mintio & Athesi fluminibus: etiam Benacum lacum occupare studuit: ne qcquā nauibus subuehi posset: penuria igiṫ permaxima ī Brixiana urbe laborantibus: ex Athesi remulco: quædā naues p Venetos attractæ sunt: & usq; ad lacū quem sancti Andreæ Accolæ uocāt: sensim ī Benacū a peneda ad torbolim dimissæ: & refectæ. Rem Venetam meliusculā fecere. Verum cum Nicolaus piceninus nihilominus ueronēses & uicentinos plurimum urgeret. Veneti de se actum esse existimātes: nisi unū aliquē egregiū bello uirum pro exercitus Duce mercede cōducerent. Et ideo confestim oratorem ad florentinos socios oratum miserunt: ut si rei publicæ Venetæ & totius libertati consultum esse uelint. Frāciscum sfortiam tum imperatorem suum cum omnibus copiis propere in suum auxilium mittāt: alioqn de eis actum esse scirent. At florentini suo & sociorum periculo moti: Frācīscū ipm adhortantur:

Genuenses supātur

Veneta classis in pado superaṫ

Gattamellata superaṫ

naues attrahāṫ ī benacū lacum

tantur:ut arma pro Venetis sumat. Quibus suasionibus permotus statim in ueronensem agrū cū multo equitatu aduolauit:ubi mox ad Suaue contra hostem pugnam sumpsit. Tādem picenino ob ægritudinem & pugnantium paucitate cedente e uestigio omnia de uicentinis & ueronensibus castella recepit:qua uictoria elatus:Brixiam a uitelliano obsessam:etiam liberare statuit. Sed cum omnes aditus interclusos cerneret. Athesim fluuium supra Tridentum traiecit:& in Tridentinum agrum moués Archum oppidum natura munitissimum oppugnauit:Sed cum piceninus Archiepiscopus comitem defensurus aduenisset:ibidem a Francisco Sfortia profligatus cū uniuerso exercitu fuga sibi salutem expetiit. Sunt tamen qui dicant piceninum eius exercitu superato in Archū oppidum confugisse:& postea a quodam Todeschino ingētis magnitudinis & roboris famulo humeris tanquam cadauer infectum sacco inuolutum ad suos(etiam per hostium castris) eductum
6631 fuisse:& castra sua statim refecisse. Dum autem hæc agerentur:Philippus ægre ferens florētinos ad hortante Eugenio pontifice:Franciscum Sfortiam uenetis auxilio misisse. Concilium in Basilea urbe celerius cogi sategit. Quo Eugenium pontificatu priuaret. Ille uero cōcilii auctoritatem mirumimmodum formidans apud ferrariam flamminææ urbem aliud concilium indixit. At Philippus cum his qui in concilio basiliensi erant:egit:ut Eugenium citatum cum ire nollet pontificatu abrogarent:& Amedeum socerum suum Sabaudiæ Ducem:iam heremitam factum:pontificem crearent:qd & factū est. At uero piceninus & Mātuanus Marchio:lꝫ multa suscepissēt īcōmoda:statim resumptis uiribus ex tridentinis recedentes maximo impetu Veronam rediere: & eam illico cœpere. Franciscus autem Sfortia & Iacobus Antonius Marcellus Venetorum consul captā ab hostibus intelligentes Veronam eo propere cum omnibus copiis maturant:urbemque quatriduo captam post maxima cum utriusqꝫ cæde recuperarūt. Quæ res bene gesta initium futuræ fœlicitatis Venetis fuit. Vrgebantur & eo tunc Bergomum & Brixia intollerabili inedia. Vnde & Iacobus Antonius Marcellus uictis apud Veronam hostibus:statim citato cursu:licet omnia in itinera īterclusa & circūclusa forēt:p aspissimos colles & loca ēt feris inuia Brixiā uenit. Eamqꝫ ac Bergomum superato Vitelliano:obsidione liberauit. Et non solum prædictas Vrbes ea obsidione liberauit:Verum etiam æstate superatis ad Soncinum oppidum Philippi Ducibus:captisqꝫ eiusdē mille quingentis equitibus. Et quædam Brixiana castella mox recuperauit:& partem Cremonensis agri:Mantuaniqꝫ ac totam Abduæ generatam ī Venetorum potestatē breui Sfortia redegit. Amisit tum Mantuanus princeps Asulam Lonatum & pischeriam tria satis munita castella:Aberat tū piceninus:quando illæ clades philippo illatæ fuerunt:piceninus autem in Ethruria existens cum in Venetos mutatam fortunam audiret:omnium precibus fatigatus ad Philippum rediit: & ī Brixiano agro contra Sfortiam apud Cignanum uicum occurrit:hoc animo ut Francisco hosti pugnādi copiam faceret. Non detractauit Franciscus certamen:cumqꝫ ibidem aliquandiu pugnatū esset incerta uictoria discessum est. Franciscus tum exercitum suum circunferens aliqua oppida picenino abstulit:& in Venetorum potestatem contulit. Martinengum aūt agri Bergomensis Frāciscus profectus:quod piceninus firmo munierat præsidio:obsidione cingit & oppugnat. Quo audito piceninus aucto exercitu Francisco occurrit:& eum in maximo discrimine deduxit. Dum autē hæc agerentur præter omnium spem pax inter philippum & Franciscum sfortiā ignaro picenino enunciata est:itaqꝫ apud caprianam agri Mantuani:hæc pax hoc modo composita est:anno scilicet salutis nostræ.1442.ut Frāciscus Blāchamaria philippi Ducis unica filia in uxorem ducta:pōtremulū oppidum & Cremonam urbem cum eius agro:præter picigitonū oppidū munitissimum & castella quæ Mantuanus & pallauicinus de Cremonēsibus possiderer:utqꝫ illa prærerea q̄ philippus: & qui cum philippo sentiebant bello cœpissent:quæqꝫ item ueneti & eorum socii præter Asulam Lonatum & pischeriam quæ mantuani principis ante id bellum fuerant redirēt:utqꝫ qui huic sententiæ stare noluisset:cōmunis omnium hostis haberetur:& hæc de bello septēnii cōfectæ īter philippum Mediolani Ducem & ueneros prout audiui & legi ita breuiter conscripsi.

piceninus ī sacco exportatur — Amedeus iā heremita fit pontifex — Verona recupatꝰ — Brixia obsessa liberatꝰ — philippi exercitus superatur — Asula Lonatū & pischeria — pax īter Ducē & sfortiam — Blācha philippi filia

6632 1433 ¶ Cosmus medices florentinus nobilissimus ac potentissimus ciuis:immo florentinorum princeps & patriæ pater:qui superiori anno e florentia pulsus fuerat:hoc anno ī urbe reuocatus: gubernationem omnem reipu. suæ statim reformare fecit. Vnde & multos alterius aduersæ factionis in exilium egit. Qui cum prudentia & auctoritate plurimum ualeret:Senatum illum quo uoluit:sp impulit. Ciuitati prout uoluit iura dicēs: & inopes uiros plurimos ditans. Cuius tanta fuit diuitiaꝝ abūdātia:ut suo auxilio Frāciscus Sfortia mediolanēsium prīcipatum obtinuerit:& ppea noīatissimus in Tota Europa fuit. Hic tanquā p̄riæ pater florentiā lateritiā(ut ita dixerim)suo opere ac sua ingenti impensa & hortatu insignem & marmoreā fecit. Villas nōnullas magnificentissime ædificauit:in ecclesias ditissima dona cōtulit. Monasteria pmulta a fundamentis & florentiæ & alibi nitida erexit:parrochiæ suæ tēplū scō Laurētio dicatū: cū paꝝ sibi placeret ,prsus deiecit:& exīde structurā admitādi opis suscitauit:quā impfectā postmodum Laurētius eius ex filio nepos uir illustris mirifice compleuit. ædes suas quāuis ornatissimas diu antea erexisset:amplius tū meditatus opus palatium & ingens ex quadratis lapidibus in insigni urbis loco adeo pulchrū & amplū construxit: ut ei alterū in tota urbe æquari non posset. Matrimonia insup ex argēto suo dotibus multa cōiunxit. Tanta nāqꝫ fuit huius cosmi & petri eius filii:atqꝫ Laurētii uiri quidem magnifici liberalitas &

huius magnæ fuerūt diuitiæ — Mōasteria erexit

Sūmam pecuniarū i ædificiis commēorat

munificētia ut in extruēdis solū tēplis & monasteriis tā mulierū quā uiroꝝ: & florētiæ & alibi ad sūmam trecētorū mille florenoꝝ auri ascēderet. Deniq̧ hic tantus uir memoratu dignissimus: cū annis multis uixisset: petro filio unico post se relicto: paternæ uirtutis æmulatore: ī anno dn̄i. 1464. calendas augusti in senectute bona defunctus est. Vir ualde industrius & priuatorum omnium italicorum ualde fœlicior. Quem petrus eius filius magna exequiarum pompa apud sanctum Laurētium a se conditum sepeliri fecit. Cum hoc titulo: Cosmus medices patriæ pater.

Titulus Cosmi

Rex xp̄ianus efficitur

Ecclesias erigit

Nonagenaria mulier parit

¶ Ferdinandus eius nōis primus hispaniæ ulterioris & citerioris seu Aragoniæ:& Siciliæ:ac Sardiniæ insularum Rex:Ioannis ulterioris hispaniæ Regis quondā filius:Rex qdē fide:ac sanctitate insigni memorandus:hoc anno:cū in supradictis regnis uigintiocto annis regnasset:apud Siciliā insulam uita decessit.Hic Elionoris petri regis filiæ filius fuit:& īfans castellæ(sic.n.filii Regū hispaniæ antequā regnent)appellant̄ apud ipsos:ita ut Regū filius:& frater:& Socer:ac tutor fuerit. Quia pater Ioannes ulterioris hispaniæ tantūmodo rex:cū decessisset Henricū:& hunc ferdinandū superstites dimisit filios.Quorū natu maior henricus patri succedens:parū superuixit:quinimmo in ipso suo iuuentutis flore decedens:Ioannē filiū puerulū dereliq̄t:cuius curam ipse henricus moriens huic dereliquit:atq; cōmisit:qui cura suscepta:ut erat uir optimus:puerulū uelut filiū semper habuit:& regni administrationē non segniter gessit:Sed statim contra Maurū granatæ regem bellū suscepit:& multis cum ꝓliis attriuit:eidemq; multis ereptis ciuitatibus:etiam ipsum regē filio tributariū fecit.Dum autem hæc agerentur:contigit Martinū iuniorē Petri Regis olim filium: ac Ioannis Siciliæ regis fratrē decessisse:nullo regnorꝫ hærede relicto:Quibus ita defunctis:regna ipsa magnis mōtibus iactari cæperūt.Cū multi prīcipes eorū iura sibi deberi regnū faterent̄:Petebat Ludouicus andagauensis Dux in primis regnū Aragonū successione iolantis uxoris suæ quæ Ioannis regis Petri filii filia erat:petebat & Iacobus urgelli comes iter principes regni nobilis : ac potens:qui fuit nepos alphonsi primi.Petebat quoq; & Federicus Comes lunæ Martini iunioris ex concubina filius id Siciliæ regnū:petebat & deniq; iste Ferdinandus rex:in quem multi ꝓceres quod infans esset:& propter potentiam:& regis tutelam procliuiores erant:quodq; Petri Regis ex Elionora filia nepos esset.Cū āt his in motibus res uersarent̄:multæ ciuitates Regū mœtu solutæ mīta mala facer̄ cæpe: pro q̄bus malis cōmoti Regnorū ꝓceres ꝯsiliū de eligēdo Rege inierūt. Et quoniā hispaniæ Regnū uniuersum in tres ordines tripartitum erat.s. Procerum:sacerdotum: & plebis:ex his membris magistratus eligentium assumptus est.Quod post multas disceptatiōes cum uiderent omnes populos huic Regi ferdinando Regnum palam destinari. Ad comprimendas seditiones:Hunc ferdinandū tanquā nobiliorem & potentiorē apud Valentiam urbē anno a natiuitate domini nostri Iesu Christi.M.cccc.xii.ipse iudices Aragoniæ seu citerioris hispaniæ Regē declarauerunt. Quo declarato confestim totus occidens ad gratulandum legatos misit:& etiā Genuenses quammaxime:& cū eo in quinquenniū inducias pepigere:eo ꝙ cum cathelanis:q̄bus præfectus erat Rex:continua bella habuissent.Pacatisq; quammaxime in ualentia urbe uillaracutanis & cētullāis discordiis(nā ipe duæ familiæ erāt prīcipū factiōes)stati in pace ipse rex omnia possedit.Quamobrem & Barchinona ciuitas regno accessit.Factus hoc modo magnus ferdinandus:etiam eidem latius extendi regni cupiditas accessit.Et Ballearium insularum bello indicto mox illius principem deuicit:& regnum ipsius suo adiecit imperio.Deinde in Sardiniam mouens:illam breuibus præliis domuit:& sibi subiecit.Ac sic intra paucos dies trium Regnorum nobilium Ferdinandus hic uir quidem christiāissimus:potius sua bonitate & humanitate quam bello possessor extitit.In quibus quidem regnis:cum quanta iusticia:pietate:& clementia: ac sanctimonia uixerit.Vincentius sanctus ordinis prædicatorum suæ fidei & conscientiæ confessor:& pater fidelissimus:locupletissimus:extitit testis:Hic unicam filiam habens : illam Ioanni nepoti suo ulterioris hispaniæ regi:cuius tutor fuerat:in uxorem collocauit:& adultum in regnum suum confirmauit.Moriens deniq; hic ferdinandus:Mares quattuor post se reliquit filios:alphonsum: uidelicet primogenitum eius in regno & uirtute successorem:Ioannem lusitaniæ Regem : Henricū sancti Iacobi magistrum.& Petrum natu minimum. 1440 6638

Legati totius occidentis

Villaracutani cētulani balleares īsulæ sardinia

Alphonsus Ioannes henricus & petr⁹ filii

Federicus

FEdericus eius nominis tertius:Austriæ Dux : hoc anno Alberto defuncto: uigesimus septimus germanorum imperator creatus:imperauit annis.55.Hic etsi hoc anno Cæsar delectus fuit:tū scismate ꝓhibente usq; ad Nicolaū quintū:pontificē quintum destitit coronari:quo pontificante Eleonora portugalliæ regis filia:& alphonsi regis ex sorore nepte accepta uxore: una cum eadem anno salutis nostræ.i451.septimo idus Martii Romam ueniens maximo cum apparatu gaudioq; : a Nicolao pontifice(Benedictis primum nouis nuptiis)imperatoria corona donati sunt.Quo coronato:dum ad sanctū Ioānē in laterano ex more proficisceretur: 1440 6639

proficisceretur:nonnullos in hadriani ponte auratos creauit milites.Deinde cum noua uxore Roma abiens: neapolim uisendi alphōsi regis causa:maxima pompa summoq; apparatu:ab eo ēt exceptus est. Rursusq; Romā nauigio rediens:iter statim ī patriam arripuit:q̄ ītellexerat quosdā principes res nouas in germania & Hungaria moliri:ob absentiā regis ladislai egregii adolescentis:quē imperator secū adduxerat.Franciscus āt Sfortia:tum Mediolanēsiū Dux:hunc imperatorē per legatos ad coronam ferreā Mediolani suscipiendā(ut mos erat)inuitauit.Qui renuens Romā alio itinere ꝑfectus est.Rediens deinde ferrariam Borsiū estensem nobilissimū marchionem mutinæ & regii lepidi ciuitatū Ducē creauit:eo q̄ dictæ ciuitates imperii ditionis essent: ibidēq; etiam rediens Galeatiū francisci sfortiæ Ducis Mediolani filiū:tum adolescentē:cū ingenti apparatu obuium habuit.Cuius suaui oratiōe Cæsar allectus:illū auratū militem creauit:& a se collaudatum dimisit.Hic itaq; a principio suæ iuuentutis:christianæ religionis zelotes esse cœpit:& ideo nec dum.20.ætatis attigerat annū: Christi amore īcensus sancta loca Hierosolymitana īuisere uoluit.Factus & electus deinde Romanoꝝ Rex:statim multoꝝ opinione formidabilis esse cœpit:& magni ꝑcii princeps:sed paulopost eius cupiditas:& ignauia a principibus christianis cognita: q̄ scilicet semper uilibus īcumbebat:cōtēptui haberi cœptus est:unī & ī anno salutis nr̄æ.M.cccclxxi. christianoꝝ principū(ꝑpter turcoꝝ īcursiones)q̄rellis fatigatus:& excitatus:omnibus pricipibus christianis edixit: ut ad Rathisbonā germaniæ urbē:aut uenirent:aut oratores mitterēt cōsultores de bello contra Turcos suscipiendo. Ad franciæq; regem:& Burgundiæ ducē misit:qui dicerent: & imperarent ab armis eos discedere:sed pace coire:uenisse īquiens tempus:ut christianos gladios in turcorum non christianoꝝ uisceribus conuerti:id nisi cito fiat de christianis actum esse. Sed cum contemptui haberet̄ eius auctoritati paꝝ creditū fuit:nouissimis uero tēporibus cum inimicitias permaximas cū Matthia hungarorum rege gereret:multa eius bella in se concitauit:pro quibus multa damna & īcōmoda eidem ītulit & primariam imperii ciuitatem Viennam noīe abstulit.Quamobrem ipse senio cōfectus:præ timore cū īnumerabilibus thesauris coaceruatis ad loca tutiora ꝑfugit.Hic īter cæteros eius liberos ex uxore susceptos Maximilianū uiꝝ sapiētissimū: atq; humanissimū suscepit:quē ante obitū suū Romanoꝝ regē electū uidit.Fuit āt federicus iste a iuuētute sua albis in primis capillis planisq; statura plusquam mediocri:lato pectore:longo cultu:grauis incessu:pauci sermōis ac modici risus:cum pudore quodam ante faciem:fuitq; catholicus priceps:usq; in senium & cultor sobrietatis præcipuus:ac corpore stennuo atq; uegeto semper.

Borsiū ducem creat

Hyerosolimam iuit hic

¶ Albertus austriæ dux federici Cæsaris germanus:hoc anno fratre ad imperiū assumpto:in eius locū successit:& annis.22.regnauit.Hic autem princeps fratri Cæsari lōge dissimilis fuit. Quia sic in agendis rebus Cæsar tardus:& remissus habebatur:ita ecōtrario iste celer fuit.Cæsar uero erat ocii & pacis cupidus:at hic belli ac gloriæ appetens periculorūq; contēptor:audaxq;:& laboris patiens:ac manu & īgenio promptus.Federicum item tenacem omnes accusabant: & ad promissa minus attentū:hunc autem Albertū aiunt pecuniarū fuisse oīno effusorem:adeo ut īter opes pauper & in paupertate dicebatur diues:nullius rei quā famæ auarus:In isto autem pricipe multa iuerant:quæ laudare poterant:ut pote corpus egregium & speciem principe dignam:& ardentem satis religionis Zelum.Qui tandem moriens Sigismundum filium habuit successorem.

6640 1441 ¶ Austria horum præstantissimorū proceꝝ & principū prouīcia:olim pānonia superior dicebat̄: est nobilior Germaniæ ꝓuintia:quā Danubius permaximus Europæ fluuius mediā secat: & est inter hungariā:Bauariāq;:& Bohemiā atq; italiæ Alpes cōstituta.Cuius longitudo sex dietarū est: Latitudo uero triū tantūmodo.Terra ualde nobilis aq̄s irrigua:& uino quāmaxīe abūdās.Huius primaria & ꝑcipua ciuitas est Viēna nobilissima urbiū.In q̄ ē Gymnasiū ꝑpulchrū liberaliū artiū: & theologiæ ac iuris pōtificii:ad q̄d maximus studentiū ex hūgaria:& ex oī germania cōfluit. Cuius ciuitatis populus q̄nq̄ginta miliū cōmunicātiū credit̄.De hac supra li.12.pulchre dictum est.

Austriaq; hic describit

Vienna

¶ Nicolaus fortebrachius cognomento piceninus.Brachii superioris ex Sorore nepos. Vir certe claudus:sed īgenio rectus:ac manu uiribusq; fortissimus copiaꝝ Mediolanensiū dignissimus generalis imperator:hoc anno apud Mediolanū(dolore aī ut credit̄)diē obiuit:& īgenti q̄dē pōpa: in maximo urbis tēplo Philippi Ducis iussu impēsaq; celebri sepulchro sepultus fuit. Vir certe(ut dictū est)īuictissimus:ac semp uictoriosus:qui quoaduixit īgentia gessit belloꝝ facinora. Et prio q̄dē Lucā nobilē Ethruriæ urbē graui obsidione a Florentinis oppressam:eoꝝ exercitu turpiter ꝓfligato:non solū liberauit:sed & multa eoꝝ castella ui abstulit & lucensibus adiecit.Classemq; uenetam permaximā in pado flumine ad Cremonā terribili impetu disiecit. Quæ q̄dē classis a Venetis maximo:ac īcredibili prope sumptu fuerat cōparata.Ea.n.classis cōstabat Gallionibus maximis septem & triginta:triremibus āt:ac Biremibus aliisq; nauigiis centū. Erat q̄ppe ea classis repleta oī cōmeatu:armatisq; & Telis:tormētis quoq; atq; īnumerabilibus aliis diuitiis & rebus ad bellū necessariis: Crimignolæ ꝑterea īpetus retardauit:deinde ī eugeniū pontifi.a Philippo Duce & domino suo missus:tantū terroris eidē iniecit:ut Eugenius īcertus fuerit:quorsum salutē sibi q̄reret:postea a Philippo reuocatus:cū per Ethruriā transitū habere uellet:magno impetu & fragore in agro florentino descendit:& florentinis ipsis magnū terrorē:ac incōmodum non modicum incussit: populatis enim eius agris etiam ad urbis uestibula præcucurrit. Postmodum Brixiam

Classis Veneta quanta fuerit

urbē tam magno dilacerauit:& obsedit impetu:ut magnā murorū ipsius euerterit. Sed cū crebris tormentorum ictibus ipsam oppugnaret. Veronā per ꝓditionē intepestæ noctis silentio cū maximis equitū copiis optinuit:licet quarta die post ab Frācisco Sfortia ablata fuerit. Quibus ita gestis cum Franciscus Sfortia Martinēgū Bergomensiū oppidū obsideret:eo Nicolaus hic ueniens ipsū Franciscū eo discriminis redegit statu:ut neq3 eius gregarius miles ire pabulatū sine piculo:neq3 ī de abducere exercitū sine magno discrimine posset. Quā ob causam lacessitus Franciscus pacem cū Philippo suo bono pcussit. Fuerat āt Nicolaus hic a principio cū Francisco Sfortia:tum impatore pstantissimo q̄dā mirifica beniuolentia ac suauissima qdē germanitate cōiunctus:ut nō consilia mō cōmunia īter sese haberent:sed & mutuis pecuniis(cū opus esset)adiuuarent: sed duoru3 scribaꝝ delationes:& susuria discordiarū tātoꝝ uiroꝝ cā extitere:ꝑ qbus maxima bella postmodū inter ipsos gesta fuere. Tandē hic Nicolaus acerrimus ꝓpugnator cū didicisset Franciscū filiū suum in picentibus prope montem ulmum apud Bergomū a florētino exercitu fuisse profligatū: eo acerbissimo nuncio:tantam iram atq3 dolorē contraxit:ut intra paucos dies uita decesserit: qđ plæriq3 principes:maximeq3 Franciscus Sfortia cum eius obitum accepissent:præ nimio uiri illustris amore:tantum mœrorē doluerunt:ac si patrem carissimum amisissent. Reliquit autem post se hic Nicolaus Franciscum & Iacobum præstantissimos bellatores filios.

¶ Rauenna flamminea ciuitas.



¶ Rauenna uetustissima flāmineæ regionis in italia Ciuitas Ostrogotthorū Regū & postmodū Exatchatus sedes:hoc anno pridie calendas Martii suo fausto hoīe in mābus Venetorū pacifice deuenit:expulsis pollentesiis pricipibus:q eā annis cētū & qnquaginta possedetāt:hæc ipa ciuitas in anno salutis nostræ. M.cclxxxxii. pp discordias & ciuilia bella ruere cæpit: & q̄dā in miserā uāstationē deuenit: cuius cā fuit opulētia & ociū:surrexere īter ciues:tū duæ priariæ familiæ Trauersarioꝝ & pollentanorū factionum auctrices:quæ cū diu de principatu acriter cōtēdissent: Tandē pollentani superiores effecti. Ostasius qdā equestris ordinis eiusdē familiæ princeps uir ad omnē rem & facinus ꝓmptissimus:ipsa3 urbē iam miserabilē effectā occupare per tyrānidē nō dubitauit. Quā & pro suo arbitrio legibus 1441 6640

Genealogia prīcipū pollētanoꝝ solutis quoaduixit gubernauit. Eo autē mortuo successere in tyrānide Bernardinus Pādulphus: & Lābertus fratres eiusdem filii. Bernardino āt primogenito successit Guido. Guidoni alter Bernardinus:& Ostasius alter:qui genuit Oppizonē: Aldroandinū: Azonē: & Petrū. Oppizo uero gēuit. Ostasiū oīum nouissimū. Qui principes tenuere urbis huius principatū annis centū qnquaginta continuis. Verū cū ipsa ciuitas ob tyrānidē & ciuiū suoꝝ discordias ad nihilū q̄si deducta fuisset. Is Ostasius ultimus pńceps uir īsipiēs & excors atq3 oīno ī cōsideratus se & ciuitatē suam Venetis

Ia. Antoni⁹ marcellus cōmēdauit:at Veneti cōfestim Iacobū Antoniū Marcellū patritiū eq̄stris dignitatis uirū cū summa impii dignitate Rauennā miserūt:qui tā q̄ dictator ipi Ostasio principi & ciuitati consuleret: sed posteaq̄ ciuiū urbis corda & studia in beniuolētiā & deuotionē Senatus Veneti accēsa animaduertit:cōsuluit zenebriæ uxori suæ:deinde ipi ostasio ignauo pricipi una cū filio Venetias recreandi aī gratia petere. Ad quā cū accessisset & honorificētissime exceptus fuisset:paulopost ab senatu ipso:ipse cū uxore dilectissima:ac filio in cretam ppetuo exilio dānatus est:atq3 ita in eo oīs pollētanorū familia finē accepit. Ostasius primus ea in urbe primū principatū per tyrānidē occupauit:& ita quodā fato alter Ostasius eā amisisse uisus est. Ex eo nanq3 tēpore quo hæc ciuitas in manus Venetorū deuenit:plurimū eqdē eorū beneficio:tum opibus:tum nouis hominibus aucta ē: atq3 ædificiis innumerabilibus mirifice instaurata: Eu estigio nanq3 Veneti pro urbis tutella Arcē munitissimam & inexpugnabilē:ex latere cocto in ea erexere. Deinde uias omnes in ea per tēpora lateribus coctis sternere cæperūt. Eius aute3 ager pœne uniuersus cum incultus eēt: & loca q̄q3 sentibus & uepribus squalida essent:nunc reparata cultissimam telluris faciem præ se ferunt. Fœlicem igitur dicam Rauennam quæ tale nacta est imperium.

¶ Renatus rex neapolitanus ex francorum regum genere natus Ludouici andagauensis frater: quem scilicet Ioanna Regina iampridem in filium adoptauerat:contra Alphonsum regem: hoc anno cum in eodem regno sex annis regnasset ab alphonso superatus regno deiicitur. Qui pisas & genuēsiū nauibus deuectus statim florentiā petiit:auxiliū a florētinis impetraturus:ubi cum aliquot tempus immoratus fuisset:& nihil auxilii ad repetendū regnum sibi promitti animaduertit: abiecta eorum ac omnium italicorum spe: Marsiliam:unde ab initio uenerat:nauigio reuersus ē: ubi & reliquum quasi uitæ suæ tēpus in maxio ocio:pace:& qete atq3 sctimonia cōsumpsit. Fuerat nēpe Renatus hic dignissimus rex:sed bello psæpe īfœlix. Vir utiq3 iustus atq3 ī oībus tā aduer- 1442 6641

sis quam

sis quā ꝓsperis fortissimus:qppe q̄ nulla uitiorū labe unquā fuerat notatus: sed summa uirtute decoratus:corpore pulcherrimo:reiq̄ militaris scientia īsignitus:uirtutibusq̄ egregiis nemini cædēs: immo liberalitate q̄dā & humanitate ac religione reges cūctos antecedens:Quippe qui neapolī famelicam sua uigilantia suaq̄ solicitudine ab Alphonso duobus ferme annis acerrime obsessam piientissime cōseruauit:sed tandē ꝑualēte hoste & ꝑfidiis suis deficiētibus hostibus per cuniculum furtim intromissis oībus in tumultu maxīe existētibus:immo hostibus circa ipsum in foro conglobatis:ipse ꝑstātissimo & īfracto aīo:uiā ferre per medios hostes sibi apperuit:& e manibus hostiū intrepidus exiliuit.Atq̄ ita cū aliq̄bus principibus suis in arcem nouā ita ctus cōfugit.Quæ res cū Genuæ plata fuisset:genuenses euestigio:ne amicus rex pro quot tot & tāta pertulerāt incōmoda desertus uideref:duas onerarias naues armatas eidē misere:ad ipsum āt cū naues aduenissent:ibi dē antonio caluo genuēse arci ꝑfecto cōstituto:ipso Rex Renatus in Ethruriā uenit:at antonius ꝑfectus:ubi rex discessit:protinus alphonso arcē(nō modica pecunia recepta)consignauit.Dū autē Renatus neapolim ex gallia aduenisset:cōfestim Isabellā Reginā cordatā mulierē:coniugē dilectissimā amisit.De qua plurima clarissime & sanctissime a se gesta facinora in libro de claris mulieribus memoriā fecimus.Renatus āt in gallia cōstitutus post undecimū annū recuperādi regni sui ex more cupidus:cū Franciscus Sfortia:tum Mediolanensiū Dux:& florētinoꝝ respu.ad eam rem opes suas pollicerenf:cū duobus equitū milibus in anno salutis nostræ.1453.i Italiā ad ipsū

Isabella regina moritur

640 franciscū primū contra uenetos militantē peruenit:& per Brixianū agrū exercitū ductitans: receptis multis castellis magno terrori Venetis fuit:ita ut itra paucos mēses: Franciscus Sfortia q̄cūq̄ Veneti intra galliā cisalpinā:ꝑter Bergomū:Brixiā urbes & oppidum Cremā:iam diu possederāt: huius auxilio sibi uendicauerit:hyeme uero supueniēte:cū ad hyberna itū esset: renatus hic apud florentiā Ioanne filio relicto:male in eos & franciscū Sfortiā aiatus Marsiliā denuo rediit: ubi & reliquū uitæ suæ tēpus in oī sanctimonia primū deinde delegit suæ senectuti cōuenientissimā uitā uidelicet:honestissimū negociū & modestā uoluptatē:qd' tanquā Dioclitianus Augustus & plæriq̄ alii principes fecisse legimus.f.plantandi ortos:& conserendi arbores suis manibus:& in ordinē deducere:atq̄ piscinas fodere:atq̄ aues cantatrices suis in nemoribus innumerabiles q̄si enutrire:& alia huiusmodi multa facere:atq̄ ita in his plurimā mētis suæ q̄etē:& curarū remissionem & omnimodā certe naturalem delectationē suscipiebat.Dicebatq̄ plærisq̄ principibus : atq̄ aliis oratoribus ad eum accedētibus.Hoc unū esse genus uitæ solū naturæ hominū:usuiq̄ ꝑcipue accōmodatū:& a tēpestatibus huius insaniæ dominationis terrenæ:remotissimū in hoc igif uiuēdi genere:Renatus hic rex modestissime in finē usq̄ uixit:& uitæ suæ ītegritatē omnimodā seruauit.Et plenus dieꝝ in anno salutis nr̄æ.1480.de mēse Ianuarii uita functus ad ortos illos(ut augurari licet)ꝑueīt:q̄bus nec pluuia:nec æstus ullus nocere pōt.Relicto ī oībus bōis suis aloysio frācorū rege:maximeq̄ De iuribus regni parthonopei hærede. Testamentum autem suū litteris aureis exaratum dum adhuc superstes foret:idem Regi lugdunum existenti ipse mittere curauit.

Brixianū agrū accepit

Hic uitā dioclitiani d̄legit

Optimū regis huius documētum

641 1442 ¶ Alphonsus aragonū & siciliæ citra pharum inclitus rex ferdinādi optimi regis filius hoc anno (cum duobus annis paternū regnū tenuisset)Renato prædicto rege pulso : Neapolitanū regnum sua ingenti uirtute assecutus:regnauit annis.22.Hic autē rex cū ad id regnū consequendū : qd' sibi hæreditario iure obuenire dicebat:maximā ex tota hispania sibi ꝑparauit classem:cū qua in regnū mox formidabilis ītrauit:Cui apud cayetam urbē cū genuenses īgēti uirtute occurrissent : ipsum cū uniuersa eius classe:& duobus ipsius fratribus:atq̄ īnumerabili principū multitudine captiuarunt:atq̄ ita uinctū ad Philippū Mediolani Ducē ꝑduxerunt. Sed(ut prædictū est)cū aliquandiu apud eundē Ducē sub custodia seruatus fuisset:tādē multis ab eo donatus muneribus in regnū liber se cum suis recepit:at fortuna tanquā si suū errorē cognouisset:q̄ tantū Regi molesta fuisset in maternū affectū:& q̄ illi aduersissima fuerit:secūdissima deīceps facta ē.Bellū itaq̄ iā diu cæptū ꝓsequēs:tandē multo labore:& īpēsa post annū primū & uigesimū eiusdē belli cæpti fœlicissime ꝑfecit:& Renatū ꝑdictū toto regno adiecit:deīde uniuersum regnū ī potestate redacto:& extīctis in apulia oībus belli reliq̄is:atq̄ pacato ubiq̄ regno neapolī totius regni caput ī triūphātis modū exultante populo magnificētissimis apparatibus īgressus ē:deinde cū eugēio pōti.pacē fecit : atq̄ ferdinādo filio suo cui post mortē regnū destinebat:succēdi potestatē concedat.His aūt ex sententia cōfectis alphonsus rex ad reformandā imprimis regiā urbē animū adiecit : Vñ pluribus in locis supra quā dici aut excogitari posset:magnifice ac splēdide ædificauit.Regiā uidelicet arcē cuī nouo castro nomē est:a fundamentis ex lapide q̄drato mirifica certe structura.Reformauit & arcē sancti Saluatoris in Mari Ex ouo nūcupatā:cuius inexpugnabilis situs ad usum Regū redactus
641 est. Ampliauit & urbis portū cum altissima mole crassissimi muri:turribus munita.Exiccatisq̄ paludibus salubritatē nō modicā urbi dedit.Atq̄ alia ꝑmulta erexit ædificia. Fuit autē hic Rex gracili corpore uultu palido:sed læto:& oculis illustribus cū aq̄lino naso:crine nigro(ad īstar gotellanorum)ad aures usq̄ ꝓtenso:statura mediocri:cibi potusq̄ admodū tēperans:litteris per omnem ætatem operam dedit.Grammaticæ apprime eruditus:& historias omnes coluit: nec poetas aut oratores ignorauit.Erat sermone blandus tersusque . Summa illi cura ne quis ab eo tristis abiret. Fauebat religioni: unde & rem diuinam diligenter curabat:Sacerdotalia indumenta & altariū

Hic captꝰ a genuensibus fuit

Vigiti & eo āpliꝰ annis in bello fuit

Castellū nouum

Castellū oui

Portus ampliat

Corpus eius hic describit

Doctrinā eius recitat

De suppellectili — ornaméta ea parauit:qbus cóparari nulla alia queant.Domesticam suppelle¢tilẽ auream & argẽteã admirabilẽ & icredibilẽ cóparauit:Bibliothecã in oĩ facultate:& oĩ lingua pmaximã & eandẽ ornatissimã sibi acquisiuit:uestiebat se nitide magisquã pciose.In uenationibus magnã suæ uitæ partẽ consumpsit:in bello feruens & asper:& in pace clemens ac mitis: nec impune subditos delĩquere passus est:Regnũ qđ multis sæculis antea spelunca latronũ fuerat:adeo pacatũ securumq; reddidit:ut quacũq; iter habebat:nulla pdonũ trepidatio adesset : legatis oĩbus ad se uenientibus sumptus oppipare pbebat.Apostolicis uero si cardinales erant:obuiam extra urbem profectus q̃si patres honorabat.Magnus profecto princeps fuit Alphonsus hic & in utranq; fortunæ partem probatus.Obiens deniq; de mense iunii anni salutis.1458.ferdinandum ex concubina filiũ unicum in parthonopeo regno dimisit hæredem.In Aragoniæ autem regno Ioannes eius frater successit:reliquit itaq; hic Alphonsus rex cum super tria regna præfuisset tantas diuitias:quantas unq̃ ullus alius prædecessorum regum fecerit.

De Bibliotheca — Venationi multũ operam dabat — Diuitias eius mſtas commemorat

¶ Bernardinus ethruscus patria Senensis:ordinis diui Frãcisci professor & reformator:hoc anno uigesima die mẽsis Maii:postquã italiã omnẽ pdicando pagrasset:mortalis uitæ cursum tertio & sexagesimo uitæ suæ anno:apud aqlã Marsoꝝ urbẽ fœlicissime peregit:eoq; i loco sepultus:mox miraculis carere cœpit:pp qđ postea Nicolaus.5.põtifex:in anno salutis nostræ:1450.in sanctorũ confessorũ numero eũ ascripsit:fuit itaq; isto in hoĩe generosa ĩter Senẽses suos origo.Vbi cũ adolevisset post grãmaticalia erudiméta iuri pontificio edíscẽdo operã dedit:Sed cũ sepultis parentibus fallacia huius mũdi blãdiméta & inania eius esse ꝑmissa aĩaduerteret:diui Francisci religionẽ ingressus:traditã sibi regulã exactissime obseruauit.Declinans deinde maiores cõuentus eorũ ductor & magister effectus est:qui fratres obseruãtes appellant.Maximũ ei studiũ in edocendis populis fuit:qui cũ esset facundia copiosus:& doctrina satis isignis icredibili oĩum attentione audiebatur:& quasi alter Paulus electionis uas in admiratione ac reuerentia fuit semp habitus.Tres eũ ciuitates sibi in põtificẽ delegerunt:sed non fuit ei consilium;lingua quæ toti posset cõsulere:unã intra urbem concludere.Scripsit aũt hic diuus Bernardinus ad ædificationem fidelium qđã opuscula:quibus etiam ingenii sui uita ad posteros trãsmisit.E quibus extant.De contractibus lib.i.In apocalipsim lib.i.De Euangelio æterno lib.i.De christiana religione li.i.De passione domini li.i.Sermones de tempore & de sanctis multos.Et alia quædam. 1443 6642

¶ Ioannes uaynoda seu uniades:qui fuit Mathiæ regis pater:his tẽporibus bellicæ peritissimus existens:magnus & insignis:atq; illustris effulsit.Qui & natione ualachus haud altis natalibus ortũ habuit:sed ingenio dextro:& aĩo sublimi:ac uirtutũ oĩum plurimum amator existens:multa ac plurima cũ turcis secũda cõfecit ꝑlia:& ex hostiũ spoliis hungarorũ tẽpla ditauit:primusq; omniũ apud hungaros turcoꝝ acies & frangi & uinci posse monstrauit.Quibus ex rebus excitatus ulatislaus poloniæ rex:& ipse ꝑliũ cũ Amurate turcorũ principe cõmittere nõ dubitat:hic mortuo prædicto ulatislao qui se hungariæ regẽ noĩabat:pro latislao adolescẽtulo rege Alberti Cæsaris filio regni tutellam suscepit:& ꝓuinciã omnẽ tanquã rex in uirga ferrea gubernauit. Tandẽ turcis apud Albã oppidũ quod Belgradũ uulgo appellat:turpiter trucidatis atq; ꝓstratis:breui tẽpore supuixit:relictis post se duobus filiis uidelicet latislaũ natu maiorẽ:& Mathiã postea inclitũ regẽ.Feruntinter cætera de isto christianissimo principe:qđ cũ ægrotare cœpisset:noluisse omnino corpus dominicũ ad se deferri indignum arbitrans:ipsum serui domũ intrare:Sed iussisse sese ad templũ uehi:ubi eucharestia suscepta mox in Sacerdotum manus deo animam reddidisse. Fœlix spiritus : qui tantæ rei quanta gesta fuit apud Belgradum gesserat ad dominum emigrauit.

Valacus fuerit hic — Turcos superat — Vide magnã huius deuotionẽ

¶ Iacobus scociæ rex cũ in anglia apud henricũ regem captiuus diu stetisset : hoc anno dimissus cum uxore noua ex anglis suscepta:domum redire permissus est.Qui ut erat insipiens & quadratus homo statim reuersus:multos regulos gladio percussit:sed & ipse haud multo post a suis domesticis obtruncatus est.Quo mortuo eius filius Iacobus nomine sibi simillimus regnum suscepit.

¶ Vladislaus poloniæ Rex magni uladislai supioris filius:hoc anno i festo sancti Martini cũ uniuerso exercitu suo in bello turcorũ ꝓstratus fuit:iuuenis certe magni spiritus:q nõ suo iudicio: sed suorũ suasu ex pacifico regno in alienũ nõ ad pacẽ:sed ad bellũ:nõ ad opes acqrẽdas:sed ad mortẽ uel captiuitatẽ fuit tractus:hic ãt ille ladislaus fuit:q regnũ hũgariæ occupauerat: ac serenissimũ posthumũ latislaũ adhuc ifantulũ hũgariæ & Bohemiæ regẽ paterno:& auito impio spoliauit. Accesserat igit̃ hic iclytus iuuenis & Rex cũ plurimis hũgaris ualachis & Bulgaris atq; Rutbenis(ipso iuliano cardinale legato)in Rumaniam usq; bellãdo:ubi tot successus habuere:ut nõ lõge ab andrinopoli castra ponerẽt.Quod postquã Turcorũ principi inotuit:mox in Asia exercitu maximo collecto cũ quadraginta milibus pugnatorũ Mare traiecit: & cũ illo ẽt alio maiore exercitu christianos egressus est.Nec christiani magnanimes detractauere certamen:quod quidẽ tam atrox & asperũ fuit:ut raro ĩter mortales tale fuisse phibeatur.Diu & enim prælium anceps fuit: diuq; uiribus utrinq; paribus ẽ pugnatũ. Atq; dũ nostri pro Christo & illi ꝓ mahumeto ꝯtẽderẽt. Tãti acies utriusq; ptis aĩ fuere:ut cæsis ĩter utrũq; exercitũ circa.15.milibus ita uterq; pugna par esset. Demũ instaurato prælio ad extremũ turcorũ exercitus propter multitudinẽ superior euasit. Sũt qui dicãt nulla patrum memoria in tota Europa unquam tam cruentum bellum commissum fuisse: nec 1444 6643

Hic a turcis occiditur — Magnũ prælium christiãorũ & turcorum commemorat

pauciores

pauciores ex turcis q̃ ex christianis ea in pugna cecidisse retulerũt. Rumor fuit .80. milia hominũ cæsa fuisse: ex utraq; uidelicet parte: in ea ãt pugna etiã Iulianus cardinalis sancti Angeli ibidẽ ex parte eccesiæ romanæ legatus: uir certe eloquẽtissimus atq; prudẽtissimus cecidit: cũ eo etiã occisi fuerunt Agrigentinus & uaridinẽsis epi: atq; plurimi Barones: Ioannes ãt uayuoda transiluanus uir magnanimus ex eo ꝑlio cũ paucis icolumis aufugit: q paulo ante cũ decẽ milibus Bassam q̃n dã turcum cum uiginti milibus superauit: & ex ipsius duobus milibus interfectis & quattuor milibus captis maximum triumphum reportauit. Eo itaq; modo nobilissimus rex ulatislaus poloniæ uitam finiuit: nullis post se relictis liberis: cuius in regno successit cassimitus frater.

80. milia turchoꝝ occisa
Iulianus cardinalis occiditur & multi epi

6643 1444 ❡ Cassimirus prædicti ulatislai regis germanus: hoc anno in festo sancti Martini fratre ipso rege in turcorum bello obtrũcato. Dum lituaniæ ꝓuinciæ dux haberet̃ a polonis uocatus: & rogatus: regni dyadema ĩ craconia urbe regia suscepit: & annis . . regnauit. Est ãt ciuitas craconia bene ꝑ cæteris urbibus poloniæ ædificata: in qua liberaliũ artiũ schola floret. Cæteræ uero ciuitates ligneæ sunt: quarũ domus luto sunt cõpactæ. Estq; ipsa poloniæ ꝓuincia in Sarmatia: cuius regio uasta q dẽ est plana: & nemorosa: sed uiribus prorsus indigna. Fuit itaq; regnũ huiusce gẽtis ab initio in q̃t tuor partes diuisum: q̃s qdẽ partes rex per circulũ anni ambit. Et q̃libet pars tribus mensibus regeʒ pascit: sed si ultra ꝑdictũ tẽpus steterit: ex suo oportet uiuere. Idq; efficere necesse est: qđ prouincia auro & argento ĩdigna sit. Cassimirus igit̃ hic regno suscepto: haud multopost ẽt latislay regis Alberti Cæsaris filii sororẽ accepit uxorẽ: huic ĩter cætera multa aduersus fratres theutonicos qui sanctæ Mariæ appellant̃ quemadmodũ & patri olim bella fuere. De q̃bus plura mox dicemus: fuit itaq; ĩter reges cassimirus christianissimus uictoriosusq; : ac humanissimus & piẽtissimus: & litterarũ appetentissimus. Qui tandem moriens ulatislaum & Albertũ post se reliquit filios: ĩter quos postmodum de regno non minima fuit disceptatio: ut infra suo loco dicetur.

De craconia urbe dicit
Mox huius gẽtis circa regẽ suum

6643 1444 ❡ Federicus urbini & ugubii ciuitatũ in umbria princeps: postea a Sixto pontifice Romano earũ urbiũ ducatus titulo ĩsignitus: hoc anno earũdem ciuitatũ imperiũ suscepit: & annis .38. regnauit. Hic extra familiã illustrem ferretrensium natus est: quẽ imprimis rei militaris scientia: ac bonaruʒ litterarum eruditio cum incredibili prudentia plurimũ ornabant. Nam Guido Vrbini Comes huius putatiuus pater: cũ uxorẽ ex familia columnensiũ duxisset: & prolem ex ea uirilẽ non suscipet anxiari plurimũ cæpit: uidelicet quo nam pacto suũ imperium sua in gente prorogare posset: unde concilio accepto cõcubinã ex se prægnantẽ diuulgare cepit: exinde Bernardini cordensis agnati sui uiri ꝑclari filiũ tũc forte natũ supponi: ac ꝓ suo eũ enutriri fecit: quẽ Federicũ appellauit. Sed al tero cõiugio cõtracto cũ filiũ ex eo sustulisset: Odonẽ nũcupauit: in quẽ conuersa omnis cura: Federicũ litteris egregie imbutum ẽt militaribus disciplinis tradidit imbuendũ: in qua ad mortẽ usq; magnificentissime perseuerauit: qua in iuuenili ætate oculũ in militari ludo perdidit. Guidone aũt mortuo: odo ꝑdictus eius filius eidem successit: sed parũ regnauit: qđ in florenti ætate ad imperiũ assumptus: per omnẽ libidinẽ in Matronas nobiles mox debacchari cœpit: q cũ nec modũ suæ licentiæ facere didicisset: populari tumultu una cũ quodam prothonotario carpensi interfectus est. Quorũ cadauera in forum delata disiecta uirilia in ore mordicitus posuere. Odone itaq; hoc mõ defuncto Federicus hic Guidonis filius putatiuus a populo uocatus: urbinaciũ princeps & comes maxima cũ gloria factus est. Clarus nempe uir (& ut prædictũ est) castrẽsibus disciplinis apprime institutus. Cui nec in administrandis rebus bellicis consiliũ nec in capescendis periculis aĩus unq̃ defuit: nec uere factis quam fide clarior: quæ qdẽ multis in rebus perspicue potuit: his itaq; uirtutibus plurimũ illustratus Comes Federicus ab oĩbus Italiæ potentatibus principibusq; : ac summis pontificibus maximeq; ab Sixto pontifice maximo multis semp honoribus & beneficiis affectus & super oĩa ducali dignitate insignitus cũ ingenti gloria fuit: ꝑterea & si in gerendis bellis strẽnu᷒ semp habitus fuerit: Nihilominus christianæ religionis obseruantissimus pauperesq; & religiosos: ac doctos uiros semp amasse uulgatũ est: Vrbẽ ĩsuper urbinatẽ & tẽplis magnificentissimis ac Monasteriis plurimis: atq; aliis tum priuatis: tumq; publicis ædificiis & eisdẽ qdẽ superbissimis: & quã maxime bibliotheca admodũ q̃si philadelphi regis celeberrima: ipsam quoq; urbẽ suã & mœnib᷒ ac turribus crassissimis munitissimã fecit. Hic ãt quãtæ fuerit fidei & amoris etiã sua in iuuẽtute ꝑspicue aĩaduerti potest in Infortunio francisci Sfortiæ ab Eugenio põtifice ex marchia pulso. Defecerãt .n. uniuersi ẽt sanguine cõiũcti ab ipso Sfortia: sed unus dũtaxat federicus hic adolescens ĩuentus fuit: q a fidei sanctitate non decesserit. Cõfugerat etenim ipse .F. Sfortia a uigiti milibus pugnatorũ hostium ĩsecutus ad hunc federicũ: tanquã ad quandã opportunam stationem. Et federicus tum egregius adolescens dominatum omnem & uitam suam perdere quam pati: ut de fide sua quicquam unquam sinistrum opinaretur: Dux autem hic princeps Baptistam Alexandri sfortiæ pensauei principis uirginẽ eruditissimam ac pudicissimam adolescẽtulam: de cuius clarissimis præconiis in libro de claris Mulieribus tractatum cõfecimus: ex qua cũ puellas plures suscepisset: tandem Guidonem unicum suscepit filium: quo edito: in ipso suo puerperio ipa dilectissima spiritum exalauit. Cuius exequias splendidissimas post mensem ingenti pompa celebrare decernens: uniuersam ferme Italiam ad eius luctum attraxit: unde & ipsius gratia: atq; defuncta Baptistæ fama: & probitate plusq̃ q̃dringenti externorũ principum equi mutata ueste interfuere. Inter

Hic non fuit de familia pricipum
Guido fuit hui᷒ putatiu᷒ pater
Odo filius guidonis turpiter obtrũcatur
Dux efficitur
Bibliothecam pulchrã
Fidẽ frãcisco sfortiæ ostendit hic commemorat
Baptistæ huius uxor

Cāpāus epus — quos affuit & Ioan. Antonius campanus antistes qui nomine Sixti pontificis maximi orationē
funebrem habuit. Deniq̧ inclitus princeps Federicus apud Ferrariam exercituū Dux contra Ve
netos existens anno salutis nostræ.1482.9.mensis septembris plenus dierum uita excessit: dela-
tusq̧ urbini in sepulchris principum sepultus est.

¶ Georgius qdā Seruiæ dispotus: uir utiq̧ magnus: sed pessimus princeps: atq̧ hereticus: qui nec 1444
christianam: nec Mahumetanam legē tenebat: superiori tempestate cū filiā Amurato turcorum
principi uxorem dedisset: ab ipso genero pulsus in hungariā cū uxore & liberis: ac suæ gentis Sa-
cerdotibus uenit: ubi & diu exulauit: q̄ audiens Ioannes uayuoda uir clarissimus: christianæ reli
Magnā huius ui ri īgrati tudinē recitat — gionis zelo cōmotus: mox sumptis haud magnis copiis uiriliter cū ipsis turcis cōflixit: & magnā
Seruiæ partē amissam ingenti uirtute mox recuperauit: & Georgio isto īgratissimo restituit: mul-
taq̧ & sibi reseruauit: sed hoc anno cū idem uayuoda de prælio uarinensi in seruiam fugeret: ab
isto pessimo homine interceptus est: captusq̧ in uincula tanq̄ hostis coniectus est: nec prius illū
dimittere uoluit: q̄ Oppida sua iam pridem redēpta restituere. Nec multo postea cum Turci cō-
stantinopolim euicissent: atq̧ in seruiam exercitum ducere minarent̄: in hungariā secundo auxi-
liū petiturus transiuit: & in Austriā usq̧ peruenit ubi & latislaum regem adolescētē adiit. Erat tūc
grandæuus utpote nonaginta annoꝝ senex ueneratione dignus: si recta de religiōe christiana sen
Io. cape stranus — sisset. Nam ut aiunt maxima sermonis auctoritas & corporis maiestas. Hūc ferunt Ioā. capestra-
nū egregium declamatorē adiuisse: & q̄ Romana credit & docet ecclesia eidē exposuisse: & erro
res suæ gētis relinquere magnopere exhortatum fuisse. Cui tandem hoc dedit responsum. Annis
iam nonaginta in hāc quā a patribus meis inhibi legem: quāobrem mallē laqueo uitā me finire:
quā eorum traditiones mutare. Reuersus deniq̧ in Seruiā Georgius: cū accepisset Michaelē zila-
Vide crudelēq̧ hoīeq̧ lazarus & gregori⁹ filii — gi qui tum albæ cū præsidio præerat: atq̧ latislaum eius fratrē urbē cum quadrigis exiuisse: milites
misit qui eos uel comprahenderent uel occiderent: unde solum latislaum apprahendentes illum
in frustra descerpserunt: sed non impune cessit id pessimo homini. Quia paucis post diebus: cum
iuxta Danubium iter faceret: a Michaele zilagi cum armis aggressus: duos dexteræ manus suæ di
gitos amputatos: dum cruor sisti non posset: uitam miseram pessimus homo exalauit. Lazaro &
Gregorio filiis post se relictis. Inter quos non parua de hæreditate cōtētio semper fuit.

¶ Ludouicus gonzaga secūdus Mātuanorū Marchio: hoc anno Ioanne Francisco patre defun- 1445
cto eidem in principatu succedens: regnauit annis.33. Vir iter principes sui sæculi famæ nō medio
cris: litteris eruditus: & rebus militaribus a primæuo suæ iuuentutis exercitatus. Exactis enim suæ
adolescentiæ annis: sub Philippo Mediolanensiū Duce cū Nicolao picenino militare cæpit. Post
modū īteger factus: cum Francisco Sfortia socialia bella gessit: q̄obrem magnū momentū rebus
Contrā Arogā nes hic militat̄ — Francisci accessit. Nā sæpe hostiles acies perfregit: sæpeq̧ ꝓfligauit. Maxime in Aragonis multas
terras gentesq̧ expugnauit: pp qd̄: & apud multos: Turcus cognomēto dictus fuit. Et ideo eā ob
militiæ disciplinā: ab oībus italiæ potentatibus desideratissimus fuit. Eo maxime: qd̄ ꝓmissi adeo
fidelissimus inueniebat̄: ut nullis promissis: uel muneribus: nullisq̧ ꝓcibus: aut terroribus a ꝓmis-
sa fide quomodo distrahi poterat. Et ꝓpterea Philippus Mediolanensum Dux ipsum filiū Frācis-
cus Sfortia fratrem: ac deniq̧ Galeatius ipsum patrē appellare cōsueuerat: cuius tanta erat digni-
tas: ut non solū Mātuani regni princeps: sed ēt totius insubriæ iustus arbiter fuerit appellatus. Et li
cet semper inuictissimus imperator extiterit: cōtinentissime tū iustissimeq̧: ac etiam prudentissi-
me: nō solū regnū Mantuanū: sed & reliqua quæq̧ administrabat. Religiosissime quoq̧ adeo ui-
xit: ut ēt oīa sua in urbe monasteria & sacerdotū loca obseruantiū repleuerit. Hic cū Carolo ger-
mano suo fortissimo uiro: dum esset ætate floridus durū habuit bellū: adeo ut una dieꝝ uterq̧ in
acie cū multo exercitu congregauit: ambo & aīs & uiribus ꝓstantes: de Imperio: de gloria: ac de
uita: summis uiribus cōtēdere tēptauerint. Verū hic Ludouicus superior effectus: cæsis plurimis
germani ducibus: ipsum Carolū patria extorrem fecit: qui morbo cōfectus: uitā cū morte muta-
uit. Deniq̧ hīc post præclara multa facinora a se gesta in anno salutis nostræ.1478.de mense iu-
nii sexto & sexagesimo uitæ suæ anno: leui genere mortis: apud Mantuā obiit. Filiis qnq̧ ex Bar
bara uxore pudicissima sapientissimaq̧ susceptis post se relictis. Federico primogenito successor:
Francisco sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinale. Ioanne Francisco Rodulpho nuper a Carolo frā
corū rege ī cōflictu parmēsi obtrūcato: & Ludouico nūc dignissimo urbis episcopo solo sup̄stite.

¶ Carolus āt ip̄e hui⁹ Marchiōis frater: de quo nūc extitit sermo: uasto fuit corpore ac forma pæ
ne gigātea: uiribusq̧ quæ magnitudine respōdebāt: Hic ī primis dicēdi copia fuit clarus: & litteris
græcis ac latinis īstructus: & aīo ī cōstanti & ingenio ad oē facinus: siue hōestū siue nephariū per-
apto. Cui inter cætera nō parua spes fuit Mediolana libertate oppressa: urbis dominium arripere:
Quā ob rem ab Frācisco sfortia duce Mediolani facto: in carcerē coniectus est: sed a Ludouico
prædicto fratre sub fideiussione liberatus fuit: qui cū nec suæ ꝓmissionis satisfacere nollet: ab ipso
Lābertāi ex bono nia ex pellunt̄ — fratre suo fideiussore: omnibus suis castellis qui in agro Mantuano tenebat: priuatus fuit. Quam
ob rem Carolus hic multas uastationes & damna in agro mantuano fecit.

¶ Baptista Canetellus & Hanibal Bentiuolus nobiles factionum Bononiensiū principes ambo 1445
certe sanguinarii: hoc anno cū lābertam factionem nō sine magna cæde e Bononia expulissent
ipsi duo

ipsi duo de cōi consilio urbē regere cōuenerunt. Qui licet cōpaternitatis sacramēto sese iūxissent: Vide p-
nihil tamen meliores: immo deteriores esse uoluerunt. Nā Hanibal dū leuato de sacro fonte Bap ditoriā
tistæ filio uisurus puerperam: una dieq; cōpatrē sequit: eiq; manu apphensa pro nouo filio cōgra cōpater
tulat. Mira res: confestim ab irruentibus ex īprouiso Baptistæ ꝑditoris satellitibus. Hannibal ipse nitatem
obtruncat: ut manifeste apparuerit: baptismi sacramentū non tam fœderis retinendi: quā cædis Vide
portandæ cā: a Baptista q̄situm fuisse. Sed non iulta Hānibalis mors fuit. Nā qui partes eius seque magnā
bant: sumptis paulopost armis fugatis tandē aduersariis: plateam obtinuere. Baptista tandem in uidictā
dicio puerili in specu quodā subterraneo cū plærisq; suis cōplicibus latitans repertus: fumo exire cruorē
cōpulsus est: moxq; plurimis uulneribus confossus miseram exalauit animā: & ea quā mēsuit mē eius mul
surā eidē restituta ē. Sic nāq; a pricipio dn̄us dixit. Si qs humanū sanguinē effuderit: & suus effun ti bibūt
di necesse est: cadauer uero ipsius Baptistæ in foro tractū: & diu ludibrio habitū: cum pleriq; more
ferarū cor eius dentibus lacerassent: cruoremq; bibere non horruissent: tandem exustum fuit.

❡ Xanthus autem Bentiuolus herculis (hannibalis ꝑdicti occisi pater) extra matrimonium filius: his turbulentissimis tēporibus apud florentiā lanificio uitā pauperē ducebat: cū satis ignarus quo ex patre natus fuisset: hunc a Bononiensibus (Baptista & Hānibale prædictis eo modo obtruncatis) euestigio uocatus in patriā quasi inuitus rediit. Et ex lanifice imprimis Ioanni paruulo Hani- Lanifex
balis filio tutorem & rei publicæ Bononiensis principatū tradiderūt: cuius certe: ea in rebus aduer hic erat
sis fortitudo eaq; in secūdis moderatio: qua hactenus ostensa est: ut herculis filiū pro certo omnes eū existimarent. Qui inter cætera cū exules aliquando per ꝑditionē nocte quadā urbē intrassent: ac excitato rumore: quasi uictores exultassent: haud quāquā aīo destitutus: amicis excitatis: correptis armis: in eos animose ꝓsiliit. Nec mora ex eis plurimis cæsis: uiriliter ex ciuitate deturbauit. In huiusmodi āt pricipatu cum ad annū salutis. 1453. usq; īnocēter stetisset: die prima mēsis octobris Bononiæ ciuitatis mo ritur: cui successit prædictus Ioannes Hānibalis Bentiuoli filius.

❡ Henricus angliæ rex: uir ingentis animi: atq; potētiæ princeps: hac tēpestate postquā regnū francorū diu debellasset: illudq; pro maiori pte in suā potestatē redegisset: ocii: & solitudinis iā cupidus alieno magis quā suo Iudicio id regnū gubernare cæpit. Vnde & ducis Suffolti consilio plurimū confisus eidē ferme uices suas omnes cōmisit. Qui leges pro suo arbitratu & populis & principibus dicere cæpit: Sed eā ob rem cū res anglica apud anglicos minuere cæpisset. Dux oboracensis multis coactis copiis multisq; stipatus baronibus londinas accessit: regis & Regni saluti consultu-
rus: quo audito eius aduentum non expectauit Suffoltus: sed nauigio statim correpto salutem fu- Suffolt⁹
ga consuluit: sed destinatam mortem quis effugiet. Missi per compendia itinerum qui eum com- Dux oc-
præhenderent: cursum eius peruenere: cumq; mox interceptum: in prora nauis qua uehebatur ob ciditur
truncauerunt. Dux quoq; Somerseti: qui potēs apud regem credebatur captus & in carcerē coniectus: haud multo post cum multis nobilibus interfectus est.

❡ Hasthor manfredus fauentiæ urbis in flamminea italiæ regiōe positæ princeps: hoc anno gui done Antonio eius fratre defuncto (cuius multa in rebus bellicis clara facinora referunt) idem in principatu fauentiæ & Imolæ successit: sed quantū superuixerit ignorat. Et ipse in armis: atq; aliis rebus longe lateq; cognitus. Qui inter cætera aliquando florentinis cōtra regē alphonsum militās
contra ipsum ꝑclara gessit facinora: propter quod rex ipse cum de pace totius Italiæ apud Neapo Muros
lim ageretur: istius iniuriæ memor: eum extra cōmunē pacē cum Sigismūdo malaresta eē uoluit. urbis &
Hic fauentiam urbē suam muro præualido cum aggeribus & fossis profundissimis munitissimā alia mul
fecit: pallaciūq; suum mirifice exornauit: duos filios post se reliquit: uidelicet Carolum natu maio ta extru-
rem: & galleotum qui ambo eidem in principatu successere: tresq; filias: quarum una suo infœli- xit
cissimo fato Ostasio pollentesio Rauennæ principi nupta fuit: & nuper ī creta perpetuo exilio cū filios ei⁹
marito damnata: duæ uero aliæ: primo & Checho fratribus ordelaphis in coniugio traditæ. comme
6644 1445 ❡ Constantinus paleologus ultimus græcorum christianorum in oriēte imperator: hoc anno Io morat
anne eius fratre Imperatore sine liberis defuncto: eidem in imperium succedens: imperauit annis 8. Vir sane ingentis animi atq; potentiæ princeps: qui cum primum peloponnensis insulæ haberetur rex: sæpius cum turcis confligens: maximam reportabat gloriam: atq; suos fines exiens hostiū
agros populare non extimuit. Cuius rei causa Draconis cognomentum affecutus est: & maximū Draco
suæ uirtutis triumphum reportauit. Sed postmodum heraclea oppido munitissimo ab Amurato cogno-
principe sibi adepto: & muro qui græcos a turcis illæsos seruabat demolito: adeo illi pristina cū uir minatus
tus decidit: ut & gestorum præteritorum oīno īmemor: nullū deinceps clarū facinus agere uide- est
re uisus sit. Quapropter timore perculsus Amurato ipsi turcoꝝ principi se tributarium ac uectigalē fecit: amurato deinde mortuo: mahumetus eius filius tributo non cōtētus: nisi ei ēt & imperiū oē & urbē toto orbe noīatissimā atq; uitā adimeret: nā suscepto patris imperio mox explorata ciuitate eā cū innumerabili exercitu p sex: & qnquaginta dies indefinēter terra mariq; obsidēs & expugnās: tandem eo in cōflictu a ieniseris obtruncato cū caput suū hasta suffixū per castra turcorū
ludibrio delatū fuisset: consternata uniuersa ciuitas & græcis uiribus omnino destitutis urbē dese- Ianiserū
ruere. Vnde turci ītrogressi mortalibus pœne innumerabilibus obtruncatis: urbē omnem depræ- hūc iter-
dauere: duos hic filios e manibus hostium euasos post se reliqt: qui ad pōtificē Ro. illico uenietes fecerunt

Vbertinus poscullus poeta Brixian9

cũ ingenti pietate excepti sunt.Huius autem imperatoris & prædecessoris gesta & Imperii amissio
nem:ubertinus posculłus ciuis brixianus uir in græca latinaq; lingua non mediocriter eruditus cũ
ex eorum prada liber inuasisset:romam ueniens pulcherrimo uersu descripsit.

Io.papa 22.uoluit hũc canonizaṙ

Auctor opis se excusat in huius laude

¶ Nicolaus tollentinas ordinis eremitaꝝ diui Augustini:qui uidelicet in anno salutis nřæ.1294. 1446
obierat:hoc anno frequẽtatissimis miraculis ꝑclarus ab Eugenio pontifice toto astante populo ro
ma.omniũq; cardinaliũ cætu cũ maxima põpa in sanctoꝝ cõfessoꝝ numero aggregaṫ:uoluerat
nihilominus Ioannes uigesimussecundus põti.q de eius sanctitate præcipuã habuerat noticiã hũc
ei honorem impartiri:sed multis belloꝝ atq; Scismatũ perturbationibus & turbinibus uexatus:ac
etiam morte præuentus:id hanc ad usq; diem(diuino:ut arbitror:agente cõsilio)ad maiorẽ ipsius
sanctissimi confessoris gloriã delatũ est.Et qa huius sanctissimi uiri(ut certo expimẽto didici)mul
ta fuerũt excellẽtia facta.Ac illustres certe in oĩ sanctitatis genere uirtutes:q̃s rite honesteq;.Ac re
cta cõscientia uulgari:Et enarrari possunt.Iccirco si ꝑter morẽ suscepti operis longius in eius de-
scribenda uita me habebo:magnitudini rerũ non meæ specialitati ascribẽdũ erit.Neq; meæ reli-
gionis eo inextollendo cæcus amor me fallere potest:quia quẽ uniuersa Christi ecclesia tãtis cele
bat præconiis:non potest nõ clarissimus esse.Igiṫ hic Nicolaus ex piceno oppido qđ sancti ange
li nuncupaṫ:sub Firmana ciuitate mediocribus parentibus natus prius se deo dedicauit:quã deũ
per ætatẽ cognoscere licuit.Aliquãtulũq; adultus factus:corpus & animam Christo domino nřo
imprimis consecrauit:quem in altaris sacrificio oblatũ:paruuli specie sæpius contẽplatus:ab eodẽ
archana nõnulla cælestis aulæ audire ꝓmeruit:quæ lingua humana minime dici possunt.In ado
lescentiæ itaq; primordiis:mundo renunciãs:ordinẽ eremitarum beati Augustini complexus est.
Moxq; religiosus factus:corpusculũ suum ab ipso suo religionis ingressu multis ieiuniis:uigiliis:

Pœnitẽtiã huius commemorat & alia gesta

De sermone suo

De abstinẽtia sua

De temptatione cũ dyabolo de ordine uitæ suæ

De prophetia

De eius miraculis

uerberibus:aliisq; suppliciis uehementer afflixit.Mõdanas quoq;:& carnales delicias a se omnes
prorsus abdicauit.Orationiue ac contemplationi totum se dedit.Humillima quæq; insuper reli-
gionis exercitia libentissime exercuit:nil magis optans q̃ humilis & uilis atq; abiectus haberi.Oĩs
eius sermo:aut ratus:aut cũ opus erat:de moribus:de pietate:de religione:de contẽptu mũdi:uel
de amore dei:proximiq;:ac de cælesti patria semper fuit.Nullũ uerbum ex eo ociosum:sed san-
ctũ omen semper erat.Summa insuper huius uiri abstinentia fuit:& mirabilis uitæ austeritas:Nã
carnes:uinũ:oua:lacticinia:pisces:pulmentariaq; omnia abiecit:pane solo:aquaq; cõtẽtus.Cili-
cio uero:circuloq; ferreo:subtrito laceratoq; uestimẽto:seu habitu utebaṫ:quibus carnem suã plu
rimum macerabat.Dura & aspera strata semp elegit:in quibus iacens breuissimũ somnũ capie-
bat.Spinosis præterea cordulis:& ferreis disciplinis carnẽ suã macerabat:Dyabolicas etiam tem-
ptationes pertulit multas:cũ qbus ẽt q̃ frequẽter luctabatur:a qbus ẽt multis uerberibus afficieba
tur.Nec ꝓpterea tãtis laboribus tãtisq; uexationibus:unquã uel in modico a ꝓposito sancto desti
tit:nec charitatis seu obediẽtiæ opera prætermisit.Omne.n.tẽpus eius:aut uigilando:aut legendo:
aut orando:aut contemplando:aut secretas cõfessiones audiendo:uel ĩfirmos uisitando contri-
uit:peccatores arguebat:quos & dulcibus uerbis ad pœnitentiã reuocabat:ꝑceptaq; salutis inces-
santer omnibus dabat.In eo quoq; prophetiæ spiritus fuit:& multa ante prædixit q̃ fierent.Ad eũ
multi languentes:nonnulliq; malignis uexati spiritibus ducti:curati sunt.Sed posteaquã hic san-
ctissimus uir cælo receptus est.Orationes & supplicantiũ uota a quibuscũq; oblatas benignus au
diuit.Vnde & infiniti prope modũ qui diuersis egritudinibus detinebanṫ:cum eius patrocinium
opemq; expeterent:ad sanitatis beneficium mox reuertebatur.Ea propter in toto mundo eius no
men cum multa celebritate receptum est:uotaq; plurima quottidie fiunt.Et adeo nunc frequen-
tissimis miraculis decoratur:ut post apostolorum tempora rarus inuentus sit sanctus eidem com
parandus.Et licet aliis atq; aliis miraculis claruerit:hoc præstantissimum uulgatissimumq; omni-

Oratio ĩ eius canonizatione

um miraculorum fuisse unum existimo:quod post eius canonizationem:cõfestim ecclesiæ Ro.
iamdiu scismatum perturbationibus uexatæ:eius meritis & intercessione erroribus omnibus eli-
minatis pax summa(præter spem)confestim reddita sit:quæ usq; in præsens maiorem in moduꝫ
perseuerat.Ea propter gloriosus ille pontifex Eugenius cum innumerabili gaudio eum in sancto
rum numero contulisset.Hanc illi ꝑpulchrã celebremq; decantauit orationem dicens.Concede
quæsumus omnipotens deus:ut ecclesia tua quæ in fine sæculorum ineffabili ꝓuidentia beati Ni
colai confessoris tui uirtutum:& miraculorum magnitudine corruscat:ipsius meritis:& ĩtercessio
ne:eliminatis erroribus perpetua pace:ac unitate lætetur.Per dominum nostrum & cætera.Hæc
de isto sancto Nicolao:nõ quod uolui:sed qđ potui in eius laude:hoc in uolumine dicta sufficiãt.
Non quod ille meis:aut cuiuscũq; indigeat alterius laude:ac non delectari opiner:sed ad ꝓfectus
nostri gratia:cũ illius persæpe indigeamus ĩtercessione.Et quãmaxĩe ego:qui meritis huius san-

Auctor dicit se bñficiis huius sãcti fuisse liberatũ

stissimi:ac gloriosissimi cõfessoris multa:ac magna sæpenumero beneficia apud dominũ me cõ
secutũ manifesta fide depræhendi:& potissimũ in sæuissima peste:quæ Brixianã urbem in anno
domini.1478.inuaserat:de grauissima & pestifera febre eius ope & ĩtercessiõe me liberatum sen-
si:cũ prorsus nulla mihi salutis spes superesset.Quod si ante hac deuotionis ullum studium a me
debebaṫ:multo certe nunc amplius adhibẽdũ est:cuius ꝑcibus crebro etiam exptus sum plurimũ
in me ualuisse.Huius autem anniuersalis festiuitatis dies decima mẽsis septembris celebratur.

6646 1447 Nicolaus papa eius nõis quintus: natione Genuensis: patria Sarzanensis: Thomas antea uocatus: patre Bartholomeo chirugico humili familia natus: hoc anno Eugenio pontifici omnium suffragiis pontifex creatus: sedit annis. 8. Vir certe tanto principatu dignissimus & quã necessarius: omniũq; litterarũ scientissimus: ac uirorũ doctorũ obseruantissimus: quos undiq; perquisiuit: eos quoq; semper ubicũq; & pecunia & beneficiis mirifice iuuit. Qui cũ oĩum pœne uirtutũ ornatissimus haberet: & in dominũ hoĩesq; bñmeritus: uno & eodemq; anno: & episcopatus: & cardinalatus: ac pontificatus munus: maxima cũ omniũ pace & admiratione adeptus est. Qui cum pontificatũ inisset: præter omnium spem: oẽs mũdi principes cũ esset & consilio & uirtute illustris: in oĩbus habuit fauorabiles & obsequentes: Cuius rei causa & Fœlix pontifex pmotus animaduertens id a deo factum fuisse: e uestigio (ad tollendũ omne scisma) pontificatu se sponte abdicauit: & per oratores suos eum pontificem uerum salutauit. Quapropter Nicolaus hic uisa hominis humanitate: statim Galerum cardinalatus eidẽ soléniter transmisit: atq; Sabaudiæ & germaniæ totius eũ legatũ ex latere creauit: & quicquid in pontificatu sanciuerat: approbauit. Qua qdem concordia adeo non modo lætatus est populus Romanus: sed etiam totus mundus a tanta seditione liberatus. Nicolaus uero ne ingratus deo tãti beneficii uideret: supplicationes admodũ celebres cũ populo & clero habuit. Idem & oẽs Italiæ populi effecere: Ea igit̃ gratia & auctoritate pontificis populi: & principes permoti: ad bella iamdiu concitati: aliquãdiu substitere: Et Federicus iamdiu Romanorũ rex creatus: una cũ Leonora cõiuge noua pro corona accipienda: Romã concessit. Et ab ipso & coronã: & nuptiarum benedictioné accepit. Multa. n. hic gloriosus pontifex in urbe: & extra ædificia magnificẽtissime ædificauit: & quã maxime in uaticano pontificale palaciũ sumptuosissime etruxit: & murorũ ingentem molem ibidẽ inchoauit: quibus coerceri hostes possent: ne põtificis ædes diripere possent: Pantheon quoq; q̃ sancta Maria rotunda uocatur: plumbeo tecto restituit. Templũ etiam sancti Theodori a fundamentis erexit: ac sancti Stephani ecclesiã restituit: pontem miluiũ & urbis mœnia instaurauit: ac urbis uicos ubiq; ferme strauit. Habentur adhuc multa ipsius uasa aurea & argentea: necnon & cruces multæ gẽmis ornatæ: ac sacerdotalia uestimenta auro & argento intexta: quæ eius magnificẽtiam oĩbus ostendunt: librosq; perpulchros infinitæ multitudinis (cum adhuc imprimendi ars non prodidisset) exscribere fecit. Huic autem plures: quam ulli mortalium dedicati fuerunt libri. Elemosynas in pauperes & uirgines erogauit: quod expers auaritiæ omnino esset. Gratus erga se meritos: iustitiæ: & pacis amator: atq; auctor & conseruator fuit: iubileum habuit permaximum quartum beatum Bernardinum canonizauit: & omnia prospera eidem successit. Tandem cũ captam a turcis Constantinopolim audiuisset: dolore animi: quo plurimum cruciabatur: modica febre sauciatus: diem clausit extremum: quem in beati Petri basilica sepelierunt: Cuius sepulchro: tale epitaphium inscriptum habetur.

Nicolaus papa 218.

Vide rẽ diuinã pter consuetudinem ducẽ sabaudiæ cardinalẽ & legatũ creat

supplicatiões p gratiis eius federicũ cũ uxor̃ coronat

edificia eius de libris ei⁹ dicit

S. Bernardinũ

Hic sita sunt quinti Nicolai antistitis ossa.
Aurea qui dederat sæcula roma tibi.
Consilio prudens: uirtute illustrior omni:
Excoluit doctos: doctior ipse uiros:
Abstulit errorem: quo scisma infecerat orbẽ
Restituit mores: mœnia templa domos.
Tum bernardino statuit sua sacra senensi.
Sancta Iubilei tempora dum celebrat.
Cinxit honore caput federici coniugis auro:
Res italas: icto fœdere composuit.
Attica romanæ: complura uolumina linguæ:
Prodidit en tumulo fundite thura sacro.

Eius celebrẽ memorãdãq; uitã Frãcis. philelphus tollẽtinas egregie cõposuit: ubi cũ miris laudibus extollit.

6646 1447 Pilippusmaria Mediolanensiũ dux: hoc anno decimo octauo calẽdas septẽbris apud Mediolanũ urbem suam toto orbe famosissimam sex & quinquaginta annorum ætatis existens: oculis captus sine ullo hærede uitam cum morte mutauit. Qui cum uita decessisset: funus nec tanto prĩcipe ductũ est: nec etiam sepulchri decus additum. Quia eius morte audita & cognita: populus in libertatem se se mox proclamauit. Ea propter: de exequiis eius haud multum cogitatum est. Erat hic (ut supra satis dictum est) princeps super omnes mortales sapientissimus: & ingenio peracri: & calido: & quietis: ac pacis impatiens: atq; imperandi summopere auidus in pace bellum & bello pacem quærens. In milites quam in ciues indulgentior: Raro in publicum pdiens. Erat in largiendo profusissimus: & in parcendo admodũ facilis: sed ad suspitiones adeo facilis: ut sæpe fidelissimos a se amicos leuissimis ex causis alienauerit. De morte oĩno nihil audire uolebat: & propterea tonitrua & fulgura maiorem ĩmodũ expauescebat. Erat propterea ingenti corpore & terribili facie. Hic Genuam sibi subiicerat: Bononiam. Imolam Foroiuliũ: e manibus tyrãnorum armis eripuerat: & ecclesiæ restituit. Suitenses ferocissimos populos armis compescuit. De florẽtinis: ac uenetis p suos duces sæpius triumphauit. Amedei Sabaudiæ ducis filiam matrimonio duxit: quã intactam uiduam dimisit. Alphonsum potentissimũ regẽ cũ duobus fratribus suis altero nauaræ rege: altero compostellano magno magistro: & infinitis prope Regulis nauali prælio captos & uinctos insolita usus liberalitate magnificẽtissime donatos libertati dimisit. Hunc itaq; talem: ac tãtũ principem fortunatũ omnibus circũquaq; hostibus formidabilem: quem omnes & honore & fauore dignum existimabant: ac quasi uerebantur: tandem in calamitate perductum: ab omnibus mutata fortuna tanquam odio dignum derelictus est.

Nulla in ei⁹ morte põpa

Mortẽ extimescebat

De eius acqsitione & bellis

Libertas Mediolanensium hic incipit.

¶ Philippo maria duce itaq; mortuo eodem anno quædam libertas apud Mediolanenses parū duratura cæpta est. Ipse enim innumerabilis pœne populus cognita sui Ducis morte: in libertatē quandam erectus .iz. uiros mox delegit: qui rempu. regerent. Et ut id perpetuitatis uim obtineret. Castrum iouis instar: regiæ excellentiæ ædificatum cæperunt: & ꝓtinus ad fundamētū usq; euerterunt. Testamentumq; ipsius sui ducis pœnitus dilaniauerunt. Veꝝ multi ac multi ad id dominiū aspirare cæperunt. Et inter cæteros Franciscus Sfortia coniugem suam blanchāmariā: q̄ Philippi demortui filia fuerat: hæreditatem paternam suscipere debere affirmabat. Sed ciuitas cum nullo pacto iugū cuiuscūq; principis acceptare decerneret: ut libera suis legibus dimitteret̄: poculū aureum imperatori obtulit: illudq; quot annis spopōdit offerre. Confestim tamē Philippi hæreditas dilaniari cæpta est: nā Veneti Placentiā urbē: Cremā: laudam occupauerunt: atq; alia ꝑmulta oppida: Sabaudiæ dux Valentiam inuasit: atq; alii & alii multas ciuitates. Res aūt pub. Mediolanensiū pœnes nobiles aliquādiu fuit: & eos maxime qui quondā philippi cōsilia direxere. Quorum prudentia: & consilio: ita ea res prospere ducebat̄: ut paruo tēpore imprimis tria milia gallorū equitū apud Alexandriam profligarent̄: & delerent̄. Et ueneti atq; florentini in unū contra eos conglobati apud Carauagiū claræ Aduæ nobile oppidū Francisco Sfortia eorū imperatore auctore superarentur: & eorū pæne copiæ profligarentur: pro quo Lauda ciuitas ab ipsis Venetis occupata: mox in dominorum suorū restituta est. Quibus gestis: cū Franciscus Sfortia a Mediolanensibus ad infestandā Brixiam missus fuisset: ibidē constitutus: animaduertens adesse tempus: quo pricipatum Mediolanense consequi opportune posset: clam cum Venetis fœdus iniit. Et iter cætera Senatus uenetus promisit: quoad usq; ipsum principatū consequeret̄: & pecuniis & armis eidem auxilio adesse. Qua re firmata: mox in Mediolanenses duxit. Et tam pertinaciter ipsum populum & urbē circunquaq; obsessionē Franciscus Sfortia continuauit: ut in ea quasi totum frumentū absumptū fuerit: nec quicquam edulii in ea remanserit: & iam canes & equi & cætera quæq; animalia immunda ab incolis manderent̄. Cumq; ultra multitudo tanta famē ferre nō posset: collectis in unū ciuibus: ad Franciscum legatos miserunt: qui eidem & principatū & urbem offerrēt. Qui mox ingressus urbis dominiū accepit. Et deinde multis interiectis diebus: denuo cum liberis & cōiuge reuersus ducalibus insignibus exornatus in triumphantis modū urbem intrauit. Et mox tantam frumenti abundantiam in urbe deuehi fecit: ut quæ prius annonæ carestiam habebat̄: postmodum tam uilis habita est: ut nec emptores inuenirentur: sicq; recreato famelico populo: maxima læticia confestim sit subsecuta: pacataq; urbe: franciscus euestigio arcem: quam furens populus: immo insanus prostrauerat: breui restituit: quam adeo excellentem refecit: ut ex mirabilibus septem mundi unum merito dici potest.

Iouis castrū euertunt — Hæreditas philippi dilaniatur — Vide populi libertati uictorias — Venetorū cōuētio cum sfortia — Carestiā mediolani ēcitat — Frācisc9 ciuitatez obtinet castellū iouis reedificat

¶ Solis defectio hoc anno quarto calendas septembris hora sexta facta est. Quo anno maxima: ac cruentissima multis in locis surrexere bella. In anglia etenim & in gallia: germāia: Flādria: Prussia: Panonia: Pollonia: Apulia: ac in uniuersa Italia (ut dictū est) ædes rapinæ: direptiones: incēdia: uastationes: & alia prope subsecuta sunt mala. Græcis uero Amurato turcorum principe mortuo: multo maiora subsecuta sunt damna: & sæuiora a Maumeto eius filio subsecuta sunt bella. Sequenti deinde biennio tanta ubiq; pestis lues: ut de multis pauci remanserint. Id etiam malum frequens terræmotus indicarunt. 1448 6647

¶ Franciscus itaq; sfortiæ filius Philippi mariæ ducis gener: Mediolano tandem hoc anno tertio calendas martii iure hæreditario non sine labore magno potitus: quartus Mediolanensiū dux efficitur: & una cum uxore Blanchamaria uiragine: ducauit annis .16. & mense uno: Vir in primis robustissimi corporis cum quadam mirabili mēbroꝝ cōpactione ad conueniētē & decoram ꝓportionem: cū quadā uultus dignitate: & maiestate: ut solo aspectu dignus uideretur imperio. Eratq; in dicendo acerrimus eloquentissimusq;: qui sua eloquentia: magnanimitate: fortitudine: liberalitate: atq; prudentia: & sapientia: ueteres quasi īperatores sine cōtrouersia superaret. Et in re militari adeo semp uictoriosissimus fuit: ut post Cæsarē par illi in tota Italia non inueniret̄. Hic namq; ab ipsa sua adolescentia cū Mutio attendulo sfortia cognominato patre suo fortissimo militare cæpit: atq; eidem mortuo in rebus bellicis adhuc adolescēs successit. Qui in ipsa sua iuuenili etiam ætate: quanta imprimis contra Branchiū supremū imperatorē: cōtraq; florentinos: uenetos: ac cōtra Eugenium pontificē: contra Mediolanenses: ligures quoq;: ac gallos transalpinos: cōtra dēiq; omnes italos obtinuerit uictorias: multis in locis clarissima extant trophea: quæ illū super æthera uehunt: & quæ clarissime gesserit in multorū poetarum: oratorūq; scriptis uersantur. Cuius ēt historiæ & poemata de suis operibus edita publice legunt̄. Ipse. n. suo sæculo orbē terruit. Italiā lacerauit: picenū cū tota prouincia: & Mediolanū cū toto regno sibi subiiciens: multos antiquorū in rebus strennue gestis superauit. Cūq; sæpenumero conflixerit (ut par est) nunq̄ sine honore discessit: nūq̄q; certauit: quin profligato uictoq; hoste: palmā retulerit. Eius autem sapientia: & īdustria guelphorum & gibellinorum factiones ex lōbardia: aut sopitæ: aut sublatæ sunt: eo ꝙ omnes tāq̄ optimus omnium pater: uno animo cōplexerit: Cuius exemplo multi potentatus ducti: itidē effecere. Hic itaq; Mediolanū igressus: ex īnestinis odiis: & seditionibus: ita destructū: uastatū: cēosūq; offendit

Corpus describit — Mutius huius pr̄ fuit — Victorias commemorat — Factiones sopiuit

offendit:ut nulla quasi tantæ ciuitatis facies ineſſet. Collapſum erat Iouis caſtrũ: deſerti uici: cenoſa uniuerſa ciuitas: & omniũ rerũ charitate laborabat. Eã ob rem artifices oẽs: aut pulſi: aut ſpõte ſua: ad exteras gentes neceſſitate cõpulſi ꝓfugerant. Quid plura nullũ (ut ita dixerim) urbanitatis: aut pietatis: aut religionis in toto regno cernebat̃ indicium. Sed clemẽtiſſimus princeps: q̃driẽnio poſt ſuorum ſubditoꝝ calamitate permotus: pacẽ cũ uenetis perutilẽ cõpoſuit. Et inſtaurãdas exornandaſq; ciuitates: componendoſue mores ſubditoꝝ ſuoꝝ animũ adiecit: ita ut breui conualeſcentes meliorẽ faciem præ ſe tulerint. Cuius exemplo permoti ueneti: ferrarienſes: florentini aliiq; italiæ principes: idipſum ſuis in urbibus effecere: Propter ꝙ non ſolũ dux: ſed & totius patriæ pater merito appellari potuit. Genuenſes autẽ inter ſe ſe diſſidentes: hoĩs bonitate permoti atq; allecti: urbem ſuam cũ uniuerſo ſuo regno eidem crediderunt. Ipſum.n. franchorũ rex: & Burgũdiæ: ac Sabaudiæ duces ac uniuerſa Italia tanq̃ patrẽ uenerabant̃: & tanq̃ omniũ patronũ uniuerſi excollebant. Edificauit autem magnificentiſſime: & Mediolani & alibi. In primis Iouis caſtellũ a fundamentis reſtituit: aliudq; in Lauda ciuitate maxima impenſa erexit. Hoſpitale magnificẽtiſſimum ſuperbiſſimũq; inſanis quaſi extructionibus in urbe fundauit. Templum maius iamdiu inchoatum: ſua opera maximũ accepit incrementum. Sacella nonnulla & monaſteria tam mulierum q̃ uirorũ ædificauit. Nauile permaximũ ex Addua fluuio in urbe cõduxit: & alia pœne innumerabilia beneficia urbi contulit. Qui & ſi cunctos principes & ſapientia & fœlicitate ſupaſſet in ſenectute tamen: ueluti alter Salomon ſapientiſſimus: mulieꝝ ardore deceptus: nimiũ ꝑuaricatus eſt. Id tamen in eo laudabile fuit: ꝙ licet in Veneream intemperantiam turpiter ageret: nullã uiolẽter aut in uitã ſibi ſubmitti paſſus unq̃ fuit. Tandẽ ſex poſt ſe relictis ex uxore maſculis: & famellis duabus anno ſalutis noſtræ. 1466. martio menſe mortuus eſt: anno ætatis ſuæ ſexto & ſexageſimo: funeratuſq; cum ingenti pompa in maximo urbis templo loco ſublimi & penſili.

De pace facta de ædificiis eius d ueneratiõe ſua ab oĩbus exhibita castelluʒ hoſpitale & alia ædificat nauile magnũ de ardoꝛ mulierũ de filiis eius atq; filiabus

649 1450 ¶ Terræmotus hoc anno in regno maxime neapolitano toto adeo grandis fuit: qualis nulla uiuẽtium memoria extitit. Ita ut multa regni oppida funditus corruerint: ĩter quæ Arrianum ita abſortum fuit: tanquam ſi mare eũ abſorbuiſſet: Caraq; ciuitas non abſq; inſigni ruina ſuperfuit: ubi circiter triginta hominũ milia inter cadentia tecta perierint: Neapolitanorum uero nobiliores ædes diſciſſæ diſiectæq; fuerunt. Neu templũ in ea urbe ſuperfuit: quod leſionem aliquam non ſenſerit. Verum paulopoſt ipſa ciuitas & cum diligentia ac regis Alphonſi liberalitate refecta fuit.

30. hoĩũ milia ex terremotu occiſa

649 1450 ¶ Iobyleus magnus hoc anno Romæ refertiſſimus fuit: maxima. ſ. hominũ frequentia. Quo tanta hominũ multitudo acceſſit quanta unquam antea acceſſerit. Vnde (ut aiunt) cũ e uaticano ſemel pontificis benedictione accepta peregrini ad urbẽ redirent: facta eſt cuiuſdã cardinalis mula obuiã: ita ut neq; uenientes neq; redeuntes obſequentiũ multitudinẽ cædere poſſent: cadente uno ſuper alio ſuper mulã illam a multitudine iam oppreſſam: ad ducenta hominũ corpora: & equos tres ſuffocata ſunt. Multi etiam a latere pontis in flumine cadentes: in undis periere. Multi eorum in ſancto cælſo haud longe a ponte ſepulti ſunt. Reliqui uero ĩ uaticano in campo ſancto. Eorum autem pecuniis: qui mortui fuerant. Duæ capellæ adhuc extantes ante pontem ædificatæ ſunt: põtifex autem eorum uices non mediocriter dolens totum fere annum illum in celebrationibus: & ſtationibus conſumpſit. Eo enim in Iobyleo pontificis prudentia & diligentia nulla ad uictus neceſſariæ tantæ multitudini unquam defuit.

Capellæ duæ extructæ

649 1450 ¶ Borſius Eſtenſis Marchio: poſtea primus Ferrariæ Dux: Leonelli Marchionis frater: Nicolaiq; Marchionis ex cõcubina filius: hoc anno Leonello germano defuncto in regnum ferrariæ ſuccedens: ducauit annis uno & uiginti: Vir certe ingenio diuino & moribus ſupra hominẽ: in quo nihil fucatũ: nihil ſubdolũ: nihilq; niſi magnificũ: aut excelſum: aut admirandũ erat. Cuius uerba ſapientiæ plena: opera uero grauiſſima: ac ſemper regia. Et ꝓpterea eidem oĩa ſemper fuerunt ſecũda atq; fauſta. Deus enim ipſe qui oĩa curat: & duplicat: eum quoaduixit in oĩbus comitari uiſus eſt. Vnde & uniuerſi totius orbis reges & principes ipſum tam quã ſimulachrũ oĩs uirtutis & laudis ſemper uenerabant̃. Ad hunc cũ Federicus Cæſar ſuo in principio regni acceſſiſſet: uiſa hoĩs celſitudine: & aĩ magnitudine illũ mutinæ: & rhegii lepidi ducẽ primo creauit. Deinde multis exactis annis. Romã accedens: a paulo pontifice Romano laute magnificeq; exceptus: etiã ferrariæ ab eodem ducatus titulo inſignitus eſt. Hic itaq; Borſius Leonello extra matrimoniũ nato ſucceſſit. Eorum aũt pater Nicolaus cũ hos & alios plurimos uariis ex ꝯcubinis genuiſſet filios: uxorẽq; propriam in adulterio depræhenſam una cũ dilectiſſimo filio ĩterfeciſſet: ſenio iã confectus aliaʒ uidelicet Rizardam Saluzianã duxit uxorẽ: ex qua duos tantũ ſuſcepit filios. Herculẽ uidelicet: & Sigiſmundũ extantes: quos moriẽs regni hæredes ſub Leonelli ꝑdicti filii ſui tutela reliqt. Sed leonellus patre defuncto cũ eſſet regnandi cupidus: ſpretis fratribus paruulis legiptime natis: eos neapolĩ relegauit: atq; ita regnũ oẽ occupauit. Cũq; & ip̃e Ludouici gõzagæ ſororẽ duxiſſet uxorẽ: ex ea unicum tãtũ noĩe Nicolaũ ſuſcepit filiũ. Quo nato: haud multo poſt & ipſe mortuus eſt: Nicolao filio paruulo: pp ætatẽ huic Borſio una cũ imperio credito: hac cõditione: ut cũ idẽ Nicolaus ad maturã ætatẽ deueniſſet: eidem principatũ reſtitueret. At Borſius principatu ſuſcepto: cũ eſſet: & conſcientia ac prudẽtia admodũ inſignis: confeſtim Herculẽ & Sigiſmũdũ a Leonello relegatos in regnũ reuocauit: & eos oẽs: ac ipſum Nicolaũ tanquã filios cariſſimos aluit: Adueniẽte de-

Magnificẽtiã hominis cõmemorat Federic⁹ cæſar hũc ducẽ facit Rizarda uxor Leonellus fratres legiꝑmos relegat

niq; huius incliti principis dormitione: & Hercules & Nicolaus ad paternũ aspirabant imperium. Hercules uidelicet ꝙ esset Borsio germanus: & patri legipti mus filius sibi regnũ deberi iure hæreditatis affirmabat. Nicolaus uero ea se ratione tuebat̃ ꝙ de Leonello natus esset: cui Borsius fidẽ dederat regnum sibi restituturũ. Sed hercules (ut erat animo & caliditate præstantior) uenetorum auxilio fretus: cui confestim biremes & fulcatas naues cum pugilibus transmiserant: nouam urbis Ferrariæ arcem occupat: & eius frater Sigismundus ueterem. At Nicolaus comperto: ꝙ hercules munitiones occupasset: ad Ludouicum auunculum: tum Mantuæ principem imprudenter nimium confugit: sicq; Hercules (Nicolao secluso) regnum obtinuit. Ad Borsiũ igit̃ rediens cuius innumeræ fuerunt laudes: & ingentia ꝑconia: Dico qđ tãto & multo maiore fuit dignus imperio. Si corporis pulchritudinẽ: fortitudinẽ: sapientiam: prudentiã: consilium: magnanimitatẽ: celsitudinẽ: munificentiam: iustitiã: liberalitatemq;: ac pietatem: & religionẽ: atq; plæraq; alia quæ in hoĩe reperiri possunt: inspicias. Erat præterea diuinarũ humanarumq; litterarũ egregie doctus: & eaȝ ob rem doctorũ uirorũ amãtissimus habebatur: & eos undecũq; haberi possent: suo in Gymnasio ad se conuocauit. Erat quoq; castus: pudicus: & in omni actione honestus: quæ res raro in principe ĩueniũtur. Diuinum cultum deuotissime excoluit: pontificem maximũ & reliquos ecclesiæ sanctæ prælatos ac religiosos omnes semp honorauit. Honorauitq; reliquos christianæ fidei principes a quibus etiã summe meruit honorari & diligi. Nulli uel magno uel paruo iniuriã unquã facere didicit: sed sorte contentus secundũ doctrinã apostolicũ oĩbus semper paceȝ habere uoluit: & ꝑpea a nullis aliqua molestia unquã lacessitus fuit. Fuit præterea iniuriaꝝ & maximarum immemor: immo iuxta Socratis philosophi documẽtũ: semper & amicis benefecit: & inimicos reddidit amicos: quod permultis argumentis compertũ est. Hic urbẽ suam ferrariensem miris ac ꝑclaris ædificiis tum publicis: tũq; priuatis quasi quẽdã paradisum fecit. Nã arcem nouã & curiã pulchrioribus ædificiis clariores reddidit. Et alia superbissima ædificia intus & extra per agrum ferrariensem admiratione digna construxit. Mœnia quoq; urbis pro maiori parte restituit: Monasterium insuper toto orbe terrarum celeberrimum ingenti impensa ordini carthusiensium a solo construxit: atq; alia plurima monasteria restituit. Deniq; cum de deo: deq; omnibus gentibus benemeritus fuisset anno regni sui. xi. in pace quieuit. Cuius corpus apud carthusiam a se ædificatam ingenti pompa delatum: humili loco illud sepeliri mandauit: nullis ex se relictis filiis.

De religiõe ei⁹ hic dicit atq; doctrina

Iniuriarũ i memor

Aedificia pluri ma ipsi⁹

carthusiæ mõasteriũ fecit

¶ Mahumetus magnus turcorũ imperator: octauus ex clarissima Othomanorũ familia natus. 1450 6649
Amurati principis filius: qui fuit Mahumeti: q fuit Amurati: qui fuit Orchani: qui fuit Othomani: a quo ipsa illustris othomãoꝝ familia nomẽ sortita fuerat. Hoc anno a patre adhuc uiuente princeps suffectus: imperauit annis uno: & triginta: & mẽsibus quinq;. Hic ãt cũ a patre princeps institutus fuisset: quattuor & uigiti ætatis annos habebat. Qui inito imperio: patrẽ clarissimũ in omnibus superare annixus est. Et ꝑpterea ex reꝝ gestaꝝ magnitudine: magnus turchus appellatus est. Quippe sicut patrẽ in rebus gestis ita & in uitiis & ꝑsertim sæuitia superauit. Hic itaq; post patrem in asia minori tantũmodo regnare cæpit: sed illico ob animi eius magnitudinẽ auctis uiribus: ingẽtes copias in Europam per hellespontũ classe traiecit. Vbi breui multas græcorũ urbes (præter constantinopolim) occupauit. Restabatq; ipsa imperialis ciuitas orientis totius columen: Vbi ĩnumerabilia certe extabant rerum gestaꝝ ꝑclarissimaꝝ monimenta: quã ẽt summo desiderio occupare cupiens prius occasionẽ quærere cæpit: & castello haud longe a Bossori littore ad Euxiniũ tendentis condito: contra fœdera ex improuiso agros uicosq; bizantinos depopulare cæpit: & post innumeras cædes: multamq; ꝑdam abactã: undiq; copiis terrestribus atq; maritimis contractis magnũ congregauit exercitũ: & cũ eodẽ ad urbẽ ꝑperauit: illamq; ingentibus machinis: & oppugnare & obsidere: ac dilacerare tam diu statuit: donec post qnquagesimũ diem illã obtineret: captaq; urbe illã in ꝑdã militibus expoliandã exposuit. Neq; eo contentus: nisi sacerdotes & Christi ministros oẽs sine ulla misericordia dilacerare ꝑciperet: sacrasq; uirgines incestare: matronas quoq; & earũ uirgines ludibrio haberi mandaret. Deinde uniuersam plebẽ uenundari iussisset. Quibus gestis: ut nobilitatẽ omnẽ prorsus deleret: ipse calidus canis per tentoria quæq; passim & publice edicere ꝑcepit: ut qsq; nobilis si se redimere uellet: in sui ipsius arbitrio foret: quo qdẽ rumore p castra sparso: qsq; nobilis qui priuatis cõtinebat̃ custodiis: seipsum ꝑdiit. Atq; ita eo modo complures urbis primores cogniti: & ad mahumetũ pductĩ: dũ ĩfœlices libertatẽ sperant: in miserã mortẽ ĩcurrerũt. Eos nãq; sæuus canis: ueluti pecora nudatos: suo in cõspectu trucidare ꝑcepit. Hæc & his similia ĩperam Genuensiũ coloniam eũ cõmisisse ferunt. Cõstãtinopoli itaq; potitus: & in ea Imperator declaratus: confestim peloponnesum omnẽ armis accæpit: & Christianũ populũ omnem ex ea abduxit: & in turpissimã seruitutẽ eũ cõstituit. Inde in Achayã mouẽs & ipsam: & Acharniam: & Epyrũ: & maiorẽ Macedoniæ partẽ: atq; bulgariã omnẽ cũ Raxia: & Seruia: & qcqd ab Andrinoli: Samumq; amnẽ: & Danubiũ fluuiũ ĩteriacet: ĩua sit: & christianis oĩno abstulit. Valachia etiam eas ob res timore pculsa pro maiori parte ad eũ defecit. Bosinã postmodũ ĩgressus tanq̃ horrẽda tẽpestas cuncta uastauit. Eam quoq; cũ uniuerso regno & rege tandẽ cõpræhendit. Lesbon. i. Mitilenẽ ĩsuper nobilẽ Genuensiũ ĩsulã: maxima cũ humani sanguinis effusione cæpit: eius etiã infœlices aĩas in asiã trãsportare mandauit. Nec facile qdẽ cõmemorari posset: uirorũ nobiliũ multitudinem:

Magn⁹ turcus appellatus

Quinq̃ginta dies urbẽ expugnauit

Vid crudelitatẽ magnaȝ

Prouincias captas cõmemorat & urbes ualachia bosina mitilenem

situdinē:ac sacerdotū religiosorūq;:quos ubiq; morte cruentissima rapi fecit:senes: iuuenesq; uiros:ac mulieres in plateis tanq̄ boues mactari permisit. Nullā matronis:nullāue uirginibus serua bat reuerētiā. In Rasia autem principibus illis:quos despotos uocāt:oculos erui p̄cepit. Dein hinc Synopē urbē uetustissimā & Trapezundā diripuit:earūq; īcolas una cū earū īpatore:oēs captiuos abduxit. Euboiā īsup uenetorū īsulā īuasit:quā una cū calcide eiusdē insulæ urbe diu expugnauit: & illā tandē cū multa hominū strage cōpræhendit:& de ea triūphauit. In asia itaq; minore duode cim regna obtinuit:uideli cet:pōtū Bythiniā:Capadociā:Paphlagoniā:Ciliciā:Pāphiliā:liciā:Cariā:Lydiā:Catiā:Lyciā:& Phrigiā:ac oē ferme helespontū seu Moreā:atq; alia multa:ac multa occupauit:q̄ cōmemorare lōgū esset innumeras plane gentes:& incredibiles p̄pulos sæpe in bellis fudit:& profligauit:adeo ut eius rei gratia totius pœne oriētis īperator fuerit cōstitutus. Nec p̄pterea qui ad gerenda bella tā crudelis fuerat:a spurca libidine se tēperabat:ad quā ueluti īpudentissimus porcus semp ferebat̄. In mares.n.& fœminas æq̄liter ardebat:puerorū.n.turbā:ac fœminarū pro se in libidinē clausam custodiri faciebat:nec tamē libido ipsa:in eo crudelitatē nec in minimo minuebat q̄nimo ex iis quorū amore tenebat̄ pueros puellasq; leuissimis ex causis p̄sæpe īterficiebat. Et ut ad effrenatā libidinē p̄durar̄ diutius posset:puluerē quādā suis p̄bētib⁹ medicis certis dieb⁹ sumebat:qua & corp⁹ ad libidinē p̄citatus ēt eius aīus attrocior ferociorq; efficeret̄. Non a suis amari:sed pariter ab oībus timeri uolebat. Qui ut primū patris sceptrū tenere cæpit:in sanguinē suū crudelitatis initia edidit. Fratrē.n.unicū ex eadē matre natū:in cunis iacentē:ad se deferri & corā se strāgulari fecit:ne adultus sibi aliquādo aduersari posset. Hoc p̄cipuū in eo:& memoratu dignū erat:q̄ sūmā iusticiā oībus æq̄liter ministrabat:& uirorū illustriū in bellis gerendis uirtutes sūmopere calebat. Vñ historias tā latinas q̄ græcas:atq; barbaras cupidissime legere & audire uolebat. Eius.n.facies hoīs faciē præ se ferebat:sed Aspectus q̄dē horridus erat oculi sedi haud recti:sed in angulis reflexi:maxime cū aliquem nō recte spectabāt. Frons alta erat:& posterior capitis pars eminens:Nasus in medio tumidus:supra labrū aliq̄ntulū īcuruus deferrebat̄. Macillenta facies ītra maxillas cōcauata palidissima ostendebat̄. Corpus robustū firmūq; ossibus:ac mēbris cōmunē hoīs magnitudinē aliquātulū excedebat:q̄d certe a teneris annis oībus laboribus assuefecit: & maxime in iis:quæ ad tollerandā militiā sufficere uidebant̄:currēdo.s.& eq̄tādo:hastas & gladios tractando. Qui cū artē īferrendi:uitandiq; ictus p̄disceret:fustū ferreū ad ludū pro gladio uti p̄suenit:quo gladius ei leuior ac tollerabilior postea uideret̄. Deniq; cū plurima patris exēpla haberet imitanda:relicta benignitate:clemētia:ac liberalitate:uicia tātū (p̄ter iusticiā maximā) cōplexus ē. Solā patris in rebus bellicis gerendis aī magnitudinē prudentiāq; imitatus est: quā ēt crudelitate: atq; malicia fœdauit. Et licet christiana matre natus eēt:christiano tamē noī quoadvixit inimicissimus fuit. Hic Alexādro magno uirtute & rerū gestarū magnitudine p̄similis fuit. Qui ad ciliciæ angustias cū exercitu penetrauit:quo in loco Alexādri memorabili clade Dariū supauit & īterfecit. Qui cū īnumerabiles filios genuisset:Baysetū & Zayllabū legiptimos post se reliq̄t:pro q̄bus eo mortuo:magnus tumultus Bizantinā urbē īuasit:cū alii Baysetū natu maiorē īperatorē postularent:alii qui zayllabū minorē:Vicerunt tamē Bayseti amici. Et sic tādē eo absente ipsum noīe patris turci īperatorē cōstituerūt. Demū dū in oriente in expeditionē hic Mahumetus contra unger machmeth assibei filius p̄ficiscere decreuisset:in expeditionē constitutus:anno ætatis suæ octauo & q̄nquagesimo:non sine suspitione ueneni in castris moritur:& in Cōstātinopolim delatus magna exequiarum pompa sepelitur. Ad quem Baysetus ueniens: maximum suo Sepulchro impendit honorem:atq; illi tale Epigramma in græco sermone scribi fecit uidelicet.

Marginal notes: Rasia si nopes trapezū da eubo ia.12.regna cæ- | De eius spurca libidine | Frēz proprīū īterfecit de eius iusticia l̄ras amabat de eius corporis habitu | Ex xp̄iana mr̄e natus fuit filii legiptimi duo

Qui uici innumeros populos:tot regna tot urbes.	Vis mea:quæ latio cognita nuper erat.
Solus & īmensi:qui timor orbis eram:	Arsacidæ sensere manus has sensit arabsq;.
Me rapuit quæcūq; rapit mors improba:sed sum	Et mea sunt per se cognita tela duci:
Virtute excelsa ductus ad astra tamen:	Mens fuerat bellare:rhodū superare superbā
Maior alexander non me fuit hannibal & non	Italiam:sed non fata dedere modum:
Fuderit ausonos tot fudit ille duces:	Hei mihi nā rapuit mors aspera q̄q; sub alto
Vici uictores danaos:domuiq; feroces	Pectore condideram:uenit & hora breuis:
Chaoniæ populos:sauromathasq; truces:	Sic hominū fastus:& eunt sic schemata:sicq;
Pannonius sensit:quantum surgebat in armis	Imperia:atq; aurum: quicq̄d & orbis haber.

¶ Pestis cruentissima hoc anno multis in locis italiæ:& quammaxime Mediolani desæuit:ubi sexaginta hominum milia urbanæ multitudinis extinxerint:& per eius agrū fœda strage etiā desæuit. Sequēti uero anno adeo ubiq; laboratū est:ut pauci de multis supfuerint:q̄d q̄dē malū præterita penuria induxit:ac etiam superior Solis defectio:& frequentes terræmotus indicauere. 60.hoīnū milia pestis assumpsit ī mediolano

6650 | 1451 ¶ Ludouicus alberti cæsaris (iam demortui) ex sorore nepos:hoc anno henrico bauariæ Duce defuncto: quod subditos suos in præcedenti anno Iubilei prohibebat ne Romam peterent: timens ne prouincia pecunia exhaurireturi:ipso anno defunctus est:& ipse adolescens in Ducatu succedens multis annis regnauit: Magni animi:& spiritus Iuuenis gloriæ inter cætera cupidus: & pecuniarum contemptor. Qui uxorem ex Saxonia:Federici cæsaris neptem duxit:ex qua cum p̄lem non susciperet ad tollendas lites & pacem cōponendam animum adiecit:ea propter multas:

ac multas lites in Germania sua auctoritate & dexteritate composuit. Quamuis sæpe multum conatus reconciliari cæsari Federico latislaum regem nequiuerit. Hic cum uerus christicola esset: iudæos omnes suo e dominio expulit.

Iudæos oẽs expulit

¶ Ordo fratrũ theutonicorũ: q sanctæ Mariæ fratres nũcupantᷣ: qq; uniuersæ prusiæ & liuoniæ dominantᷣ: hac tẽpestate maxima icõmoda & damna: atq; cædes a cassimiro poloniæ rege susceperunt. Superioribus &.n. annis cũ patre huius cassimiri ulatislao rege etiã acri ꝑlio inito maximam stragẽ accepit. In quo qdẽ conflictu magnus ordinis Magister cũ primariis uiris: qui commentatores apud eos uocãtur equestris ordinis insigniti qui numero sexcenti fuerũt oẽs cũ sua multitudine perierunt. Sed nec polonio tum fuit incruẽta uictoria. Tartaris & lituanis innumerabilibus eo in exercitu accitis magna ex parte cesis. Quamobrem prusia tum fortunã regis secuta omnis excepto quodam oppido permaximo & fortissimo: ad uictorem defecit. Sed paulopost interueniẽte Sigismundo optimo Cæsare pax inter eos constituta pecunia non parua polono data: prusia omnis ordini reddita est. Nec deinde ad hæc usq; tempora ordo ipse in possessione sua nisi a cassimiro rege isto turbatus est: qui & ipse plurima intulit damna.

Sexcẽti pricipes occisi

¶ Ordo autẽ ipse: uidelicet sanctæ Mariæ theutonicorũ nũcupatus quẽ ex inaduertentia ꝓtermisimus sub Federico eius noĩs secũdo: circa annos salutis nr̃æ.1230. eo tẽpore quo & ordines ꝓdicatorum & minorũ in Theutonia initiũ hoc modo sumpsit. Eo quippe tẽpore cũ christiani ptholomaydẽ insignẽ Syriæ ciuitatẽ amisissent: theutones isti qui etiã tum ordo sanctæ Mariæ eisdem in regionibus appellabantᷣ: inde expulsi: sua in germania tandẽ rediere. Vbi cũ essent in primis uiri nobiles: ac rerũ militaris peritissimi: ne per ociũ marcerent: Federicũ tum Cæsarẽ adierũt: & prusiã ꝓuinciã nobilẽ Germaniæ contermina Christi cultũ spernentẽ eidẽ significauerunt: adiiciẽtes: ꝙ sæpius hoĩes illius gentis in Saxones & cæteros uicinos excurrere nõ uerenᷣ: atq; inde magnaʒ uim pecorũ abigunt. Esseq; sibi animo ipsam barbarã gentẽ compescere: mõ ipsa sua impatoria maiestas annuat: ꝓuinciamq; sibi & ordini suo ꝑpetuo possidendã suo iure tradere: si eã armis acquirant: Iam.n. Mãsonitæ Duces qui se eius terræ dominos affirmabant: suũ ius sibi cesserant. Grata utiq; petitio Cæsari fuit: qui collaudato ꝓposito: q̃s uoluere fratres: sub aurea Bulla litteras concessit. Illi autẽ illico sumptis armis: breui tempore qcqd prutenici iuris fuerat: occupauerũt. Ex intraiecto etiã uistulæ fluuio: plures alias gentes strauerunt. Indeq; paganis fugatis: & deletis: omnẽ prusiã acquisiuerunt. Ex illo tpe lingua theutonica in prusia ĩtroducta ẽ. Et cultus Christi ipsis gentibus imperatus est. Moxq; ibidẽ ecclesiæ pontificales plurimæ erectæ sunt: quorũ episcopi habitũ huiusce religionis gestare oportet. Aedificarunt autem ipsi fratres oppidũ nobilissimũ inter cætera ædificia: qd' Mariæ burgũ nuncuparunt: cum Arce nobilissima: atq; amplissima pro sede magni eorum Magistri: q ipsis fratribus ꝑesse debebat. Igiᷣ cũ theutones huius religionis inuentores: & auctores extiterint: ea ꝓpter nemo ad eã recipiᷣ nisi nobilis theutonicus: & qui pro Christi euãgelio ꝓpositũ habeat armis pugnare. Ob eã itaq; rem uestimentis albis utunᷣ: cum nigra cruce desuper insuta: Barbamq; nutriunt omnes exceptis qui diuinis inseruiunt. Pro Canonicis horis tot pater noster admodum Rhodiorum militum dicunt: nec litteras discunt: Maxime profecto his opes nec minor potentia regibus sunt. Sæpe cum polonibus: & maxime hoc anno: qui est.51.sup Millesimum q̃dringentesimũ cũ cassimiro rege de regni confinibus & iuribus acriter pugnauerunt.

Mansonitæ Duces

Prusiã ꝓuinciam iste ordo capit & xpiana efficitur uide habitũ huius ordinis & mores

¶ Prusia autem horum fratrum possessio: plærisq; mortalibus incognita est: quædam prouincia amplissima: sed quammaxime longissima: & pro maiori parte est circa uistulæ fluminis ripas hic & inde constituta: & Sarmatiæ terminos habet: ac prope Massegetas est constituta: atq; ipsos polonos habet propinquos. Quæ quidem regio frumenti est ferax: aquisq; irrigua: & colonis plena Multa habet ambitiosa oppida: & quãplurimos Maris refluxus: qui amœnam efficiunt patriã: pecorumq; ingens uis. Et multa in ea est uenatio: atq; piscatio piscium: quæ res prouinciam admodũ efficiunt diuitem: ptholemæus Cosmographus de hac prouincia mentionem facit.

¶ Liuonia etiam est alia prouincia: horum fratrum theutonicorum ditionis: quæ est ultima christianorum possessio: & inter prusiam & hanc: Massegeta prouincia (a qua massegetæ gentes nomẽ sumpsere) sed hæc est iuris polonorum regum: unde plurimæ persæpe de confinibus oriuntur lites hanc etiam prouinciam ipse ordo sibi armis acquisiuit: & Christi sacra suscipere coegit: cum esset similiter & ipsa antea gentilis: & ydola coleret. Aiunt eam alluere mare baltheum ab occidente: & ad septentrionem dicunt habere homines semiferos: cum quibus nullum linguæ cõmertium: nauigantes habent: sed signis tantum & nutibus suas merces commutant: Meridionale autem synus Saxonum: & prutenum esse affirmant. Tartari hanc prouinciam persæpe excurrunt: qui etiã nostris temporibus magnas strages ab ipsis religiosis acceperunt. Massegetha autem prouincia: neq; christiana uel neq; omnino gẽtilis est: licet christiano regni pareat parua utiq; est regio unius uidelicet dei itineris lata: sed longissima perhibetur.

Hoĩes syluestres in hac sunt Massegeta prouincia


¶ Michelletus flãmineus ex Cotignola eiusdẽ regionis oppido attẽdulaq; familia natus: uir qdẽ impigerrimus: ac ĩter primarios suæ ætatis rei militaris Duces merito annumeratur: hac tẽpestate cũ pluribus annis uniuersales Venetorũ copias gubernasset: & plura: ac ꝓ clarissima gessisset facinora: a Frãcisco Sfortia carauagiẽsi conflictu supatus: ac ꝓfligatus: eidẽ Frãcisco nepoti suo iam

Mediolanensiū Duce ↄstituto(præ timore Venetoꝝ) inhesit:& militiæ iam grandæuus abrenuncians:qetem uitæ suæ consentaneā inuenit. Cui idem nepos Frāciscus pallazolū in agro Dardonē si oppidū cum annua pensione fruendū concessit. Vbi & reliquū uitæ suæ tp̄s maxīa in pace contriuit. Fuit itaq; Michelletus hic magni ingenii magnæq; fortitudinis uir:atq; rei militaris scientia admodū illustratus:& plærūq; uictoriosus. Qui primū apud Venetos militans philippi ducis Mediolani castra apud quādam padi insulam:in Cremonensi agro pœnitus ↄfregit:ac magnā ipsius ducis militiæ partē exuit & cœpit:& Cremonā dictionis Frācisci Sfortiæ a philippo socero suo obsessam liberauit:uniuersam deinde Gerā Adduæ ipsi philippo duci ademit:& in Venetoꝝ potestatem redegit. Vbi trāsnatato adduæ fluuio:uniuersum Mediolanensem agrum hostiliter pcurrit:& multa incendia:& direptiones peregit:& ad ipsas usq; urbis fossas accurrere non extimuit: inde ēt direpto Brianciæ monte Briuiū oppidū cœpit. Cūq; ad leuchum oppidum natura munitissimum peruenisset:quod est larii laci caput:eūq; ingenti uirtute oppugnare cœpisset:diuq; frustra tp̄s teruisset:post īnumeras datas acceptasq; strages:deniq; uniuerso ferme cōsumpto exercitu:& inedia & hostium uulneribus atq; equis omnibus macie consumptis:re infecta abiens:Brixiam deuenit. Demum mortuo philippo: cum in geram adduæ cum innumerabilibus copiis:tum Venetorum: tum florentinorum contra Franciscum Sfortiam nepotem suum peruenisset: ab eodem Francisco nepote suo Mediolanensium: tum imperatore in certamine superatus & profligatus immo & dissipatus fuit. Quam ob causam sibi cauens a Venetis defecit: & in ethruriam per aliquod tempus tanquam confusus se contulit: donec Franciscus idem uictor nepos suus Mediolano potitus fuit.

Margin: Exercit⁹ ducis cōfregit

Margin: A francisco Sfortia profligatur

¶ Constantinopolis imperialis Ciuitas.



¶ Cōstantinopolis impialis ciuitas:totius orientis columen:& unicum totius græciæ sapiētiæ domiciliū:hoc anno.4.cal.iulias a mahumeto magno Turcorum principe per quinq̄gīta dies acriter obsessa & expugnata tandē capta:direpta:ac fœdata est:in cuius plane captiuitate:idem mahumetus tantam exercuit crudelitatem quātā; factitatū fuisse legamus:in primis enim Constantino ipsius urbis in pugna interfecto:ac capite obtrūcato:ipsius caput hasta affigi iussit & ad terroré christianorum illud per castra deferri mandauit. Deinde magno cum clamore urbem ingressus nobilitatem omnem quam inuenire potuit statim cædi præcepit:deinde sacerdotes & ministros Christi quoscunq; reperiit crudelem in modum dilaniauit:postremo plebem omnem in seruitutem redigens in Asiam transmisit. Sacras uirgines postmodum requirens stuprare fecit:atq; matronas omnes cum uirginibus & prostituendas obtulit. Quibus gestis omnia urbis bona quæcunque in prædam militibus exposuit. Deinde sacra templa ingressus omnia fœdauit: inde quibuscunq; bonis ablatis:imagines omnes dei:uidelicet:& sanctorum delere fecit:Sublato deniq; Crucifixi domini nostri Simulachro:per derisionem in castra delato:sputis:luto:& saxis impetito:cum omni fœditate pollui præcepit. Nobile etiam sanctæ Sophiæ templum: spurcitiæ Mahumetheæ dedicauit:& ipsius:ac urbis campanas omnes deponi præcepit. Et id ipsum in peram Genuensium colloniam egit. Nec facile certe scripto mandare posset:quæ & quanta in subactam ciuitatem dedecorosa ipse pessimus canis exercuerit facinora:capite itaq; hoc modo potito cætera facillime obtinuit:peloponesum confestim omnem armis deuicit:& populum ea in insula repertum similiter in seruitutem pessimam redegit. Hoc itidem & in acharnia:Epyro:& in macedonia: atq; bulgaria:& Rasia:Seruia:ac deniq; Valachia effecit.

Margin: Occisiones oēs seriatim narrat.

Margin: templa oīa deturpat tē plum sophiæ.

¶ Sumcassianus fœlicissimus persarum & Armenorum Rex: atq; uictoriarum pater: cui proprium nomen Assimbeus est hoc anno: Zenza persarum rege deuicto profligatoq;: ac interfecto persis imperare cœpit: & annis quadraginta imperauit. Hic primum Armeniæ regulus existens: cum esset animo uasto: & bellorum appetentissimus: q͏ sæpius paucioribus copiis magos profligasset exercitus:cum superioribus annis oratoribus zenzæ minus sapienter respondisset iratus Rex bellum contra eum mouit:at Assimbeus & si uiribus impar uideretur:nihil animo cōsternatus pugnam non detractauit:& tandem de hoste uictoriam reportauit:zenza autem superatus domum reuersus:denuo alios exercitus comparauit:& ex more gentis cum coniuge: ac liberis in campum pugnaturus intrauit:eo uidelicet animo:nisi uindicta de hoste sumpta domū non

Margin: Assimbeus ꝓpriū nomen zēza rex

zenza rex iterficitur Thauriz ciuitas ĩ psia Sũcassanus qd significet me sopotamiã carã urbez oppugnat. Calixtus papa amicitias cum isto cõtraxit Syna ciuitas trapezunta ciuitas ubi.30. milia turcos ĩterfecit bassa cũ mltis ĩterficiũt per se fugiunt. 50. hominum millia interfecta Veneti ad hunc munera miserũt. Potẽtiaz huius regis ꝯmemorat

redire: Assimbeus uero in loco tutissimo sedens:se ĩcolumen seruabat:cũq3 zenza eidem exercitũ admonuisset:cõfestim Assimbeus e loco suo irrumpens hostẽ ui'a'i's inuasit:& cũ diu tandẽ supatũ suis ꝓpriis manibus interfecit:eiusq3 filio capto:illum se persaꝝ regẽ factuꝝ simulauit:sedatis hac fictione persaꝝ motibus ipse Assimbeus cũ filio rege captiuo ad Thaurim primariã gentis urbem accessit:ubi oppidis oĩbus:& Arce occupatis cũ satis cautũ sibi putaret illico nouũ regẽ pub.obtruncauit:& se persico regno regẽ denunciauit.Eoq3 potitus oĩbus formidabilis esse cœpit:potentiorq3 factus:se Sumcassanũ appellari iussit:q latine magnũ uirũ significat:his gestis ẽt haud multo post Bactrianos:Medos:& parthos:ac uniuersum pœne orietẽ armis sibi subegit:ac solus(post Alexandrũ magnũ)bella finitimis gentibus ĩferre nõ extimuit.Deinde cũ incredibili apparatu:atq3 inumerabilibus pœne exercitibus Mesopotamiã ingressus Babiloniã & caras Sultã urbes magna ui oppugnare contendit:atq3 in Syriã & ægyptũ prædabundus ire proposuit:cũ principe isto. Calixtus ponti.romanus quãdam amicitiam ĩcohauit:qui & ipse magnũ honorẽ tanq̃ pontifici magno detulit:cuius intuitu magnas turcis calamitates intulit.Ad hũc etiam senatus Venetus(Nichroponte perdito)quẽdam oratorẽ transmisit:qui auxilia ꝯtra Othomanũ turchũ expostularet:Req3 ab eo exorata:confestim copias suas recensuit:& in ipsum Othomanũ turchũ misit:& primo qdem impetu Sinauum urbẽ eidem abstulit.Quãobrẽ turcus repente oratores eidem transmisit.Qui dicerent:ut per fidẽ sui mahumeti quã ambo sequebant̃:ne impediret xp̄ianoꝝ interitũ:sed cũ eo pacem cohiret.Rñdit Sumcassianus mahumetea lege cauere fidẽ datam seruari:se.n.dicebat ponti. maximo xp̄ianoꝝ senatuiq3 Veneto fidẽ dedisse:q turchos suis e sedibus pelleret.Ac sic eo respõso oratorẽ a se dimisit.Statimq3 quãta potuit celeritate cũ uniuerso exercitu Trapezuntã inuasit:illataq3 ibidẽ turcis maxĩa stragẽ:ad.30.turcoꝝ milia interfecit:atq3 multas alias clades turcis datas & illatas:tandẽ uterq3: uidelicet Sũcassianus & turcus cũ inumera multitudine:non longe ab Armeniæ montibus his adinuicẽ ꝑlio conflixere.Et in primo qdem ꝯgressu:regis persaꝝ filius cũ 30.equitũ milibus Bassam Othomani:qui q̃draginta milibus ꝑerat cum multis aliis pricipibus interfecit:atq3 deleuit.Quod ubi Mahumeto renunciatũ est: ita aĩo consternatus est:ut lachrimans præ dolore in terrã ceciderit.Sed a suis mox castigatus cũ sedato dolore surrexisset:motis castris inter duos montes descendit:ibiq3 sua castra carris & palustris q̃si uallo cinxit. Et in eis tormenta & springardas multas collocauit:ad quẽ cũ Sũcassianus & eius filius cũ trecentis quinquaginta milibus pugnatoꝝ bellandi causa ꝑuenisset.Othomani milites igne in tormentis apposito:oĩa simul excusserunt:quo insolito fragore territi persaꝝ equi terga statim uertere:nec ullis frenis unquã cohiberi potuerunt:& oĩbus bonis direptis:maiore qdem cũ ĩcõmodo:sed p̄stimi cũ gloria in castra redierunt. Ad.50.hoĩum milia utriusq3 exercitus eo in cõflictu desiderata referunt̃.His gestis:mahumetus in Etholiã rediit:nouus cõflaturus exercitus:Sumcas.uero in Thaurim regressus est.Inde aliquot interiectis diebus Assimbeus hic cũ turcoꝝ principe pacẽ iniit:& natos suos mutuis cõiugiis copulauere.Ad hũc Veneti munera magnificentissima & nõnulla armamenta calibea & alia:atq3 alia misere dona.Hic itaq3 more Tãberlani magni xersem:Dariũ potum:& magnũ Alexandrũ:& uiriũ magnitudine:ac regꝝ præstantia quasi supauit.Nec legimus quẽq̃ adeo inumerabiles copias in unũ choisse ueluti iste:cuius eqtũ.60.milia & peditũ totidẽ erãt belli apparatus.

¶Vgner aũt Machmeth primo genitus huius serenissimi Sũcassiani regis superesse dicũt:de quo mira in rebus bellicis referuntur facinora.

simonetus frater scti Augusti.

¶Pax inter Venetos:& Franciscum Mediolani Ducem iam diu ab ipsis temptata: hoc ãno idibus Aprilis apud laudam urbem initis fœderibus opere & interuentu Symoneti Camerini ordinis heremitarum diui Augustini declamatoris sui temporis eximii & longa uita probati:hac lege firmata est.Vt quæ cuiq3 ante id bellum fuerat redderentur:præter Geram adduæ:quam Franciscus de Venetis cœperat:cum esset antiquissima Mediolanensium iurisdictio.Quæ pax maxime inter Venetos:& Franciscum sic composita:ut firmior & sanctior ab omnibus haberetur:pontifex suam interposuit auctoritatem.Atq3 in ea statutum est:ut si quæ deinceps discensiones discordiæue orirentur.Earum tollendarum ius potestatemq3 pontifici Romano tradebãt.Vtq3 siquis arma alicui inferret:cognita a põtifice causa:is statim cõmunis omnium hostis haberetur.Ea itaq3 pax: anno & die prædictis dictata:& per omnes solẽniter publicata:fide & iuramento adhibito firmata est.Qua pace nulla patrum nostrorum memoria maior diuturniorum utilior:aut sanctior uisa: aut audita fuit.Hoc igitur fœdere icto:non amplius ferreum:sed aureum exortuz uidere uisum sæculum : non solum inter prædictos:sed & inter omnes italiæ potentatus. Cuius quidem suauissimo fructu:non solum homines gaudere uisi sunt:sed & agri:& urbes:tecta:uiæ:campi omnes:ac maria:& ipsa deniq3 lacerata diu italia inusitata quadam exultauit lætitia. Apud Venetos.n.magistratus additi:& auctus est Senatorum numerus:& priuatæ diuitiæ:atq3 opes in imensum auctæ sunt:id quoq3 in omnibus Italiæ urbibus factitatum uidemus. 1454 6653

Aureuz sæculũ.

¶Danubius maximus germaniæ & hungariæ fluuius:hoc ãno apud Viẽnã austriæ urbẽ:& apud ciuitatem nouã & alibi circũ circa adeo excreuit:ut ĩtra ipsam urbẽ ĩtrauerit: & p̄rimas domos cũ familiis asportauerint.Et in Bauaria:& Armẽta & uiros plurimos tẽpestas occiderit. Agriq3 quam plures: qui cum fluminibus contermini erant:non solum frugibus:sed & superficie priuati sunt.

Nam per

Nam per duas horas adeo ingens tempestas fuit:ut grãdo e cœlo in modū Oui ceciderit:ibidē.n. sūmas tēplorꝝ Arces deiecit & ppl'os uniuersos:atq; urbes exterruit:ueritãq; fuerunt gētes ne rediret diluuium sancti Noe:aut certe graue pyrri & deucalionis sæculum.

1457 ¶ Ludouicus autē Caroli pdicti regis filius:hoc āno patri in regnū ſuccedens regnauit annis. 26. Hic cū regis primo genitus hēretur. Delphinatus principatū ex more regio aſſecutus eſt:qui uiuēte patre ſemp ,ppter diſcenſiones ab eodē exul fuit. Regnoq; ſuſcepto:iprimis aduerſariis ſuis nōnullis depreſſis ēt multos patris beniuolos regno depulit:inde cū libertatem eccleſiæ in regno minuere attemptaſſet:multos Romanæ eccleſiæ pontifices:& maxīe pium papam aduerſarios habuit. Huic Carolus Berillis dux frater fuit:cū quo maxīa diſcidia fuerunt. Io. quippe berillis Dux carolus:cū regni partem uendicare tēptaſſet:regnū omne in magno diſcrimine poſuit: Fauebant aūt adoleſcenti in primis Renatus ,puinciæ rex:& eius filius ioānes:Carolus Burgūdiæ dux:Barbonenſis dux:Duxq; Bertaniæ:& alii quā plurimi galliarū principes. Qui cōſpiratione facta:hūc regem aliqū ad ſimina diuæ Mariæ de ponte pficiſcentē capere tēptarunt:q cum eidē innotuiſſet ſe armis tutatus eſt. Adeo tamen ipſum urgebant:ut neceſſe fuerit:nō ſolū ex Gallia oī:ſed ex germania:atq; italia auxilia expoſtulare:maximeq; a Frāciſco Sfortia:tum Mediolanēſiū Duce:qui filiū ſuum primogenitū Galleaciū cum tribus millibus equitibus abſq; peditibus totidē eidē mox in ſubſidiū miſit. Eundē autē Carolum germanū berillis ducem:cū ueneno fraudulenter ſuſtuliſſet:in eo oēs galliarū principes:maximeq; Burgōdiorum dux potentiſſimus:maximā indignationem ſuſceperunt:& exercitibus plurimis inſtructis:in regē hunc ,pruperunt. Dux uero burgondiæ in pichardiā aduolans primariā ,puinciæ urbem noīe pichignetū cœpit:& oībus in ea interfectis ignem appoſuit:& prorſus eā cōplanauit:atq; tali īpetu pſimas alias colonias cœpit:& expugnauit:atq; Belouachū urbem munitiſſimā acriter obſedit. Deīde in Normandiā ,pperans (quæ fuerat fratris demortui ,puīcia) multa oppida & terras pflagrauit & euertit. Rothomagnū ēt maximā ciuitatē oppugnauit: pius autem ponti. Rō. ad eoſdem tumultus ſedādos Biſarionē Nicenū cardinalem uirū eloquentiſſimū & ſapientiſſimū eo miſit:qui cū diu laboraſſet:infecto negocio Romam rediit. Mortuo deniq; Carolo burgōdiorū duce confeſtim hic rex ablata uniuerſa recepit. Fuit hic rex admodū leuis & ad iram ſuccenſus:ſed deuotus & piientiſſimus. Demū in anno dn̄i. 1484. Remis deficiēs:carolū primogenitū annorū. 15. ætatis exiſtens habuit ſucceſſorem.

Carolus eius frater berillis dux.

Dux burgondiæ hic mlta abſtulit pichignerum belonachuꝫ rothomagnuꝫ urbes biſariū cardinalē.

¶ Iacobus ioānis cypri regis ex cōcubina filius hoc anno poſt patrem maximo cum labore in regno ſuccedens:regnauit(īter regno ſupputato)ānis. 12. Hunc pr̄ cū uideret regni admodū cupidū: eo q eſſet in primis forma egregia:& ſtatura corpis regio digna honore:atq; aī dotibus & dicēdi elegātia lōge eidē diſpar:q ut dictū eſt erat homo certe ignauus & aīo obtuſo:ſuæ uxoris helenæ ſuaſu:eccleſiaſticis iniciatū fecit ordinibus. At pater cū unicā tantuꝫ hēret filiam Carlotā noīe ex matrimonio ſuſceptā:illam regni ſui hæredem inſtituit:& ludouico Sabaudienſis ducis filio conſobrino ſuo matrimonio copulauit:eoq; contracto:paulopoſt rex & Regina morte ſublati ſunt. Quibus defunctis:regnū mſtifarie turbatū eſt. Ludouicus uero carlotæ ſpōſus crebris nunciis uocatus:poſt annū:ex Venetia cyprū adnauigauit:ubi magno oīum plauſu & fauore rex appellatus eſt. Iacobus aūt hic nequaq̄ eius aduentū expectare auſus:interim cū certis amicis ſuis nūero centum ad ſoldanū in ſyriā nauigauit. Eiq; cū lachrymis & uerbis humilibus:ſuā cōqueſtus eſt iniuriam:& ab eodē expoſtulauit:in regnū paternū collocari. Quibus uerbis:non modo ſoldanum ipſum cōmouit:ſed oēs qui aderant ad pietatē excitauit:dicentes. Iacobū hunc indigna pati. Tandem ſoldanus iacobi precibus inclinatus mox eidē ſubuenire conſtituit. Erat aūt iacobus tum annorum. 22. Vn̄ ɔfeſtim iuſſu ſoldani allatis regiis ornamentis:in cōſpectu oīum procerū ſuorū Cypriorū rex declaratus eſt:ac per alexandriā urbē more regio circūductus præcipuis honoribus cumulatus eſt. Atq; eidē claſſem decreuit:quæ ipſum cū multa militū manu deueheret. Quo cyprū ueniente ludouicus nouus rex eius impetū non tulit:ſed fuga ſibi ſalutē querens:in Nicoſiā urbeꝫ ſeſe recepit:iacobus aūt reliquis oībus regni & inſulæ urbibus receptis obſidere Ludouicū ſtatuit:

Carlota huius ſoror fuit

Carlotæ ſponſus.

ad ſoldanum uadit.

ſed poſt aliquãtulum tpis ſpacium carlota in italiã delata: & Ludouico ipſo ex inſula pulſo uniuerſum regnũ in pace recepit. Quo adepto ẽt Famaguſtã primariã regni urbem a Genuenſibus diu poſſeſſam: eiſdẽ abſtulit. Et ita uniuerſuʒ regnũ ad mortẽ uſqꝫ in pace poſſedit. Deniqꝫ ad regni ſui ſtabilimẽtũ Catherinam Marci cornarii patricii Veneti filiã a ſenatu Veneto uxorẽ expoſtulauit: quã idem ſenatus in filiã ſibi adoptauerat: libenter matrimonio copulauit: quã ducta: paulo poſt (ipſa prægnãte) ex profluuio uẽtris mortẽ obiit. Vxore & poſthumo hæredibus relictis: quos ex teſtamento Senatui Veneto cõmẽdatos fecit: poſthumo aũt haud multo poſt infantulo ſublato. Id regnũ in Venetoꝝ manus deuenit. Ac ſic in hoc rege iacobo oĩs luſignanoꝝ regum ultramontanorum in cypro extincta eſt. Qui reges a primo Guidone luſignano: uſqꝫ in præſentẽ iacobũ ultimum regnarunt apud cyprũ iſulam ab anno ſalu. noſtræ. 1195. uſqꝫ in annũ. 1470. annis omnibus ſupputatis trecentis quinquagintaquinqꝫ.

¶ Demetrius & Thomas paleologi græci corinthi in pelopõneſo ꝓuincia principes: hoc anno de principatu contẽdentes: a mahumeto turcoꝝ principe intercepti ſunt. Et inde non ſolũ corinthuʒ urbem: ſed & totã pelopõneſum tributariã ſibi fecit. Deinde poſt triẽnii tp̃s Thomas prædictus: e turcoꝝ manibus delapſus: Caput diui Andreæ apoſtoli: qui in Achaya ſua ꝓuincia crucifixus fuerat ſecũ Romã attulit: & illud Pio ponti. maximo: cum magna ueneratione dono dedit: qd quidẽ ponti. ipſe piientiſſimus ſũmo cũ honore & deuotione excipiens in honorẽ confeſtim ſacellum in beati petri corpus in uaticano extrui fecit: & illud magnis & exqſitis muneribus decorauit. Vbi & poſtmodũ corpus ſuum ipſe ponti. ſepeliri præcepit.

Caput ſcti Andreæ apoſtoli romã detulit

¶ Ludouicus Cardinalis Aqleienſis: uir ſtrẽnuus: & magni ſp̃us: atqꝫ xp̃ianæ fidei ꝓpugnator ardentiſſimus: hoc anno a Calixto ponti. Claſſi pontificiæ ꝑfectus deſignatus in auxiliũ Rhodiorũ accedens: plures turcoꝝ naues ſuperauit: atqꝫ demerſit: & oĩum hoĩum captiuoꝝ corpora pallo ſuffixit: & plurimas inſulas: uidelicet lẽnum nunc Staleminũ appellatam. Taxum: & Nembrum: ac alias quaſdã ægei maris minoris noĩs turcis ademit. Deinde in ægyptiis cõuerſus eos quieſcere non pmiſit. Sed neqꝫ Syros: neqꝫ celicas: mortuo aũt Calixto: Ludouicus claſſe diſſoluta: Romaʒ rediit. Rhodo quãmaxime: & oĩ oriente in maxĩa deſpatione & diſcrimine relicto. Et ppea acqſitæ inſulæ ad hoſtes rediiere: cum pius pontifex eius Calixti ſucceſſor inteſtinis italiæ motibus: & ſubditorum ſeditionibus occupatus longinqua proſpicere non ualeret: cum Roma ipſa maximo eſſet in periculo.

Inſulas multas capit.

PIus eius noĩs. 2. papa natiõe ethruſcus p̃ria ſenenſis Eneas ſiluius poeta antea uocatus: p̃re Siluio nobili ſatis familia picolominea natus: hoc ãno Calixto põti. ſurrogatus: ſedit an. 5. mẽſi. 11. & die. 26. breuis qdẽ pontificatus: ſed ingens gloria fuit: uir plane oĩ laude dignus: utpote erudiiſſimus: eloqntiſſimus: copioſiſſimus: ac fortitudinis: & prudent[i]æ ſingulariſſimus qui nõ ad ocium: nec ad ſegniciẽ: ſed ad res agendas: & qdẽ maxĩas uocatus maieſtatẽ pontificiã augere uiſus eſt: pro qua neqꝫ reges: aut duces: aut ppl̃os: atqꝫ tyrannos ullos formidaſſe cõpertũ eſt: imo ſi quos delinquentes uidiſſet: & bello & cenſuris tãdiu perſequebaẽ: quo id uſqꝫ ad ſanitatẽ rediſſe agnouiſſet: & ppea Ludouico francoꝝ regni aduerſarius extitit: ꝙ libertatẽ eccleſiæ ſuo in regno minuere tẽptaret Borſio eſtẽſi cognomiatus eſt: qd Sigiſmũdo malateſtæ: & rebus gallicis ꝯtra ferdinãdũ faueret Sigiſmundũ auſtriæ ducẽ: qd in cardinaleʒ ad uincula petri aĩaduertiſſet diris execrationibus pſecutus eſt: Maguntinũ inſup antiſtitẽ male de eccleſia Ro. ſentientẽ ſede deiecit: & alteꝝ eius loco ſuffecit: Beneuentanũ quoqꝫ archiepm cõtra eius uoluntatẽ res nouas moliẽtẽ: & beneuentũ gallis ꝑdere uolentẽ archiep̃atu ſũmouit. Multaſqꝫ cãpaniæ urbes in poteſtatẽ eccleſiæ redegit. Nil regibus: nil ppl̃is timore: uel auaritia unquã cõceſſit eccl̃iæ & ſui inimicos ueluti hoſtes publicos cõſtanter & itrepide perſecutus eſt. Amicos aũt hũaniſſime & officioſiſſime ſemp adiuuit. Hic primo ſui põtificatus ãno Mãtuæ conuentum ꝓ fide xp̃iana habuit: & in eo principes oẽs cõgregauit: ut turcis bellũ indicerent: ſed fruſtra id fuit. Ea qppe de cauſa inumerabiles uiros: ex hiſpania: Gallia: germania: in italia cõuocauit: quos duʒ ipſe pontifex Anchonã ꝓficiſcereẽ: inuenit: quorum magnã partẽ & maxĩe germanoꝝ cũ benedictione apoſtolica in patriam remiſit: eo ꝙ minus idonei uiderenẽ. Fuit autem pius hic põti. in primis: ut ſuperius monſtratũ eſt: ſtudioſiſſimus: & doctiſſimus homo: & doctorũ uirorum amantiſſimus ꝯtinentiſſimæqꝫ uitæ & ocii: ac diſſidiæ inimiciſſimus: ſtatura breui: facie ſenecta: & ſerena: canoqꝫ capite: qui tandẽ anno ætatis ſuæ. 64. cum Anchonæ eẽt cum ĩnũerabilibus ppl̃is ꝓficiſcereẽ lenta febre percuſſus diem clauſit extremũ. Cuius funus Romam delatum in baſilica petri apud altare ſancti Andreæ ſepulchro marmoreo cõditũ eſt: cui tale epythaphiũ inſcriptũ eſt: pius ſecundus ponti. maximus natione tuſcus p̃ria ſenenſis gente picolominea: ſedit annis. 6. breuis pontifi. ſed ingenii gloria fuit: cõuentum chriſtianorum mãtuæ pro fide habuit. Oppugnatoribus Ro. eccleſiæ intra: atqꝫ extra italiam reſtitit: Catherinã ſenẽſem inter ſanctas Chriſti uirgĩes retulit: pragmaticam in gallia abrogauit. Ferdinandum aragonẽſem in regnum ſiciliæ ciſfretum reſtituit: reʒ eccleſiæ auxit: & Fodinas inuenit: tum alũnis apud tolpham inſtituit: cultor iuſtitiæ: & religionis amator admirabilis eloquio: uadẽs in bellũ: quod turcis indixerat: Anconæ deceſſit: ibi & claſſem paratam: & Ducem Venẽtoꝝ cum ſuo Senatu militonem Chriſti habuit: relatuſqꝫ eſt in urbẽ patrũ decreto:

Pius papa. 220. 1458 6657

Frãcorũ regeʒ & ferrariæ ducẽ: ac ſigiſmũdũ malateſtã cõpeſcuit

Cõuẽtũ mantuæ habuit

De eius doctrina & moribus.

Epithaphiũ huius uide.

trum decreto:& hic conditus ubi caput Andreæ apostoli ad se ex pelopōneso aduectum collocari iusserat.Hic toto suo pontificatu cardinales.ii.ueteribus addidit.Vrbem Romam et multis ædificiis exornauit:& Tibure arcem extruxit.

¶Ars imprimēdi libros:his tpibus in germania primū enata est:quā alii repertā asseuerant a cuthimbergo argentino:alii a quodā alio noīe Fausto:alii a Nicolao gensone pdicāt:pro qua innumerabiles auctores ipsi cōgregarunt diuitias:qua certe nulla in mūdo dignior:nulla laudabilior:aut pfecto utilior:siue diuinior & sanctior esse unq̄ potuisset:ī cuius laudē:qdā ex nr̄is hos cecinit uersus dicens.O fœlix nr̄is memorāda ipressio sæclis.Inuentore nitet utraq̧ lingua tuo. Desierat quasi totū quod fundis in orbē.Nunc paruo doctus qlibet esse potest.Oēs te sūmis igitur nūc laudibus ornent.Te duce quando ars hæc mira reperta fuit. Versus pulchri

¶Alumen etiam rochiæ:quā græci phatno appellant:hac tempestate:a quodā Genuense primū in italia inuentū in uolaterano agro est:quo optime decocto & pbato: postmodū in italia multis in montibus effodi cœptuȝ est. Antea etenim itali nostri in præsens usq̧ eiusmodi fodinas nullatenus in usum habebant:sed ex turcia a negociatoribus alumē nobis uehebatur:quæ res nō paruū certe emolumentum nobis præstitit.

6658 1459 ¶Perinus cāpofregosius Genuensium Dux:magnanimus qdem & audacissimus uir:hoc anno apud Genuam urbem suam:suis inter sese ciuibus dissidentibus a gallis per nobiliores urbis ītroductis in conflictu turpiter uulneratus die sequenti uitam cum morte mutauit.Quam sane occidionem cum paulus eius germanus urbis archieps æquanimiter ferre non posset:haud ml̄to post gallos ipsos urbe eiecit:& complurimos eorum extra urbem crudeliter interfecit:ciuitateq̧ obtenta:se ipsius ducem constituit. Galli ml̄ti interficiuntur.

¶Ludouicus secundus alobrogū seu sabaudiensiū dux Amedei olim primi Ducis qui se fœliceȝ papam noīauerat filius:uir qdem multæ bonitatis īnocentiæ:& placabilitatis:necnon & eximiæ pietatis princeps:hoc anno postq̄ uno & trigīta annis principatū illum optime gubernasset: apud lugdunū galliaꝝ urbem a suo genero ludouico frācoꝝ rege uocatus ibidem christianissime mortem obiit:relicta post se pulcherrima:ac numerosa filioꝝ:ac filiarum sobole:ex uxore pulcherrima regis cypri filia suscepta:quoꝝ de numero Amedeus primus eius in regno successor fuit:secūdus Ludouicus cypri rex:postmodū a iacobo(ut dictū est)e regno pulsus.Tertius Io. Gebenaruȝ comes.Quartus philipponus:qui & ipse dux tādem fuit eo q̄ oīs linea Amedei fratris sui masculina defecisset. Quintus & sextus ambo eccl̄iastici epi.Minimus & ultimus iacobus uir bello non ignarus:qui nōnulla pclara in bellis peregit facinora.Filiæ ueræ ipsius in primis una extitit frācorū regina Ludouici regis coniunx:& Caroli octaui mater:alia mōtisferrati marchionis uxor:tertia bona noīe Galeatii mediolanensium Ducis nupta:atq̧ aliæ multæ. filios huius pme morat.

6661 1462 ¶Amedeus itaq̧ prædicti Ludouici filius tertius sabaudiensiū dux:hoc ipso anno in pr̄no regno succedens:regnauit ānis ferme.iȝ.Vir utiq̧ bonus īmo ex bona parentum radice optimus:placabilis sane:& innocens:piientissimus:ac iustissimus:atq̧ ingenti sanctimonia decoratus.Qui(licet comitiali morbo:quē alii caducū morbum uocant sæpius laborauerit)regnū tamen suū tanta prudentia:iustitiaq̧:ac æquitate semp gubernauit:ut in eo unquā quippiā querulosum auditum fuerit.Cuius īter cætera suæ laudis opera hoc pcipuum fuit:& quidē memoratu dignissimū:q̄ pauperes Christi mira cum pietate semp complexus est:quos &pfusissimis elimosynis etiam propriis manibus quādoq̧ confouebat.Eos sui regni strēnuissimos comilitones & fortissimos defensores esse contestans:qui Isabellam cordatā mulierem ludouici francoꝝ regis germanā ducens uxorē: ex ea aūt duos suscepit filios philibertū:uidelicet & Carolū in regno successores: quia post ipsius mortem cum philibertus natu maior in pueritia patri suffectus esset:statim q̄si e uiuis sublatus est: quo mortuo carolus paruulus eidē succedens:haud ml̄tū superstes fuit.Hic itaq̧ Amedeus uerus dei cultor & amator:tandē cum urcellis deuenisset ibidē adhuc iuuenis multa cū laude sui defunctus:atq̧ sepultus est:quo carnis sarcina exuto:suæ btītudinis famā signis & miraculis reliq̄t.Eius uxor isabella pp̄ter filii teneritudinē aliquot annos regnū omni cū laude administrauit. Morbuȝ caducuȝ patiebatur Pietateȝ huius cō memorat Isabella ei⁹ uxor fuit.

1999 1462 ¶Margarita bertaniæ regina:& Henrici regis ardentissima cōiunx:ex francoꝝ genere orta:hoc anno cum esset præcelsi animi uirago uno dūtaxat incredibili facinore se uniuerso occidenti illustrem & magnanimā declarauit:nam cum audiuisset regem maritum suū in bello ab Anglis superatum:& captum e uestigio collectis copiis maximo impetu hostem insecuta apud fractū pontem Eboracensem eūdem terrifico prælio uicit:captūq̧ inimicorum duceȝ in ultionem capti mariti statim securi percussit:deinde hostes fugitiuos cōsecuta:qui captiuum ducebant uirum:uidelicet itinere unius diei a londino seu londra eosdem uicit:& multis eorum cæsis:maritum recuperauit. Sed haud multo post apud Eboracum urbem:cum Edouardo:qui se eiusdem regni faciebat:& dicebat regem congressi:diu abstinatis utrinq̧ animis decertarunt:pugnatūq̧ est:continue per horas duodecim.Tandem uictu Henricus huius maritus:cum ipsa sua præstantissima uxore fuga se hosti eripuit. Verum Henricus in monasterio quodam se recipiens & latitans: ab hostibus cognitus:denuo capitur.Regina uero in Narbonam ad fratrem Renatum cōfugiens ibidem saluata est.Eo quippe in prælio cæsa fuerunt plusquam trigīta hominum milia adeo:ut fere omnis Vide uirtutē huius mlieris. Hēricus rex cum uxor̄ capitur.30. hominū milia cesa sunt.

Britãniæ nobilitas cecidisse credatur.

¶ Christophorus maurus: sexagesimus nonus Venetorꝫ dux: hoc anno in demortui paschalis loco oĩum ꝯsensu principis suffectus: ducauit annis.9.mẽsi.6.& die.7. Vir singularis clementiæ & humanitatis: ac multarꝫ rerꝫ experientia doctus sub isto principe res Veneta a turcis magna suscepit incõmoda: primo etenim sui principatus anno mahumetes ꝯtra rẽpu. grauissimũ mouit bellũ & primo qdẽ impetu q̃dringentos &.50. Venetos milites captos uno die oẽs occidi iussit. Deinde cũ ipse turchus corinthũ (ut ꝑmissum est) occupasset: & pelopõnesum sibi tributariã fecisset: Veneti euestigio ingentẽ classem cũ magnis copiis ad obsidẽdã corinthũ misere: ubi tumultuario opere in isthmo ueterẽ murũ fossamqꝫ ad utrũqꝫ mare ꝑtensam: ædificare cœpissent a turcis per iterruptas munitionis ex ĩprouiso adorti & ꝓfligati: infecto opere: omnes ad naues confugerunt. 1462 666

Isthmos qd sit.

¶ Isthmos aũt de qua nobis nunc fuit sermo: est q̃dã terræ pars angusta in pelopõneso: inter duo Maria cõ clusa: quæ ad cheronensum iter porrigit. De qua Ouidius in ep̃lis heroidũ: ait. Equora bina suis: oppugnant fluctibus Isthmon. Et tenuis tellus: audit utrũqꝫ mare. Hic.4. milibus ægeuꝫ mare ab Ionio sũmouit: & pelopõnesum angusto tramite bellandi annectit. Anno deinde sui prĩcipatus.3. Mahumetus idem turcus: Venetis calamatã ui abstulit: & eorꝫ exercituꝫ superauit: qua uictoria elatus in Albaniã mouit: & Dirachiũ expugnauit: atqꝫ alia nõnulla eorꝫ oppida in epiro ademit. Ad quẽ cũ legatos de pace ꝯtractãda transmisissent eosdẽ gladio euaginato a ꝯspectu suo sũmouit. Deniqꝫ & Euboeã insulã cũ calcide seu Nigroponte eisdem Venetis abstulit & diripuit: xp̃ianis quotquot in ea cõpræhendit ad unũ cæsis: cuius rei calamitate ꝑmotus ardentissimus prĩceps Christophorus maximis exercitibus a Pio põtifi. conflatis: cũ ingenti classe una cũ pontifice Ro. decreuit ꝯtra turchũ in bellũ ire. Sed dum classis ipsa in Anchonitano portu adesset ꝑparata: pontifex ibidem uita excedẽs: res tam sancta frustrata est. Reuersusqꝫ domi: quosdã magr̃atus in urbe ueteribus adiecit. Et p̃rio lignis ad uitæ humanæ necessariis duos uiros præfecit. Qui ex publica pecunia ligna ad publicũ usum q̃sita mercarent̃: & seruarentur: ut ꝯseruata t̃pe hyemis: eorꝫ inopia: in urbe laboraret̃: ut quũ opus postmodũ esset illa paupibus destribuerent̃ eodem: uidelicet: ꝓcio: alium insup magr̃atum trium uirorꝫ caducariorum instituit. Q ui ꝑ essent tributis tẽpore suo non solutis: quiqꝫ multa debitoribus irrogata: ipsi pignora caperent: & suo ꝓcio uenũdari facerent: ita ciues quoscũqꝫ ad tributũ soluendũ compellerent. Tertio magistratui aduocatorꝫ (cum sex ab antea forent) q̃ttuor addidit: qui in forensi turba & strepitu: & rerꝫ turbatione cãs circa tribunalia agerent. Alios & postmodũ præter illos cõstituit: qui in Riuoaltino foro: tm̃ causas agerent. Quintũ postremo magr̃atũ. De Armorũ prouisoribus creauit: pp grauissima othomani turci bella qui (ut diximus) m̃ltũ cruorẽ terra mariqꝫ effundebat. Qui armis ꝑessent ꝑpetuo: ut arma & oĩa ad bellũ necessaria mature ꝑpararent: hic inter cætera sua ædificia: monasteriũ sancti Iob intra urbem ordinis minorꝫ ꝓpriis pecuniis ædificauit: ubi & postmodũ moriens: se sepeliri fecit.

Ouidius · calamatã amisit · Dirachium etiã amittit̃ atqꝫ alia · Euboiaꝫ deniqꝫ ꝑdidit. · Magr̃atus primus · Magr̃atus scd̃s · Magr̃atus terti⁹ · Magr̃atus q̃rtus · Magr̃atus qnt⁹

¶ Mathias ioãnis uniadis seu uayuodæ filius scd̃o genitus: hoc ãno latislao ꝑst̃atissimo rege iuuene sine liberis defuncto: in regnũ hungariæ succedens regnauit annis.27. Hic ob mortẽ Comitis cilia a suo germano noĩe Latislao interfecto in carcerẽ a prædicto rege latislao raptus fuit: ubi quandiu superuixit: latislaus ipse rex seruatus est. Mortuo deĩde ipso latislao rege: dum in carceribus adhuc custodiret̃ decẽ & octo annos natus.9. calẽ. februa. inter quadraginta milia urorũ: qui apud pragam urbẽ medio in Danubio cũ glacie constricto impacientes magni secreti: uidelicet electionis exitum expectabant: rex acclamatus est. Quæ res matri (quæ adhuc primogenitũ capite abscissum deplorabat) ex repentina læticia exitiũ pœne fuit: quæ tot cladibus afflicta: filiũ prius regẽ appellatum audiuerit: q̃ uinculis exemptũ. Vir igit̃ Mathias rex oĩ ꝓconio dignus & regio potissimũ honore: qui infinita ꝓpe: tum diuina: tum humana gessit ꝓclara facinora. Delectus itaqꝫ & constitutus pãnoniorum rex Mathias: id Federicus cæsar iniquo perferens aĩo: confestim aduersus eum instruxit exercitũ. Sed Mathias ingẽtis aĩ adolescens: qui robustorꝫ militum: & q̃dem pugnacissimorꝫ abundabat numero: mox amplissimũ contra cæsarem coegit exercitũ: consertisqꝫ ꝓliis: sæpe amplissimã reportauit uictoriã: paceqꝫ cũ cæsare confecta: ne a genitore degenerare uideret̃: contra turcũ ingentia facinora gessit maxĩe: qꝫ hũgariæ regnũ bello consequi annitebat̃. Nec ꝓpea ullum eidem Mathiæ timorẽ iniecit. Et q̃q̃ copiæ mahumeti longe maiores semp fuerint: & regnuꝫ ipsius populatus fuisset: Mathias hic adhuc iuuenis cũ expedita manu illi sese obiecit. Dũqꝫ ad manus uentũ esset: tandẽ barbarus coactus est: terga dare: ubi in prima pugna ad.30. milia turcorũ cæsa fuere: propeqꝫ.x. milia capta & maiorem Bossinæ partem: qua ille potitus fuerat: recepit: & suo imperio Mathias adiecit. De tanta uictoria: ubi senatus Venetus certior factus est: legatos repente ad mathiam misit: qui cum ipso societatem inirent: & ut christianam rempub. omnem defendere posset: ipse senatus societate inita: octoginta milia nũmum auri quotannis soluturum spopondit. Atqꝫ ita in hunc modum Rex cum Venetis societate composita ĩnumeras clades ipsis turchis intulit. Et multo plura sui nominis magnitudine effecit: q̃ alius rex armis unq̃ facere potuisset. Erat tum taurini oppidum quod Belgraduni nostri appellant natura adeo munitum: ut non nisi obsidione expugnari posse uidebatur: quod mahumetus: & omni cõmeatu & tellorum multitudine munierat. Ad quod mathias castra mouens tã diu expugnauit: donec oppido potitus est: & ipsoqꝫ 1463 6662

Hic ĩ carceribꝰ detinebat̃ mr̃ huiꝰ ꝑ læticia q̃si mortua fuit.

cũ turco pugnat · 30. milia cæsa sũt turcorũ.

Belgradũ h̃ rex obtinet pragã ut bẽ cœpit

 ad solum

ad solum euerso: oēs milites qui in p̄sidio erant captos ad unum oēs occidi iussit. Ea uictoria tātā Federico cæsari uoluptatem attulit: ut ipsum misiæ iferioris quā Bohemiā uocant regem cōstitue rit. Ex quo ad urbē pragam cū exercitu contēdens: eadē post multā obsidionē compos factus est: neq; aīs ipsius Mathiæ uictorias hoc in loco referre uolo: ne nimiū cōtexaṫ historia: hoc unū de hoc rege uulgatissimū hēmus: q̄ merito cū Iulio cæsa. & Alexā. magno in oi re p̄ferri posset: sæpe-nūero (cū legendi auidus) in ipsius pluuinaribus īueniebaṫ: Liuius histo. aut curtius: & alios histo-ricos: legebatq; ardentissime sacras lr̃as: & ea quæ in his cōtinenṫ memoriæ adeo cōmēdabat: ut plæriq; admirarenṫ: his nāq; rōnibus adductus: nobilissimū suo in regno Gymnasiū constituit: ad quod exornandū peritissimos undiq; uiros accersiri fecit. Vnde factū est: ut quæ ad mores īstituta q̄ pertinebant eoꝶ Mathias non nescius euaderet. Non solertiā: non docilitatē unq̄ cōtempsisse uisus est. Iusticiæ autem quātū sese dederit: improbi ac p̄ditissimi hoīes mirifice ostenderunt: quos pœne oēs regno eiecit: bonos uero & bñficiis & honorib⁹ cumulabat. Eratq; adeo liberalis & ma gnificus atq; munificentissimus in oēs: ut oībus ætatis regibus anteiret. Nunq̄ hic princeps diuin⁹ certe in uoluptate nunq̄ in diuitiis: aut in honoribus: uel corporis bonis suum finē cōstituendū pu tauit: sed reiectis maiorū erroribus in xp̄ianā religionē se contulit: & in ipsam sūmam fœlicitatē: mentēq; omnē suam erexit: & in finem usq; cōtulit. Multas tñ simultates & bella cum Cæsare Fe derico habuit: adeo ut ipsi federico Viēnā imperii sedem & alias ciuitates: atq; oppida mł̃ta abstu lerit. Duxit autē Beatricē cordatam & eruditissimā adolescentulā Ferdināndi parthonopæ regis fi liam uxorem: ad quā (p̄pter ipsius ingentes uirtutes & eruditionē magnā) nos librū de claris mu lieribus nuper æditum dicauimus: ex qua nullos suscepit liberos: Ioānem tñ extra matrimonium susceptū filium habuit. Deniq;. 6. aprilis die anni salu. 1490. apoplexi correptus uitam cum mor te mutauit: illo Ioanne naturali filio relicto. Ex quo maximā contētiones inter proceres regni ex hortæ sunt. Aliis huic filio aliis Vlatislao Cassimiri filio Bohemiæ regi: aliisq; Maximiano impera toris filio regnum decernentibus. Res tamen inclinari uidebatur ad Mathiæ filium: quod is & pa ternos thesauros: & munitissima oppida cum præsidiis pœnes se habebat: sed nil eidem profuere cum ulatislaus rex a proceribus prælatus fuerit.

Auiditaté legēdi huius regis

uitia oīa uitabat: & rligionē amabat

Beatrix aragōia huius uxor.

6661 1463 ¶ Ioānes Bentiuolus bononiensis: hoc anno: prima octob. die Sancto in prīcipatu bononiæ suc cedens: præfuit illi ciuitati in præsens usq;: qui est annus sc̄dus supra millesimū q̄ngētesimum an nis. 38. Vir magnæ prudentiæ & admodū fortunatus. Non solū Sancto illi in urbis principatu: sed & in uxoris cōiugio successit. Acceperat q̄ppe p̄cessor suus Sanctus Genebriā sui sæculi speciosis simā adolescentulā Alexan. Sfortiæ Pisauri principis filiā uxorē: quo mortuo Ioā. hic speciositate & prudētia ipsius captus illā cōiugio sibi copulauit: ex qua p̄lē pulcherrimā mł̃tā suscepit. Ioā. igi tur hic Hānibalis filius fuit: qui filius fuit alterius Ioan. ab altera factiōe obtrūcati. Huius autē p̄f Hānib al ille fuit qui urbē seruitute oppressam: in libertatē uēdicauit: & Arcem in urbe p̄pl̃o inimi cam funditus euertit: plurimosq; ciues primæ pulsos ciuitati restituit. Tādem sūma reip. Bononiē sis in isto congesta: quē plæriq; mortales autumant & affirmant: unū esse: qui suo proauo dignus existat. Nam etsi plurimæ obtrectationes de hoīe isto circūferantur (q̄ Canetullos & maluitios conciues suos urbe eiecerit: ac uita undiq; quesitos priuauerit) nihilominus suo p̄silio: atq; prudē tia plurimi anni trāsiere: q̄ nec bellū: nec inimicitias ullas urbi illatæ sunt: suaq; circūspectiōe nul la in urbe annonæ charitate laboratū est: sed neq; ager uastatū: sua item prudētia discordiarum ci uilia pœne abiecta est memoria. Ex quo factū est: ut urbis dignitas & auctoritas: atq; amplitudo in dies magis: ac magis augeaṫ: q̄bus quidē rōnibus adeo conualuit auctoritate: ut & a ciuibus suis mirum in modū & ameṫ & uereaṫ. Tanta etenim ipsius auctoritas ea in urbe iam iam p̄ualuit ut nūmi p̄cussi ipsius noīe & effigie effigianṫ: ab Federico eius noīs tertio auctoritate obtēta: ex tant nihilominus huius præclarissimi uiri ea in urbe Bononia singularia beneficia.

Genebria uxor.

¶ Stephanus ultimus christianoꝶ missyæ seu Bossinæ rex: hoc anno fallacibus mahumeti turco rum regis blandimentis: ex quodam suo castello eductus: captus: atq; crudelissime uiris excoria tus est: quo mortuo: etiā eius patruum uenerandū senem crudelem īmodum obtrūcari præcepit: quibus interfectis etiam potētiores regni ad se uocatos in uincula proiecit: reliquum uero uulgus in seruitutem abduxit: regnoq; uniuerso uasto: atq; direpto filium suum secūdo genitum: eidē re gno præfecit: regina autē e manibus barbarorū ellapsa Ro. ad Paulum tum ponti. maximum cō fugiens ab eodem perbenigne & honorifice excepta est: & eidem quoad uixit ponti. honorificen tissime ex bonis ecclesiæ subministratū est: illud tamen regnum postmodum Mathias panonio rum rex (turco superato & profligato) conquisiuit: & suo regno adiecit.

Hūc excoriatū fuisse refert regina ro. uenit

¶ Bossina igitur prouincia ea est: quæ ab antiquis missia superior dicta est: inter Datiam & Thra ciam sita. Est quippe duplex missia: uidelicet superior & inferior: & ambæ prope danubium iacēt: & eas maiores nostri ceteris orreum uocabant. Est & missia in Asia phrigiæ helespondo adiacēs.

Missia duplex

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Alexander tartagnus p̄ria Imolensis: iurium utriusq; doctor: per hoc tempus: sciētia iuris: non solum apud Bononienses iam suos: sed tota italia germaniaq;: atq; Hispania late clarus est habi tus. Qui cum eminentissimi esset ingenii: ac profundissimæ doctrinæ uir: a mł̃tis doctissimis uiris

Aureus doctor fuit nuncupatus:q nõ solũ apud patauinos:ferrariẽses:bononiensesq; apud quos p.30.ferme annos publico munere excellẽtissime docuit:sed & apud cunctos:ut ita loquar Italiæ principes maximo semp fuit in pcio:unde & plurimi eorũ pro uiribus satagebãt:imo & decertabãt:& pollicitatiõibus:atq; pmiis pmaximis eũ ad se pellicere:existimãtes pfecto se fore beatos:si tãti uiri psentia & cõsilio suas curias decorare possent. Hic itaq; cũ doctor pacutus & in docẽdo disertissimus:nosceretq; plenissime qcquid in legibus sciri põt:eẽt quoq; iustissimus:in ultimũ usq; uitæ suæ finẽ Bononiẽsiũ Gymnasiũ ex frequẽtiũ Scholariũ ad eũ ex omni Italia:Hyspania:& Germania:cõfluentiũ mirũimmodũ illustrauit. Tãto etenim in pcio habitus est:ut scholares eidẽ tãq̃ Pithagoræ philosopho uenerationẽ attribuerẽt. Et qcquid Alex.dixisset:id discipuli oẽs cõtra i disputatiõibus cõtradicere nephas existimabãt:utrũ ita eẽ uel ne:queadmodũ Alex.dixisset docuit:itaq; Alex.hic ab anno ætatis suæ primo & uigesimo:quo doctoratus isignia suscepit usq; ad annũ uitæ suæ qnquagesimũ tertiũ:quo & mortuus est:q fuit septimus & septuagesimus salutis nr̃æ supra millesimũ quadringẽtesimũ:scripsit aũt Alex.hic ad multorũ istructionẽ hæc q̃ subiecta sunt librorum uolumina. Et primo sup toto codice:ac sup oĩbus ptibus.ffor.in totũ uolumina octo pmaxima & q̃ plures additiões sup toto iuris corpore:& pcipue sup tribus libris codicis. Quinq; alia pterea cõsilior uolumina cõposuit egregia:quæ qdẽ mirificã apud eruditos obtinẽt auctoritatem:atq; fidem. Deniq; de deo deq; hoĩbus peroptime meritus Bononiæ uisæ finem faciẽs in diui Dominici templo sepulchro marmoreo sepultus est:tribus post se masculis filiis relictis Antonio:uidelicet iuris ciuilis & pontificii dignitate insignitus & aliis duobus.

¶ Dionysius natiõe theutonicus carthusiensiũ ordinis professus uir & theologia:atq; aliis disciplinis eruditissimus hac tẽpestate clarus habet:qui cũ esset igenio subtilis & eloquio disertus tot & tãta scripsit:ut numero opusculor pter diuũ patrẽ Augu.apud latinos parẽ habuerit neminẽ. Quod plane domũ scribẽdi potius cõtemplatiõe & oratiõe eũ assecutũ reor q̃ alia studior solicitudine. Hic itaq; diui Hieronymi exẽplo in lege domini meditãs die ac nocte dulce iudicabat:semper aliquid:aut legere:aut scribere:aut certe interpretari:de cuius opusculis hæc referuntur.

Et primo super sententias li.4. Super totum uetus & nouum testamentum li.77.
In septem psal.penitentia. li.i. De documentis autẽticis li.i. Expositionẽ missæ. li.i.
Dialogum de celebratiõe li.i. De cõmunione li.i. Compendium philosophiæ li.i.
Cõpendium theologiæ li.i. Dialogũ philoso.& theologi.li.i. Sup bti Dionysii li.3.
Sup.ii.epistolis Dionysii li.i. Super Boetium de consolatione li.i. Sermonum. li.i.
Sũmariũ sancti Thomæ li.i. Sermones de sanctis & ad religiosos & alios li.3.
Anotatiões suor operũ. li.i. Vbi cõmẽorat se edidisse pter pdictos li.cẽtũ:quos singulatim cõmemorare lõgũ eẽt:obiit deniq; in anno salutis nr̃æ.1471.nõ sine magno sanctitatis præconio. Transtulit præterea e græco in latinũ Io.Cassiani libros ad faciliorem stilum.

¶ Bessarion nicenus cardinalis & cõstãtinopo.patriarcha uir undecũq; doctus: phs iprimis & idẽ orator disertissimus atq; utraq; lingua sciẽtissimus hac tẽpestate i pcio existens: quædam præclara sui ingenii uolumina edidit:quibus suum nomẽ ad posteros trãsmisit:maxima cum gloria. E quibus extãt subiecta. Aduersus Marcũ ephesinũ episcopum. De spiritu sancto. Scripsit & insigne ac præclarũ opus:q cõfutatio eẽ pnotauit li.i. In illo uerbo sic eum uolo manere li.i. In.philosophiæ Platonis laude li.5. laudes priæ suæ li.2. Ad græcor Impatorẽ li.3. Oratiõesq; & epistolas pene innumerabiles. Et alia multa.cũq; lib.pene inumerabiles in omni sciẽtia tã græcos q̃ latinos coaduasset:& eosdẽ sane ornatissimos:illos senatui Veneto ad ornatum publicum moriens ex test. legauit:obiit tandem ætate grandeuus in legatiõe galliarum anno salutis nostræ.1474.

¶ Ioannes de indagine natiõe Theutonicus carthusiẽsium ordinis prior diuinar scripturar admodũ studiosus:& apprime eruditus maximeq; in iure canonico egregie doctus: his temporibus clarus existẽs:multa pclara uolumina aperto sermõe cõscripsit:quæ qdẽ hoĩs eruditionẽ & doctrinam præ se ferunt. Quorum de numero hæc sunt.uidelicet. De laudibus paupertatis opus isigne. De casu religionis li.i. De uita religiosorum li.i. De uita adolescentium li.i. De humilitate & superbia li.i. De ornatu interiori li.i. De gratia & libero arbitrio li.i. De natura & gratia li.i. De perseuerantia li.i. De spiritu:corpore:& anima li.i. De mandatis prælatorum li.i. De charitate & dilectiõe li.2. De meditatione li.i. De inquisitione boni li.i. Contra Bohemorum errores li.i. Contra eosdẽ adhuc li.4. In regula diui benedicti li.i. Atq; alios numero.38.libros. In libros autem bibliæ multos commentarios elegantes eum edidisse ferunt.

Papa 220. PAulus eius noĩs secũdus papa:patria Venetus:patre Nicolao : matre Polixena natus: 1464
Petrus barbarus antea uocatus:eugẽii põtificis ex Sorore nepos.hoc anno pridie Kal. Septẽbris:ex cardinale sancti Marci põtifi.pio suffectus:sedit annis.6.& men.10. Magni certe animi:magnæq; prudẽtiæ uir:corpus habens magnũ & uastũ ac maiestati põtificiæ dignũ. Qui pontificatu adepto:mox eius maiestatẽ:tum auctoritate:tumque armis augere conatus est. Nã & duo bella toto suo põtificatu in Italia suscepit:quæ nulla re prius bello repetita:
Tolpha urbs sed isidiis primo ichoata:postea deseruit. Tolpham.n.ueterẽ obsidẽs & oppugnãs supueniẽtibus regiis copiis:quæ cũ ursinis militabãt.cũ adhuc sexaginta passuũ milibus abesset. repente obsidionem soluit

nem soluit:& locum deseruit. Eo etiam modo Robertum Sigismundi malatestæ filium aggressus est:qui cum Ariminum aliquandiu oppugnasset:& aliqua eius suburbia tormentis lacerasset: ab regio & florētino exercitu fusus atque fugatus:obsidionem soluere coactus est. Hic etiam ubi pontificatū iniit:oēs statim abbreuiatores:quos pius pōtifex prædecessor suus instituerat:abrogauit:& auctorauit:& canonicos regulares se sancto Ioāne Laterano a Calixto pōtifice pulsos restituit. Multa apud sanctū Marcū & in uaticano extruxit:quæ uiri magnificētiæ dignitatē præ se ferūt. fuit iter cætera iustus pōti.& pauperū:ꝑsert in cardinaliū:epōrū:principū: & nobiliū uirorū amator:quos una cū uirginibus:uiduis:& egrotis:ꝓpriis pecūiis frequēter iuuabat. Eiusq; ꝑcipua cura semp fuit:ut oīa ad uictū necessaria urbi nō deessent. Sed in hoc aliquātulū reprahēsibilis fuit:ꝙ in colligēdis pecuniis & iocalibus ꝑciosissimis nimiū diligēs extitit. Et īperio cū oīa ageret: odiosus oībus erat. deniq;.x.cardinalibus creatis(quos iter Frā.a Ruere Saonēsis unus fuerat)& cū annos plurimos uiuere sibi psuaderet:anno salutis nr̄æ.1471.5.cal.Augu.hora secūda noctis:cū eo die læ tum cōcistoriū habuisset:& iocundissime conasset:apoplexi correptus uitam cum morte mutauit: cuius corpus cum in uaticano sepulturæ traditum esset. Sedes uacauit dies.9. Cui & postmodum incredibile sepulchrum marmoreum a suis nepotibus cardinalibus erectum est.

a robert. Malatesta fusus fuit canonicos regulares pulsos restituit Amator pauperū Impiosus erat

664 1465 ¶ Carolus aurelianensis dux:hoc anno patre defuncto:in paternum regnum succedens: regnauit annis.23. De quo nihil habemus dignum:aut certe indignum:nisi ꝙ cōtra Carolū Frā. regem Frācisci Bertaniæ ducis partes nimiū fauebat:pro quibus:& tandē mortē suscepit. Die etenim octaua & uigesima Iulii mensis:anni.uidelicet.1488.dum Carolus frācorū rex per suos duces: contra Iacobū bertaniæ ducem magnū exercitū direxisset:& Dux ipse Bertaniæ:hūc Carolū aurelianensem ducem ac orenge principē:suas in partes in prælium asciuisset:facto cōgressu multa hoīum millia ex utraq; parte cecidit. Fugato demū Francisci exercitu:hic Carolus & Orenge princeps compræhensi:ad regē captiui adducti sunt. At rex mox centurione uocato: euestigio huic Carolo tanq̄ regiæ maiestatis subdito & rebelli:caput abscindi mandauit. Ludouico filio post se successore relicto:qui postmodum regnum francorum ex successione consecutus est.

Iacobus dux bertaniæ dux orēge

1465 ¶ Gulielmus mōtisferrati Marchio:hoc anno Ioāne fratre sine liberis defuncto in regnum paternum succedens:regnauit annis.18.uir certe perhumanus:pientissimusq; ac christianæ religiōis & iusticiæ præcipuus amator:qui a iuuentute sua arma semper cū ingenti laude tractauit. Quiq; in omni genere ludis:quæ in principe expetere solent:præ cæteris Italiæ principibus illustratus admodum fuit:imo & unicus uisus est:qui ceu sol inter sydera resplenderet: adeo nanq; inter principes emicuit:ut nō modo angustis mōtisferrati finibus:sed & diademate totius Italiæ:cum in eo essent omnia optimi principis ornamēta. Ipse enim ex quo placatū per oīa suum haberet regnum:uideretq; oppidū suum Casale:quod sancti Euasii appellatur:sui principatus sedem ex frequentia populorū nimiū angustū illud imprimis mirifice amplians nouis muris ex cocto latere cū turribus crassissimis ampliauit. Et ex oppido ciuitatē auctoritate apostolica constituit: atq; episcopum sibi ex more dari uoluit. Vrbeq; cum omni pompa constituta:in eadem pluribus in locis per se & per ciues suos ædificauit:& supra quam dici possit splendide atq; magnifice: fuit Gulielmus corpore uasto uultuq; placido & illari semper:cuius inter cætera summa erat ne quis a se abiret tristis. Et cū rem diuinam diligenter semper curaret:etiam mirum immodum religioni fauebat. Monasteria omnia tam fœminarum quam uirorum & ædificiis & moribus instaurauit: quibus & sacerdotalia indumenta pro posse condonauit:duxit autem Helisabeth Francisci Mediolanensium Ducis filiam uxorem:ex qua dumtaxat cum unicam nomine Blancam suscepisset filiam:moriens: Bonifacium fratrem habuit successorem.

Casale fit ciuitas

Ei⁹ corporis descriptionem facit

Helisabeth uxor fuit.

¶ Iacobus cognomento piceninus Nicolai picenini illustrissimi Imperatoris filius: Vir strenuus ac prælhandi scientia scientissimus bellatorūq; sui tp̄is ꝑfecto acerrimus:hoc anno a Frācisco sfortia Mediolanensiū duce & Socero suo a Sulmone marsorū oppido suo in lombardiam uocatus: maximo cū gaudio & plausu in Mediolano exceptus est:ubi & paululum cū omni festorū genere permāsit. Verū haud multo post ad ferdināndum parthonopeū regem sub iureiurando quod nulla eidem inferreretur molestia:ab ipso socero Francisco Neapoli missus est. Ea uidelicet cōditione: quod quotienscunq; ipsi Iacobo & Socero libuisset:incolumen ipsum dimittere & reddere teneretur. At Iacobus fidei Soceri plurimum confisus:lætus ad ferdinandum regem concessit. Vbi non multo post iussu regis infidi:immo & perdi hominis in carceribus una cum filio inclusus est: atq; paulo post uita priuatur. Iste etenim Iacobus ille est:qui præclara facinora in bellis gessit. Et quoad uixit:& ad pacem & bellum gerendum. Vbique clarus effulsit.

Præter fidem datam occisus fuit

6665 1466 ¶ Galeatius maria uicecomes quintus Mediolanēsiū dux:hoc anno mēse martio eius patre Frācisco sfortia defuncto:absens dux declaratus:regnauit an.9.& men.10.prōptissimi ingenii uir atq; excelso aīo princeps:sed uita rebus in aliquibus suo auūculo Ioanni duci similior quā patri Francisco aut Blanchæ matri suæ mulieri peroptimæ. Quæ mulier prudentissima & ꝓpe diuina ex mēte oīum populorum mortuo Francisco uiro suo Imperium Mediolanense una cum filio regere & administrare debuerat. Sed ipse tanquam alter Constantinus septimus græcorum Imperator: non diu tulit sanctum matris imperiū:Blancā etenim matrem: sicut & ille Hyrenem genitricem

Vide infidelitatem filii contra matrem

post secundũ annum(ut solus iperaret)ab admĩstratione eiecit:ipsa aũt uiuente & secũ regnante moderatus satis uidebaẽ.Verũ illa defuncta in multis sese infecit flagitiis:utpote auaritia libidine & superbia:pp quæ maximũ in se ciuiũ suoꝝ concitauit odiũ:& indignationẽ.Id tñ bonum de illo ferebatur: quod licet nimiũ in colligendis pecuniis diligens hẽretur:attamen nunquã ab iustitia:nec per se:nec per suos declinasse uisus fuit:quinimo cum expauesceret diuinũ iudiciũ largissimas sæpenũero erogabat elemosynas:atq; cũ aliquãdo aliqua p̃meret tribulatione:se maximũ confitebaẽ peccatorẽ:& se obnixe orationibus seruoꝝ dei cõmendabat:& iuxta Danielis p̃phetæ documenta:peccata sua elemosynis redimebat.Quæ qdem res:hoĩs fidei maximũ fuit iudiciũ. Aliud p̃terea memorabile dignũ præ se ferebat:quod sicut in ostentatione reꝝ temporaliũ profusissimus hẽbatur:sic & in diuinis celebrandis: supremos ex oĩ occidente ad se uocauit cantores: ipse quoq; cũ multa memoratu dignissima in urbe mediolano & extra extruxisset ædificia:& potissimum urbis suæ uias ex sectis lapidibus sterni fecit:insuper & cum paternũ ærariũ pecuniis exhaustum reperisset:tãtas postea ꝯflauit diuitias quãtas unquã prædecessorũ suoꝝ fecerit quispiã: uerũ cum ĩmoderata mulieꝝ libidine uteretẽ:pro qua posthabita suæ maiestatis honestate:mĩstas uirgines stupraret:matronasq; ĩpudice nimium uiolaret:tandẽ in eum coniuratione facta a domesticis suis in festo sancti Stephani,p̃thomartyris:& in ecclesia ipso sancto dicata:uniuerso astante pp̃lo:omnibusq; aulicis ipsius a coniuratoribus multis uulneribus turpiter confossus:anno ætatis tertio &.30.occubuit:relictis post se duobus filiis:Io.Galeatio eius successore:& Hermete ac filiabus.Blancha nunc ĩperatrice:& Anna ex bona ducis sabaudiæ filia uxore susceptis.

Vicia ei⁹ describit magnæ fidei uir fuit.

Diuitias multas aggregauit.

A suis ꝯfossus. Bona uxor.

¶ Carolus manfredus Fauentiæ urbis flãmineæ princeps:& ecclesiæ Ro.ibidẽ uicarius:hoc anno martio mense:Hestore patre uiro p̃stantissimo defuncto:eius loco succedens.14.ferme annis regnauit.Vir uriq; bonus ac perhumanus & liberalis:sed quadã imprudentia notatus:ut rerũ exitus comprobasse uisus est.Huic duo fratres ex eodẽ patre erãt:quoꝝ primus Federicus urbis ep̃s: minimus uero Galaotus:aĩo & uirtute cõspicuus:cuius uirtutem cũ suspectam haberet:essetq; aliquãtulum infestus:euestigio eũ urbe pepulit.Et urbẽ deinceps ep̃i fratris cõsilio gubernare decreuit.Quæ res eidẽ ruinã non minimam peperit:nã cum idẽ frater ep̃s ciuibus & populis necessaria ad uictũ subtraxisset:ut charitatẽ frumentariã suscitaret:maximũ odium plebis in principẽ cõcitauit.Verũ aliquãdo cũ ĩfirmitate grauissima laborare cœpisset:& eã ob rem lecto decũberet:ciues illum mortuũ fore arbitrantes:cõfestim Galaotũ urbi & populis gratũ uirũ armis excitatũ: ex Rauẽna in urbem introduxerunt.Moxq; carolo in castrũ fugato:ipsum Galaotum principeʒ acclamarunt.At carolus hic una cũ uxore sua illustri fœmina(ex uaraneoꝝ Camerini principũ nata) suis cũ diuitiis urbẽ pacifice deserens:Neapolim ad Ferdinandũ regem ꝓcessit:demũq; Ariminũ reuersus ibidẽ tandem suspitiõe ueneni dati:uitam mœstam finiuit:hic cũ bonus regulus hẽreẽ: urbem suã imprimis mirifice gubernauit:illãq; sua ĩpensa mirumĩmodũ instaurauit:ac illustrem plurimũ reddidit.Illa enim amplificauit & nouis muris ex coctis lapidibus cũ fossis,p̃fundissimis cinxit pallaciumq; sui dominii:non solum pulcherrimũ sed & supbissimum a solo quasi extruxit atq; alia permulta beneficia urbi contulit. 1466 6667

Vxor huius uarana fuit. Bonitatẽ hoĩs describit

¶ Sigismundus malatesta Pandulphi malatestæ extra matrimonium filius:hoc anno cum trigita & eo amplius in urbe Arimini regnasset annis:octauo calen.decembris.grandæuus uitam finiuit.Huius principis gesta uario referunẽ modo.Porcellus quidam romanus poeta disertus:euʒ suis carminibus miris effert laudibus.Nam de ipsius uirtutib⁹:duodecim uersu p̃claras edidit epistolas:quæ plane tantã laudẽ atq; gloriã de eo præ se ferunt.Vt unicus suæ tẽpestatis princeps fuerit iudicatus.At cõtra Pius papa eius noĩs secundus clarissimus testis:asseuerat ipsum spuriũ:omnibusq; uitiis inquinatum:& nulla prorsus uirtute redemptum:quod suam ætatem omni flagitiorum genere fœdasset:ac uniuersum pœne orbẽ turpissima sui noĩs fama fœdasset:uidelicet infidum:hereticum:proditorẽ:homicidã:parricidam:libidinosum:flagitiosuʒ:machinationũ structorem eũ uocans.Et iõ a plerisq; pontificibus romanis & diris excõicationibus & armis multipliciter afflictus fuit.Hic tres successiue duxit uxores:primã.s.Crimignolæ comitis filiã:a qua dote permaxima recepta:mortuo p̃re:illã repudiauit:secũdam Nicolai estensis ferrariæ principis filiã nomine Genebriã optimã mulierem:quã nihilominus & paulopost ueneno substulit.Tertiam uero Frãcisci Sfortiæ filiã modestissimã:quã etiam sine ulla criminis nota:tandẽ propriis manibus strãgulauit:nulla ab ipsis prole suscepta.Istũ itaq; principẽ:q̃q̃ Pius ip se põti.Ro.asseueret fuisse oĩbus opprobriis ĩquinatũ:in rebus tamen bellicis strẽnuũ ipsum extitisse affirmat:atq; eũdem in rebus gerendis splendidissimam & liberalissimum. 6666

Porcellus poeta. Pius papa eum mĩtipl̃r dãnat.

¶ Robertus autem malatesta prædicti Sigismundi ex concubina filius:ipsi suo genitori hoc anno in principatu Ariminensi succedens.regnauit.13.annis:& mensibus.x.Princeps in malo patri dissimilis:in bono uero persimillimus.militari imprimis scientia clarissimus & liberalibus disciplinis apprime eruditus:quem certe ab corporis & animi dotibus:cum quouis optimo principe & regulo cõparare merito possumus:qd & gratia:liberalitate:magnanimitate:aliisq; uirtutibus:oĩum et aduersarioꝝ beniuolentiã sibi cõparauerit:& pro Venetis maxĩe(sub quoꝝ stipendiis diu militauerat)ĩfinita mortis pericula subiit:in qbus etiam tãdem mortem accepit.Hic itaque prĩcipatu 1467 6668

Mirifice hũc laudat.

suscepto:

susceptorut se a pontificalibus copiis defenderet:euestigio cũ Galeatio mediolanẽsiũ duce & flo-rentinis se cõiunxit:& ab eisdẽ auxiliaribus copiis susceptis:in exercitũ pontificis (qui ipsius urbis suburbana occupauerat)ingenti animo irruit:& illũ magno impetu ꝓfligauit.Oppidaq; oĩa quæ pontifex ipse ex Ariminensi agro patri ademerat:cũ ingenti gl̃ia mox recuperauit.Cognita post modũ eius in bellis pertractandis uirtute atq; præstãtia.Senatus uenetus illũ in locũ Bertholomei coleoni nuper defuncti surrogauit:qui ingentia facinora:& ea q̃dem ꝓclarissima cõfecit:tum ma xime in bello ferrariensi:contra Alphõsum calabrorum ducem fortissimũ.Quem in acerrimo cõfli ctu:quẽ non longe a Roma cõmisit:adeo superauit:& ꝓfligauit cum uniuerso exercitu:ut nisi Al phonsus ipse belli impator fuga sibi salutẽ comparasset:& ipse captiuus in triũpho cu; cæteris suis cõmilitonibus ignominiose Romã perductus fuisset.Eo igit̃ in conflictu & acerrima pugna.Ro bertus hic tñ contraxit algorem:ut romã reuersus in maximã repente inciderit desinteriæ egritu dinem:ex qua haud multo e uita migrauit:quo mortuo:Sixtus ponti.non sine lachrymis eius cor pus Ariminũ suis impensis honorificẽtissime transmittere curauit:ubi & in sepulchris maiorum eu; sepelliri mandauit:qui cũ nullũ ex helysabeth uxore:Vrbini ducis filia:hẽret filiũ:Pandulphum ex concubina susceptũ:ex testamento sub uxoris tutella dimisit hæredem. Põtificis exercitũ ꝓfligauit calabriæ dux superauit Helysabeth uxor.

1467 ¶ Sigismundus federici cæsaris ex fratre nepos:austriæ dux:hoc ãno alberto patre defuncto:no nis decẽbris:in p̃rnũ & auitũ regnũ succedens:ducauit ãnis.12.Vir q̃dẽ mãsuetissimus:& pacis po tissimũ amator:ac pecuniarum cõtemptor:xp̃ianæ quoq; religionis obseruator:qui oẽm ferme uitæ suæ cursum sub Federico cæsare patruo suo pacifice transegit:hic multas lites in germania:& ita lia sua auctoritate cõpescuit:maximeq; iter mediolanẽsem ducẽ & heluecios pacẽ cõposuit:labo rauit ꝑterea plurimũ liberare Cichum Calabrũ in carceribus:a mediolanense duce inclusum:sed frustra. A uenetis autẽ prouocatus occasione cõfiniũ:contra eos.x.regni sui anno bellũ mouit:un de & auxilio Saxoniæ:& bauariæ ducum cũ magno exercitu ad Rogeredũ oppidũ accedẽs:illud euestigio machinis oppugnatũ cõplanauit:postmodũ cu; Venetis duce Boberto Sanseuerinate collatis signis confligens:multos hostes occidit:& multa eorum oppida cœpit. Verum postea pace cõfecta:restitutis oppidis in patriam rediit:deniq; sine liberis deficiens:Maximianũ consobrinu; nunc imperatorem habuit successorem. Contra uenetos bellũ gessit. Saxoniæ & bauariæ duces

animo calidus: ut fidem suis conatibus faceret: simulata religione bellum contra turchos parare ubiq; uulgauit. Maximæ inimicitiæ inter Ludouicum sfortiam tum mediolani gubernatorem & Alphonsum Apuliæ regem Sororii de imperio mediolanense subortæ erant. quod idem Ludouicus gubernator Ioanni Galeatio Duci nepoti: & alphonsi genero regnum cedere nolebat. At ludouicus astutissimus uir cum urgeri se animaduerteret: cum carolo isto regnorum cupido egit: & promissis & precibus: ut apuliæ regnum: quod sibi hereditario iure debebatur: uendicaret. Carolus itaque rex regnandi desiderio cupidus: cui quott die etiam herebant lateri continui regulorum ex Neapolitano regno proscripti lamentationes: & plebeus totius regni fauor: & conditiones ludouici sfortiæ oblatæ in italiam tandem cum pacato exercitu & quidem magno descendit: primumq; in astensem urbem aliquandiu substitit. Ibidemq; rerum ordine firmato per Ethruriam exercitum traducere decreuit. Cunq; inde discessisset. Ticinum uersus maturauit: & ad languentem ducem mediolani consubrinum uisitatum se recepit. Deinde uersus florentiam proficiscens: petrus medices reipublicæ florentinæ moderator eidem occurrit: & Sarzanam oppidum rei florentinæ ianuam primum libera manu tradidit. Deinde petram sanctam: portūq; pisanum & pisam urbem insignem suæ ditioni supposuit. cui rex gratias egit: & pisanam urbē mox libertate donauit. Et inde post Lucam se recepit: ubi & a Ciuibus illis molestissimis honorificentissime susceptus fuit: pastoq; affluentissime omni exercitu: postera die florentiā uersus maturauit. Vbi quæ gesta a petro medice fuerant intellecta: ipse petrus confestim a populo florentino patriæ hostis adiudicatus est. Quamobrem urbem pellitur: & eius bona subastātur. Interea ad Regem oratores dantur: qui ipsum in urbe comitentur: quo intrante uniuersa ciuitas blandita est. acceptis autem a florentinis centum milibus aureis: mox inde Senam aduolauit. Vnde & ab ipsis ciuibus decem pondo auri exigens: Romam concessit: & a summo pōtifice alexandro comiter tandem exceptus est: & in edibus sancti marci hospitatus est. Galli autem quum nōnulla inhonesta in urbe exercere cæpissent. Romani indignati plures trucidarunt: & multo plures Tiberis q̄ gladius interemit. Tandē omnia inter pontificem & regem cōposita: fœdus inter se inierunt. Et ut rex cautior fieret pontificis filium Valentinum pro obside petiit: & accepit. Rebusq; ita compositis: rex cum bona pontificis uenia ad bellum destinatum accessit. Vbi mox campania in deditionem accepta montem fortinum & castellū regi prælio adortus: illud ferro & igne funditus solo complanauit: quantam ibidem crudelitatem exercuerit: nemo certe explicare posset. His crudeliter peractis maximum terrorem in uniuerso regno incussit. Verum cum capuam alias ciuitates paruo negocio in deditionem Gallus accepisset: ad urbem Regiam munitissimā peruenit: illamq; cum regii milites: & ipse alphonsus & eius filius Ferdinandus timore perculsi deseruissent: ad francum tandem defecit. Iam parthonopeum militem de diuidendis rebus cura inuaserat. Nolæ & Capuæ equorum greges stabulabantur. Studium fuit militiæ maioribus omnis raptum iri. Et sic relicta ciuitate: alii nolam: alii capuam se receperunt. At ferdinandus nouus Rex militiæ expers: cum pauculo exercitu flens capuam uersus festinauit: nec capuani eum minime admissum fecerunt. alphonsus aūt Rex naue oneraria cum suis diuitiis honusta Trinacriā adnauigauit. Reliqua filii & fortunæ reliquit: Ferdinandus & ipse mox cum suis ad ischam insulam trepidus & mœstus traiicit. Ouans igitur carolus rex militari more ac imperatorio ordine ciuitatem: die prima ianuarii: anni salutis nostræ. 1495. Itaq; carolus in diebus tredecim uniuersū apuliæ regnum a tarento Salernum usq; ad italiæ extrema miro successu sibi uēdicauit. Quibusdam maritimis urbibus exceptis. Quæ in fide ferandini Regis semper permanserūt. aderat tūc paulus Triuisanus uenetus legatus. Qui in hæc quæ scripta sunt. Dum hic Bergomi præturam ageret postea rettulit: qui tantarum rerum magnitudine attonitus extitit Regem: uidelicet iuuenem annorum uigintiquattuor: tam magna in paruo quasi momento confecisse. Rege igitur sæpiuscule ciuitate cum omnium beniuolentia ciuitate Neapoli illustrata. Tandem populum pro concione habuit. Quem in hæc uerba alloquutus est. Non ueni ad uos o Neapolitani ciues quorem uestram dissipem aut euertam: sed ut augeam & honestem. Vt primum deo uiuenti gratias habeo qui me tanto munere donauit & decorauit ut sine ullo genere belli rex Neapolitanus sim & dicar uobisq; plurimum deo: qui tyranno pulso regem uestrum ultro suscepistis: & credo uos in sententia sic permansuros: ut sine milite & præsidio regis francorum nō solum ciuitas: sed omne regnum tuebitur: & q̄ deest propediem nostrum erit. Qualis fuerit Alphonsus rex iste uester: docuit eius rerum exitus priamus rex ætate maturus hectore orbatus tanto hoste circūdatus: quo ciuibus auxilio foret ciuitatem ilionem non deseruit. Vir iste Alphōsus hostem aspernatur: & fugit. Et quo dementiam suā magis: magisq; ostendat intra fana se continet: non quo deo: sed quo uentri deseruiat: tantum inter me & ipsum interest: quantum inter deum & demonem: damnat Alphonsus gallum: quod regium fecerit nihil. Et si solum regnum Neapolitanum ab infensissimo tyranno occupatum nunc liberatum est: non ne facinus dignum rege. Si miseri & extorres rebus suis restituti sunt: non ne magnanimi regis fuit: forte cogitabat Alphōsus regia esse: quæ ipse operabatur: uidelicet sanguinem bibere: aurum sitire: iniuste occidere: pro arbitratu fallere semp̄ mētiri: inimicis blandiri: iter cōiuias sfortia enarrare: gesta recēsere. Sed credite uiri Neapolita

Italicū bell um enarrare in cipit

Rex astē itrat Ducem mediolani infirmū uisitat

sarzanā portū pisanū pisa libera fit

lucā uadit

petrus medices expellit̄

rex Romā intrat

galli trucidāt̄

carolus urbē recipit alphōsus fugit sic & filius post eū tp̄s quo regnum accepit

paulus triuisan⁹ legatus.

Oratio regis ad neapolitanos

Priamus rex ilii

ni regii mores ab Alphonso penitus distabant. Regum enim proprium est: parcere: donare: fidē seruare: amicos extollere: ciuitates augere: ciues ditare: iustitiam fouere: uirtute delectari: & cum bonis esse. Hæc quidem regia sunt. O ciues quantum deo debetis: qui uos tanta liberauit seruitute. Tunc quidem Serui: nunc liberi: qua libertate omnes uos & ciuitatem hanc hodie dono: legibus uestris uiuere: libera & immunis ciuitas est. Vt finem dictis fecit carolus rex: populus omnis clamore sublato: francum. Vt Regem salutauit & adorauit: his peractis Romam nuncios misit qui regni titulum rogarent: pontifex uero negocium in aliud tempus distulit: & oratores uacuos remisit. Sed ueritus regiam indignationem: cum Regibus imprimis Romano hispano: & Ducibus ueneto & sfortiano: ac eorum confœderatis: fœdera mox percussit. Quod quidem gestum cum Carolo huic regi nunciatum est. Et si rem dissimulasse uisus est: tamen quodam cordis dolore præmebatur. Verebatur etenim dum pluribus intenderetur ad neutrum sufficere. Et tūc de profectione ad patriam cogitare cœpit: ante quam montes niue obseuerentur: ita ut gallis neq italia ingredi: neq egredi facultas esset. Et ne ludouicus sfortia. Qui iam ab ipso rege desierat: trāseuntibus impedimento esset: actum est. Vt Dux aurilianensis bellū ipsi ludouico moueret. Dūq ibi bella geruntur: ex Neapoli Rex soluit. Relictis qui regnum custodirent. Vt regium autem aduentum pontifex alexander Romanus præsensit urbe excessit: & ad urbem ueterem se recepit interea nouaria per proditionem ad Orlianensem defecit: quæ res sfortiano magno fuit dolori atq incommodo: interim rex Romam ingressus: recessum pontificis indoluit. Biduoq ibidem exacto soluit: & intereundum Toscanellam umbriæ ciuitatem galli solo equarunt: incolis omnibus trucidatis. Cumq pontremulum nobile Ethruriæ Castellum peruenissent: & mōtium aspera rex pertransisset: magno tam hominum quam Equorum incommodo: parmam uersus maturauit: apud quam exercitus maximus confederatorum se eum expectans sedebat. rex suū exercitum ad fur nouum rusculum: in colle constitutum locauit: cui a leua Tarrus fluuius est. rex hōstium multitudine perculsus oratores confœderatis dedit: qui regem ad patriam securum ire p mitterent responsum fuit: armis uiam sibi apertiendam fore: at rex animo minime fractus militem ad concionem conuocat dicens. Non meæ temeritatis fuit uiri fortissimi. Hanc tam grandem uelle aggredi: ni uirtus uestra ad hæc me hortata fuisset: ac fides sfortiana: quæ si in homine permansisset: haud pugnaremus: sed cum perfidorum natura plus malignitate quā uirtute gaudeat pugnando euitandū est: ut ipsam superemus. Nam facilius erit uincere quā incipere: miles mercenarius est: potius timore quam amore pugnat: & ideo non est quod timeatis. Maiores nōstri pugnando orbem peragrarunt: & ex hostium manibus trophæa reportarunt magna. Et nos ex turba hac imbelli: inglorii abibimus: Videte per deos: quid uobis offeratur: quæ uobis timorē incutere debent. Rememoramini obsecro o milites: qui sitis quum proprium Gallorum sit fortia pati & agere. Et uere gallo gloriosius est oppetere quam capi. Hi quos uidetis multitudini cōfidunt: & nos uirtute gaudebimus. Si uictor gallus euaserit. Gallo omnis italia patebit: si uictus gallia arridet: quæ uidelicet: suos penates intrepide tuebitur. Res nostræ in tuto sunt. Non sint uobis curæ: uxores: filii: neq parētes: sola pugnandi uos cura capiat. Si autem alia mens uobis est: regem uestrum palantem uel captiuum fieri: re uestra salua: quod multis declarate. Vt finem dictis rex fecit. Omnes rati parum muneris & emolumenti regi esse corpora tantum fore: exponere etiam animas ipsas deuouere. Illicoq sublato clamore: bellum hosti īdicauere. Imperator autem Italus: cui per exploratorem omnia nota erant: exercitum ad pugnandum ordinauit. Et primo quidem peditum phalanges instituit: quos sequebantur umbones & clypeati: demum miles armatus suo ordine subsecutus est. Et in quattuor cornua diuisus est exercitus uenetus: primum Bernardinus Bracius: secundum Raynutius frenesius: tertium Rodulphus Gonzaga: quartum Franciscus mantuæ Marchio: Sfortianus autem illo die pugnare non debuit: Francus uero e regione omnia prospectans: omnem suum exercitum in duo cornua diuisit: utrinq suo belli signo dato: omnia ad pugnam parantur: francus ordine & milite italo perculsus: statuit id arte uincere quod uiribus superare diffidebat. Vnde & impedimenta quadraginta præmisit: quæ ut ita effuse uagari uisa sunt: ratus est miles italus: ea beneficio longo fieri: quæ dolo & astu fiebant: loco motus & omni ordine turbato: ad ea diripienda agmenatim se contulit. Sensim inter Epyrothas & peditum pugna inita est: & in seipsos arma uertunt: seq confudunt & trucidant. Ita ut breui horrula supra mille desiderati credantur. Hoc uidens francus: ut itala castra pedetentim lacescerent effecit. Ad hunc primum tumultum īperator italus bernardinum bracium cum cornu suo immisit: qui cum resistere non posset: uulneribus septem acceptis fugatus ē: cornu eius penitus cæso. Deinde prœlium excepere Rodulphus Gonzaga & Raynutius frenesius: qui & ipsi cū impetū sustinere non possent: uulneribus confodi & occidi potius maluere: quā inglorii recedere: postremo īperator & Carolus rex collatis signis manus cōseruere. Et si gallo uictoria credit: nō tā īcruenta. Ad illud tandem uentum est: ut sine cantu unusq exercit⁹ ī castra se receperit. Hæc aūt pugna memorabilis acta fuit tertio idus iulias: anni. 1495. Ea qui in pugna quinq millia hominū cæsa credunt: quorum corpora plurima tam italorū quam gallorum semisepulta: alia a canibus alia a lupis: tracta dilaniata & comesta sunt: extra ēt locū pugnæ multa iuenta fuerūt interfecta.

Hic finis orōnis

Dux aurilianus cōtra ludouicū pontif. fugit nouaria amittit Toscanella solo equat Oratio Regis

Disposi tio exercitus italorum Bernardinus Bracius raynuci us frenesius Marchio Vide deceptionē francoꝶ pugna hic īcipit rodulf⁹ occidit nūerus cæsoruꝫ ea in pugna

Ex desideratis italis:clari hi fuerũt. Imprimis illustris Rodulphus gõzaga. Raynucius frenesi⁹. Galeatius & Gerardus de Coregio. Guido gõzaga: & Bernardinus de sancto uitale. Ex captiuis italis nemo: ex gallis aũt quinq; principes. Ipsa quidẽ pugna p horaȝ protracta fuit. In loco uero pugnæ cõfectæ cædis: parmentes ciues Arã memoriã deo uiuo dedicarũt. Eodẽ die ferdinandus iã designatus rex fauore populi Neapolim urbem cæpit. Arcibus in manibus gallorum remanentibus: quæ res urbis excidium pene fuit. Carolus itaq; hic demũ incolumis (licet cũ multo rerum suarum incõmodo) ubi Nouariam applicuit: & milite & comeatu quo potuit firmauit: mulieres Senes: pueros: ualitudinarios: & inermes missos fecit. Tandẽ per caduceatores maxime herculẽ ferrariæ Ducẽ Ludouici Sfortiæ Socerũ. Regisq; amicissimũ: pax inter hũc Carolũ & maurũ (q. busdã conditionibus) firmata fuit. His ex snĩa gestis: Carolus in gallia diu desideratus & expectatus: cũ magno sui nominis p̃conio reuersus ẽ. Vbi biẽnii tẽpus supuixit. Quid aũt illo in tpe gesserit: non cõstat. Neminẽ equidẽ me legisse ex legibus gallis fateor: a magno Hugone citra: qui aut in bellis conficiẽdis: & regnis adipiscendis: aut animi magnanimitate: clementiaq;: & maxĩe pietate huic paruulo regi sit p̃ferendus. Nemo unq̃ ipsorum regũ Italiã intrare ausus est. De eo equidẽ dicere ausim. quid uirgiliũ de Octauiano dixisse crediderim. Magnas in exiguo regnabat corpore uirtus: Huius etenim uictoriarum incredibilis fama: uniuersam Europam usq; ad Asiam timore & admiratione p̃fecto cõcussit. Vnde & Basietus turcorũ imperator de bello cogitare cœpit. Fuit hic excellẽtissimus rex in omnibus miris laudibus certe cõmendandus præter q̃ nimiũ circa mulieres uenerea trahebatur intemperantia: quo quidem uitio debilitatus ualitudinarius factus in uigesimo ætatis suæ anno diem obiit. Fertur a fide dignus. q̃ in cõflictu & pugna Tartari fluminis ab italis militibus inter ditissima eius spolia ipsa præda: inuẽtus fuit liber: in quo mulierum uariæ formæ sub diuersis habitibus: & ætate: ex naturali depictæ erant. prout libido in qua q; urbe & loco: ac uexanus amor eũ trahebat: eas memoriæ gratia pictas hoc modo secum deferebat. Moriens itaq; hic Carolus ultimus ex semine magni hugonis regis nullis ex se penitus relictis filiis: regnũ transiuit ad aurelianos: Ac sic magni hugonis regis genus: suæ diuturnitatis in hoc Carolo finẽ habuit: sicut & Caroli magni reges in Hugone cognomento caputio finẽ habuerũt Qui hugo regnare cæpit in ãno salutis nostræ. 991. Cuius successores regnarũt annis. 506. Sub regibus uigintitribus.

Viri clari in bello cæsi. pugna p horã dr̃ durasse. regnũ regi aufertur. nouaria restituiẽ. Vigiti ãnorum ætatis erat qñ moritur. Vide librũ bellũ fœminarũ regis. Quot reges fuerunt a prĩcipio usq; nũc. Maria hu⁹ uxõ. Laudes huius

1484 ¶ Bonifacius paleologus montisferrati Marchio: hoc quoq; anno: Gulielmo eius fratre sine uirili prole defuncto: & ex quattuor fratribus ultimus supstes & admodũ senex fratri in regnũ paternũ succedens: regnauit annis. Vir quidẽ perhumanus magnificentissimusq;: Qui cũctis diebus uitæ suæ arma cũ multa p̃bitatis suæ laude tractauit. Hic cũ tãdẽ uxore: ex paleologis græcis a Turco pulsis. Maria nomine adolescentulam certe formosam & cordatã: ex ea tandẽ filiũ suscepit: cui & Gulielmi nomẽ ĩposuit: aliũ ẽt genuit p̃ qbus maxima exultatio in toto regno habita fuit. Fuit itaq; hi regius marchio oĩ laude mirifica insignitus: utpote religione pietate: iusticia: clemẽtia: animi magnitudine: grauissimoq; cõsilio: ac magna in sũmis abeũdis negociis fortitudĩe: atq; cõstãtia: de eius bõitate atq; pietate circa xp̃i pauperes cũ quouis prĩcipe cõtẽdere potuisset.

¶ Pax pernecessaria: hoc anno mense iulio inter uenetos & omnes italiæ principes & potẽtatus procuratione multorum illustriũ mediolanensiũ confecta est: pro qua maximus ignis in tota italia excitatus extinctus ẽ: in ipsa siqdẽ pace sancitũ fuit ut unicuiq; qd' suũ fuerat ablatũ restitueretur pollicino Rodigii cũ suis oppidis excepto: quod quidem policinũ uenetis iã tertio permissum ẽ.

Pollicinum uenetis

¶ Pestis ẽt sæuissima in tota ferme italia hoc anno fuit. Quæ ex roma: uenetia: taruisio patauio Mediolano papia: laudaq; urbibus: ubi plurimũ desæuit: infinita prope hominũ milia absumpsit & quãmaxĩe uenetiis desæuiẽs: plurimos Senatores & ipsorum principẽ. Io. mocenicũ extinxit.

6684 1485 ¶ Marcus barbadico quintus & septuagesimus uenetiarũ dux: hoc anno tertiodecimo calẽdas ex procuratore sancti marci Ioãni mocenico suffectus: ducauit mẽsi. quasi. 9. Breuis quidẽ huius principatus sed ingens eius gloria fuit. Cũ esset uir p̃humanus & multarũ rerũ experiẽtia doctus. Qui principatu suscepto secũdũ philosophi documentũ in rebus gerendis se uirũ ostendit. Quia in oĩbus se prudentissimũ iustissimũq; ac certe piẽtissimũ p̃ posse oĩbus se exhibuit. Nã in primis (ut bonũ decet principẽ) rẽ xp̃ianã & ecclesiæ catholicæ p̃cepta excoluit & obseruauit. Rẽq; pu. suã in pace conseruauit. Et ipsam uenetã ciuitatẽ suã rei frumentariæ ac aliarũ rerũ: quoad uixit feracissimã effecit: atq; suos conciues uno ordine semp h̃re uoluit: aliud quoq; p̃cipuũ p̃conũ hi diuus princeps de se ostendere uoluit: q̃ nõ principibus mõ mundialibus: sed uiris sanctissimis cõuenit: quia ea in dignitate semper tã prudentissimũ se exhibuit. Vt nullius iniuriæ antea susceptæ unq̃ memor esse uoluerit: immo si quos habuit aduersarios. Etiã quadã animi sui nobilitate & uirtute eisdẽ pepercit. Atq; ipsos excoluit & erexit. Ac b̃nficiis & dignitatibus exornauit. Quæ quidẽ Res: non hominis humani: sed diuinæ uirtutis censeẽ. Alia atq; alia uirtutũ opa de marco isto principe referuntur: pro quibus tantã ab omni populo cõparauit gratiã atq; beniuolentiã. ut ipso tandem christianissime & religiosissime deficiente ab omnibus tanq̃ cõmuni parente orbatus collachrymaretur. Quo mortuo: cum ingenti pompa & populorũ frequentia apud sanctam mariam de charitate sepellitur.

Vide ingentes hoĩs uirtutes

¶ Augustinus barbadico pdicti pricipis germanus:sextus & septuagesimus uenetoꝝ Dux: & ipse quarto caledas septebris:in festo diui patris augustini hoc anno eidē Germano suffectus:ducauit annis quindecim:& diebus tribus & uiginti.Hic quū primū principē se declaratū didicisset: ac pronā in populi beniuolentiā ob memoriā optimi ducis germani sui ppenderet:e uestigio populū exhortaturus in altū cōscendit:& suaui orone atq̧ p humana oibus bono aio esse dixit:quia nunquā fratri suo Germano in oibus & quā maxime iusticia:pietate & humanitate haberent:inferiorē qd' si facta dictis respōdissent:pfecto nulla de eo tā apta fuisset obtrectatio.Inter hunc & germanum tanta fuit disparitas:quāta inter Titū & Domitianū fratres extitit.Qui licet fuerit eo in principatu accuratæ diligentiæ.& laudabilis memoriæ:facundiæq̧ optimæ:tñ adeo iracūdus extitit:ut uix reconciliari poterat.Eratq̧ acer & nimis sibi arrogaās.Cupidus & auarus: superbia quoq̧ tumidus:& deniq̧ pauptati inclemens.Vnde populus fere oibus fuit obnoxius.Cum nec ubertati multū neq̧ quieti re:pub.(prout germanus fecerat)animū intenderet.Qui ethica febre pene ɔsumptus:mortē sibi fere ab oibus affectabat.Cūq̧ respu.(suo quasi defectu)satis detrimēti passa:uariis periclis:detrimentisue & tā terrestribus quā maritimis uexata foret:atq̧ in dies uexaret a turcoꝝ rabie & potētia.Ita ut lepantū Modonū:Coronū:& Dirachiū sibi necessarias urbes & alia loca plurima pariter amiserit.Et si ēt ipso iperāte uenereæ isulæ regni cypri:plurimorūq̧ locorū:d gnissimarūue urbiū Cremonæ:uidelicet:& apuliæ regni multarū ciuitatū in Italia p magnifice eius auxerit ipeiū.Placuit tñ ipsi paucis ante sui obitū diebus:animos oium(ut creditur) reconciliādi grā:Ducatū ipsum renunciare.Quæ quidē a patribus non fuit admissa.Hic tñ sicut & Domicianus Augustus multas leges & easdē bonas condidit.Et primo munera in senatu amplificans:quadraginta uiros tertios addidit.Imperatoribus statuas publicare cæpit:palaciū publicū sancti Marci miro & incredibili ornamento:interius & exterius iureiurando suo ductu exornatū fuit.Suo deniq̧ consilio & armis:rabies gallorū in apulia regno domita fuit.Obiit demū suæ ætatis anno octuagesimoprimo.Cuius corpus magna pōpa ī basilica charitatis:sicut & fratris sepellit:inaurato tumulo a se structo.Fuit aūt hic augustinus Barbarus uenustissimæ formæ:& graui præsentia uir:sed terribili aspectu.Cuius quanta per eū mala fuerint pertractata facinora.Consulto senatu oibus fere suffragiis tāta eqdē emendationibus multipliciter oino reprobata extiterunt.Aut iprobari arbitribus non amplius ab urbe cōdita electis cēsoribus data fuere.

Vicia huius recitat

Vrbes amissæ

Vrbes captæ

Leges huius cōmemorat

Eius errata corrigi iussa sunt

¶ Florentini hoc anno Genuēsibus magnū bellum inferunt.In quo quidem bello:post multa utriusq̧ dāna:īter cæteros antonius de martiano florētinorū strenuus imperator occisus est.De inde florentini per annum bellum continuantes:Nicolaum ursini comitem pictiliani sui exercitus Ducē constituentes in die resurrectionis domini genuensium exercitum: qui Sarzanellum oppidum obsidebat:magna ui aggrediens obsidionem soluere cōpulit:qua uictoria post mensem etiam genuensibus Sarzanam urbem diu oppugnatam abstulerunt.

Antonius martianus occidit̄ sarzana a florētinis capit̄ finis huius familiæ

¶ Petrus uermes natione ueronensis:urbis Bobii:Viqueriæ:multorūq̧ aliorum oppidorum dignissimus princeps &dominus:hoc anno decimaseptima die octobris nullis ex se relictis liberis legitimis decessit.Ob quod uniuersum eius imperium:denuo ad mediolanensium ducem lege successionis rediit.Cum etiam eisdē uermianis principibus propter eorū benemerita : philippus uicecomes mediolanensium dono dederit. 1486

¶ Maximilianus Federici cæsaris filius:& Eduorum dux:de quo supra multa tractauimus hoc anno die uigesima februarii:adhuc patre uiuente:ab Electoribus imperii in regem Ro.electus ē Quæ res:Senem patrem ingenti lætitia profecto affecit.Vnde mox ab Italis quasi oibus maxima pōpa salutatus fuit:quod cū Mathias panonū rex intellexisset grauiter tulit. Et quoad potuit electionē infringere procurauit.Quāobrē sequenti anno solēnes Oratores & Mediolanū & in Gallias transmisit.Vt cū principibus christianis ageret:ut ipsa imperii electio infringeretur:& irrita penitus foret:cum contra electionis leges facta fuisset.Vnde & magnum populorum odiuꝫ in eo concitatū fuit.Est quippe hic illustrissimus Maximianus singulari prudentia princeps magnanimusq̧ cū quadā corporis maiestate & decore nimium decoratus:sed bello usq̧ in psens ī fœlix:quē sui Maximia.Burgenses captiuarunt.& Vuladislaus nonus Bohemorum rex sæpe acie perfregit:& fudit.Sequenti etenim anno:hic dū apud Burgem sibi subditam exercitū equitum quadringentorum & peditum mille quingentorum congregasset:dum urbem egrederet̄(maiore copiarum parte iam emissa)ab ipsis Burgensibus captus & in uincula coniectus fuit.Affirmātibus ipsis Burgensibus non prius illum sodæ uinculis educturos quam pacem cum Rege Francorum firmasset:Nec Burgenses eo facinore contenti:quin & duodecim ipsius Maximiliani pceres:ad terrendum eum uariis tormentis necauerint:quæ res cum ad aures Federici cæsaris puenisset.grauiter indoluit.Et quamprimum electorum imperii concilium conuocās: apud eos de atroci Burgensium iniuria:uidelicet:filii captiuitatem suorumq̧ nobiliū indignissimam mortem in Alemanorum uilipendium & iniuram conquestus est:qui in furoreꝫ uersi clamore sub lato:arma contra Burgenses esse omnino accipienda dixerunt.Itaq̧ mēsibus duobus elapsis Federicus huiusmodi iniuriam bello uendicaturus:quadraginta milium pugnatorum exercitu coacto:die tertio maii ad Burgem ipsam æquitauit.Cumq̧ ciuitate ad octo milia passuum cū eodē exercitu 1486 6685

Maximianus capitur

Cōciliū alemanorum

dem exercitu appropinquasset. Ciues animaduertentes quod tanto exercitui essent:nec aliunde præsidia habere possent:generali consilio habito decreuerunt:ut iniurias Maximiliano infense il latas:nouis obsequiis redimere. Igitur i magno urbis ipsius foro magnũ erexerunt tribunal:quo erecto: cõfestim Maximilianũ hunc uinculis absolutũ & exemptũ:quantũ possibilitas patiebat in eodẽ honorificentissime collocant:& ut uerũ regẽ salutant:ueniã errori suo:ac ne exercitũ paternum propius accedere sinat deprecantur. Quibus Maximilianus(ui erat clementissimus prĩceps)hylari uultu magno atq; cæsareo animo:nõ solum ueniã dedit: sed & Burgẽsium legatus ad patrẽ:ad patrẽ accedens exorauit:ut exercitu retroduceret:quo impetrato:cũ patre & exercitu gaudens Anuersam uersus profectus est. His gestis anno sequẽti:qui fuit.1489.pacẽ cũ Carolo Fancorũ rege genero suo pcussit:in qua flandria prouincia:quæ ad Carolũ defecerat restituta est:sed & mřimoniũ Margaritæ Maximiliani huius filiæ:& Caroli uxoris:qđ pp has discordias labefactatũ fuerat:cõfirmatũ fuit. Mortuo deinde Mathia panoniorũ rege & uulatislao polomæ in locũ eius surrogato. Maximilianus hic cõfestim in Austriã cũ exercitu magno ꝓficiscens Viẽnam & Nouam urbes primarias:& alia plurima loca:quæ dudũ mathias ipe rex armis patri ademerat:magna uirtute recuperauit. Quæ res:uulatislaũ ad defensionẽ regni sui cõparatis undiq; exercitibus armauit. Inde ẽt uictoria elatus maximilianus post mẽsem bellũ cõtinuãs albam regnum panoniorũ primariã ciuitatẽ(in qua reges ipsi coronari cõsueuerant) bello cæpit. In quo oẽs mortales sine ullo ætatis discrimine iterfici iussit:helatus ẽt huc insigni uictoria:cũ eodẽ exercitu:budæ agrũ obeqtare cæpit:cui uulatisla.cũ exercitu occurrẽs:cõmisso sæuissimo ꝑlio: uulatisla⁹ maximilianũ uicit & fugauit. In quo qdẽ ꝯflictu maximilian⁹ aĩ ferox:q mori latius q̃ ꝑlio uinci semp putauit:dũ militis potius opera:quã ducis nauaret:uulnus crudele accepit multosq; suorũ ut erat quisq; audacissimus amisit. Tãdẽ cũ uiribus uulatislai nõ sufficeret collectis ex profugo exercitu reliquis militũ:in Austriã se recepit:relicta panoniarũ iperio uacua possessione. Sequẽti autẽ anno:cũ hic Maximilianus Annã Frãcisci Britãniæ Ducis unicã filiã accepisset uxorẽ Quã nihilominus Carolus Francorũ rex gener suus:relicta ipsius Maximiliani filia sibi abstulit Quãobrẽ maximæ lites & bella inter Germanos & Gallos exortæ sunt. Tandẽ intercedentibus multis pax optima inter ipsos subsecuta est. Et restituta margarita filia Maximiliani primũ desponsata cũ innumerabilibus ad infamiã puellæ abstergendã annã cũ suo regno retinuit uxorẽ pace itaq; undiq; parta maximilianus hic denuo cæpit aĩum ad rem maritalẽ flectere:cũ meminisset:q matrimoniũ est uenerabile fidei & honestatis tẽplũ:suauissimũq; uitæ humanæ cõdimẽtum:ne uidelicet solutus & ĩfrenus ferarũ ritu in uarias cupiditatũ illecebras euagaret:unde diuino spiritu ductus:tãdẽ aĩum ad Blãcham mariã uicecomitẽ Galeatii Ducis mediolani filiã adiecit. In qua uirginalis pudor cũ matrõali grauitate cõiunctus:oĩum uoluntates quã facile ꝓmerebatur. Quã tandẽ anno a natali christiano. M.cccc.xciiii. eo scilicet anno : quo & eius genitor Federicus iperator uita excessit:sibi despõsauit. Cui a patruo suo Ludouico Sfortia uicecomite mediolani gubernatore. In dotẽ cõstituta fuerũt:quattuor centena milia aurei nũmi. Insuper in parafrena aducta fuit:summa aureorũ sexagita miliũ pro localibus uestimẽtis preciosa suppellectili:& reliquo mũdo muliebri. Hoc.n.cõiugio renuata & nõ instituta fuit affinitas inter austros & uicecomites:immo quodam necessitudinis uinculo instaurata::potiusq; contracta. Nã huius incliti principis proauus. Hernester matrẽ habuit Viridẽ magni Bernabouis uicecomitis filiam. De hoc itaq; principe:uidelicet de eius regno hoc dixisse satis est. alio etiam in loco: dum ipsius impio tractabit plura dicemus.

Relaxatur

pax ĩter hunc & frãcoruʒ regem

Vienna recupat

Albam capit

Vulatislai regis uictoria

imperator uulneratur

Blãchã mariam

Dotis eius q̃titatẽ enumerat

Affinitatem Austrahum & uicecomituʒ dicit

¶ Bellũ procerũ regni apuliæ ꝯtra ferdinãdũ regẽ.

¶ His tẽporibus ferdinandus neapolitanorũ rex p Alphonsum calabriæ ducẽ filiũ suũ oẽs brutiorum primates in urbẽ Teatinã gratia mutãdi augendiq; uectigalia regni cõtraxit:apud quos ipse filius expositis paternis mandatis:euestigio petrũ ladũ cãponiscum montorii cõmitẽ:hoĩeʒ Aquinatis agri facile principẽ cũ filio atq; uxore cõpræhensum Neapoli in uinculis interim haberi iussit:dũ rõ uectigaliũ perageretur. Verebatur eteni ne si ipse dissensisset:aiii auctoritatẽ uiri secuti:infectũ relinquerent negociũ:reliquos libere dimittens. Quod cum innocẽtius papa audisset:subornatis ĩprimis ꝑdictis principibus:& accitis ẽt ipsius montorii comitis cognatis magnã seditionẽ in regẽ excitauit:usq; adeo:ut aquinas populus ĩpulsu ipsius pontificis:& Antoniũ Cincinellũ regis in ea urbe ꝑfectũ crudeliter trucidarit:& ipse populus ab rege defectionẽ fecerit. Quo audito:mox decem alii proceres ab ipso rege defecerunt:inter quos fuit Pyrrhus bassus Altemuri. Salerni.& Bisignani princeps. His sic se habentibus Rex ad mediolanensem ducẽ & ad florentinos se recõmendauit:a quibus mox auxiliaria ꝑsidia accepit. At pontifex ad procerũ animos cõfirmandos magnos exercitus in urbẽ Sorã destinauit. Tandẽ Rex multis datis accepti sq; damnis pacẽ & cõfederationẽ cũ pontifice maximo pcussit. In qua idẽ rex ad preces summi pontificis ꝓceres rebelles hac lege se recepturũ promisit:si depositis armis ĩperio ipsius se summitterent:ĩpetrataq; facerent. His ex snĩa gestis:post menses duos: Carolus sanseuerinas bisignani principis frater suo principumq; omnium(quos supra nominauimus)nomine:cum mandato omnium ad regem accedens:impetrata se facturos iureiurãdo promisit. Ac sic tota italia bellis:quibus hactenus laborauit:liberata est.

comes montorii capit

Antoni⁹ cĩcinell⁹ occidit

pax pro ceruʒ & regis

Robert⁹ eiicitur ¶ Robertus Sanseuerinas magnus in Italia exercituū imperator tanq̄ alter Ioab Saruiæ regis David sororis filius: & ipse Francisci Sfortiæ ex sorore Elysia nepos: hoc anno cū magna bella: & cū ducibus mediolani: Genuensibusq̧ ac uenetis diu gessisset: die tertiodecimo augusti a summo pontifice Innocētio: cuius stipendia cōtra Ferdināđū promeruerat extra romanos fines cū dedecore proiicit. Eo q̄ cū maiora dāna oppidis: Ciuitatibusq̧ ecclesiasticis: quā ipsos hostes intulisse cōptū fuerat. Quāobrē Robertus aīaduertēs multos Regis & Ducis mediolani ac florēti norū duces cōtra eū ɔspirasse: cauens sibi statim ex mōte Sportedo dictiōis pontificis mouens: quā potuit celeritate uersus Rauennā fugit: & apud carthalupū dictionis Imolæ oppidū: cū mille sexcētis equitib⁹ se cōtinuit. Ibidē ēt diffidēs suos ad cōcionē conuocans: dixit qđ pp conspirationē in se Italorū principū factā: nullā se uiā: qua eos incolumes educere possit uidere: monuitq̧ oēs: ne posthac spem ullā suæ salutis in se Duce ponerēt: sed anniti ꝓ se quēq̧ debere: qua possēt arte ad seruanda corpa: se quoq̧ idē facturū ostendit. Illis itaq̧ dimissis eadē nocte: cū equitibus circiter centū secreto in agrū uenetoꝝ trepidus se recepit. Exorto deinde die: milites qui remāserāt fuga ducis cognita: alii alio: nullo ordine fugientes: & a florentinis ac Bononiēsibus: aliisq̧ finitimis populis hostiliter capiunt: atq̧ spoliantur: ꝑter admodū paucos: q̄ stipendiis ducis calabrū adherētes illū secuti sunt. Ipse igit̄ dux cōpositis hoc mō rebus: fugatisq̧ hostibus comitātibus Ioāne Iacobo triulcio & aliis ducibus bellorū Domū reuersus est. Robertus aūt sequēti anno a uenetis iterū dux cōtra duces Sygismūdū & Albertū: hic Saxoniæ: alter uero austriæ delectus: cū quattuor milib⁹ eqtū in bello ꝓcessit. qui post aliquas uictorias & occidiones de theutonicis editas & adepto p̄dæ ipsoꝝ germanoꝝ oppido pontē ex colligatis nauibus sup Atesi fluuio uersus Tridētū extruxit: ꝑ quē statim cū q̄nq̧ & uiginti Equitū cohortibus & quattuor peditū milibus aīo expugnādi ciuitatē traiecit: sed a sexcētis equitib⁹ theutonicoꝝ & totidē peditibus ꝑlio exceptus: supueniētibus deinde aliis ad numeꝝ fere mille armatorū cū duodecim signis q̄ in uicina silua in insidiis cōsederant: haud tantā molē sustinens ipse militiæ princeps Robertus cū toto exercitu in fugā cōuersus est: insequētibus deinde hostibus ī traiectu Amnis soluto pōte īpetu cōcursantiū cateruatim militū (ut in subito pauore fieri asolet) accepto iā uulnere cū reliqs qui sup pontē reperti sunt: alii alios īpediētes: sūmersus est: hoc autē gestū est: anno salutis nr̄æ. 1487. decima augusti die. In quo quidē cōflictu seu ꝓfligatione potius pierunt ex Roberti huius ducis exercitu supra quinq̧ militū milia. Eius autē cadauer p aliquot dies repertū a Tridentino pontifice: & eius ciuibus honorifice in maiore urbis tēplo sepultū fuit: atq̧ ita hmōi Roberti Sāseuerinatis finis fuit. Reliquit autē hic īperator post se Federicū dignissimū sanctæ romanæ ecclesiæ cardinalē nunc extantem Io. Frāciscum Gasparē cognomento Fracassium: Antoniumma riam & Galleatium bellicosos uiros ex Ioanna de corregio prima uxore susceptos: duos deinde alios: uidelicet Alexandrum & Iulium: ex Lucretia Senensi.

Robert⁹ fugit — exercit⁹ spoliat̄ — Bellum contra germanos — Victoria theutonicorum — Robertus summergit̄ — Filii roberti septem

¶ Eluetii germani: qui & Suiceri nuncupati: uidelicet uallis sancti Iacobi circūstātiūque locoꝝ hoc anno imperiū Mediolanēse ingressi: ad clauenam usq̧ magno īpetu penetrarūt: & prædas ingentes ac crudelissimas cædes ediderūt: cū magno incōmodo populorū incedētes q̄cūq̧ inueniebat̄. His gestis haud multo post iterato fines egressi Bormiū & alia nōnulla uallis tollinæ oppida cœperūt ac diripuerūt: post nō multū tp̄s ēt Sudunēsis ep̄s uallesiæ nūcupat̄: & ipse heluetius coacto nō paruo exercitu: scilicet sex miliū militū denuo bellū Duci Mediolanensium indixit. Et impetu facto mox anthicolū & uegetii uallē occupauit ac castella plurima cæpit: in quib⁹ prædas populationes & incendia plurima cū maximo finitimoꝝ damno exercuit. Contra quē dux Mediolani quāprimū cōplurimos bellicosos ex suis uiros cū mille ducentis equitibus & duob⁹ milib⁹ peditibus misit. Qui ꝑlio cōmisso germani supati & turpiter ꝓfligati: ex eoꝝ exercitu mille dsiderati sūt. Quo tremore & clade suiceri cōmissi: p ānos multos eoꝝ fines egredi n̄ sūt ausi.

Suicerorū mala commemorat — uictoria italorū

1486 ¶ Bucalinus Osmi oppidi princeps: hoc anno mēse Aprili a sūmo pontifice Romano cui tributa pendebat: ad turcorū imperatorē defecit fœdus cū eo iungens: atq̧ auxilia postulans. Quo cognito statim summus pontifex: ut auxilia turcoꝝ p̄ueniret: cōtra eū exercitū misit. Qui post longam oppidi ipsius obsidionē & expugnationē cū nulla auxilii spes superesset: ipse se & oppiduȝ summo pontifici tradidit. Adorant pontificis subsidio exercitus Mediolanensium duce Ioanne Iacobo triulcio. Qui confecto bello cum ingenti gratiarum actione Mediolanum uersus cum ipso Bucalino reuersus est.

Bucalinus uincitur

¶ Sigismundus austriæ & Albertus Saxoniæ duces hoc tempore a uenetis (ut aiunt ꝓuocati occasione confinium cū decē milibus militū bellū uenetis mouent: & primo Rogoredū oppidū Tridentino ep̄o in spirituali suppositū aggrediunt̄ illudque diutinis præliis expugnare cœperūt. Contra quos ueneti suos exercitus Duce Roberto Sanseuerinate mittunt: & tertia iulii die hui⁹ anni iuxta Saraualē cui Rogoredū īminet durū ꝑliū cōmiserūt: in quo quidē ꝑlio multi ex uenetis militibus occisi & uulnerati fuere. Sed & Antonius Maria Roberti filius: & nepos principis camerini capti sunt: ipse quoq̧ militiæ princeps Robertus ter captus: sed militum suorum uirtute liberatus incolumis euasit. Ea quippe multi utriusq̧ exercitus extincti fuerunt: ipsi deniq̧ Sigismundus & Albertus duces Rogoredo solo equato: ac aliis multis uenetoꝝ castellis captis: haud

multo post

multopost relictis sine pͥsidio oppidis in patriā redierunt. Verū postmodū profligato ab episcopo Tridentino non longe a Tridentina urbe uenetorū exercitu ac Roberto eorū exercitus Imperatore summerso ueneti cū ipsis Ducibus & theutonicis oībus pacē composuerūt: restitutis oībus captis castellis ac Antonio maria Sanseuerinate: cum aliis captiuis paceq͂ confecta ueneti de integro oppidum Rogeredi reedificarunt. pax theutonicoꝝ

¶ Exules Senēses hoc anno primo ac uigesimo Iulii die: per obscura noctis Senā urbē ingressi christophorū Equestris ordinis uirū: ciuitatis primariū interfecerūt. Cōforonetiumq͂ iusticiæ ciuitatis detinuerunt: ac multos alios alterius factionis per insidias eiecerunt. Quib⁹ gestis ipsi exules multis ciuibus consentientibus in regimen ac dominiū ciuitatis introierunt. Exules senenses intrant

¶ Petrus de Bausio Altemure princeps Hieronymus de sancto seuerino prīceps Bausii & Melphe: Bernabos de sancto seuerino laurie comes. Albertus de Sabausio comes Ducente similiter comes & comitissa de sancto seuerino. hoc anno mēse Iunii cū nouā rebellionē ferdinādo Apuliæ regi facere temptassent: apud ipsum regē cōiuratiōe patefacta oēs capiuntur: & Neapoli oēs in uinculis coniiciuntur. Quæ detentio confestim ab Antonello sanseuerinate pontifici Romano denunciatur: & supplex hortabatur: ut ipse pontifex bella regi inferret. Proceres regni dtinent

¶ Aloysius Salutiarū marchio: hoc anno a Carolo Sabaudiæ Duce cognato suo post multa bella auxilio ludouici sfortiæ superat: & regno omni penitus spoliatur: cuius oppida ipse carolus suo regno adiecit. Eaq͂ quoad uixit p annos tres possedit. Verū eo mortuo eodē āno: ipse Aloysius optimus princeps & Marchio etiā ab ipso ludouico sfortia in regnū restitutus fuit. Quā rem uxor uidua pͩdicti caroli egre nimiū tulit: asserens ipsum Aloysium Marchionē eiusq͂ regnum atq͂ dominiū duci Sabaudiæ fore subiectum: quē ut dn̄m suum agnoscere debebat. Quā ob iniuriam cominata est: ipsum Ludouicū auunculū suū se armis uendicaturū. Cūque appareret rem hanc in summā discordiā euasuram: Ludouicus ueritus: ne qui motus fœminea temeritate oriētur: summa ope prouidit. Et in agrum Astensem multos e uestigio equites trāsmisit; in quo cum multos dies substitissent: tandem ille motus prudentissime sedatus est. Hic dominio priuatur Etiā eius restitutionem narrat

6687 1488 ¶ Catherina Hyeronimi Ryarii Saonensis forliuiiq͂ comitis uxor: & Galeatii uicecomitis insubrū ducis naturalis filia hoc anno marito in forliuio urbe sua decimo octauo calendas maias turpiter a suis obtruncato nō sine magna animi sui uirtute eidē suo marito in regno foroliuii & Imolæ successit & tredecim annis tanquā Semiramis assyriorū Regina regnauit. De hac plæraq͂ memoratu digna in libro de claris mulieribus diffuse disseruimus: adepto nanq͂ multa cū difficultate regno: & compositis rebus suis: cū haberet Octauianū primogenitum puerulū filiū: pa (ut pmissum est) more Semiramnidis Reginæ nō existimans tutū fore dn̄ium tenello cōmittere filio: illud usq͂ ad ætatē adultā regere p se constituit: qď & usq͂ quo ab Alexandro pōtifice maximo expulsa fuit: pro libito uoluntatis suæ p oīa fecit. Erat quippe & ēt nūc est hæc Catherina inter mulieres nostri seculi formosissima & eleganti aspectu: ac p oēs sui corporis artus mirifice decorata fuit quæ ad fœcūditatē aptissima: atq͂ miro dicendi mō est insignita: est quoq͂ tenacissimæ memoriæ & aīo excelso mulier. Et pͤterea promissi adeo fidelissima: ut nullis blandimentis: nullisq͂ muneribus seu pͨcibus aut terroribus a promissa fide distrahi unq͂ potuerit qď pmultis argumentis certe cōprobari posset: adeo suo in regno ī uirtute surrexit ualida ut populos suos qui præcedentes regulos paruipendere consueuerant suo tpe posita uetere ceruice iratæ mulieris faciem pertimescebant: quod maxime ipsam occulatam aī aduertebāt fœminā: quæ fraude potiusq͂ā ingenio decipi poterat. Quod cū fuerit constans & longanimis suū propositū a nullo eq͂uidē leuiter unquā flecti potuit: quod pluries mōstrauere insultus seuientis in ea fortunæ: qui bus pͤsæpe acri concussa motu & uario turbine maxime in āno salutis nostræ. M.cccc. primo a ualentino Borgia iussu pōtificis Alexandri sexti fuit agitata & circundata atq͂ diu obsessa: & uariis prælis expugnata: tandem superata: & captiua Rom. tanquā zenobia regina sub quadam triumphi specie perducta est: ubi per multos mēses sub honesta custodia ab ipso Alexādro pontifice suo compatre libere relaxata: florentinam concessit. Octauianus fili⁹ De eius corpis pulchritudine dicit De eius fide Vide ei⁹ aī magnitudinem. florētiā uenit

¶ Hastor manfredus Galeoti fauentiæ principis filius hoc anno circa finē Maii patre ipso Galeoto confosso & interfecto: eidē quadrimulus admodū in principatu suffectus & ipse tutella ciuium suorū regnauit annis. 13. Nā paucis post diebus Ioannes Bentiuolus Bononiæ prīceps nouelli principis ex filia auus: cū comite Ioanne petro Bergamino strenuo amorū ductore: qui bergaminus illis in locis pro Mediolanēsiū duce pertrexerat: & paucis admodū militibus ad cōponendas nepotis paruuli res fauentiā ingredit. Quarto deinde die sui ingressus in colle uallis lemone suspicātes Ioānē Bentiuolum auctorē necis galeoti fuisse: & nunc urbis suæ imperiū sibi occupare uelle sumptis armis: clam in urbe ingrediunt: atq͂ ubi satis auctū suorū numerū aīaduertunt: sublata pariter uoce manfredi conclamantes eductis galliis urbē pcurrunt: ac comitem Io. petrum cū paucis obuiā sibi factū crudeliter obtruncant. Ioannes uero bentiuolus subito rusticorum impetu permotus: & ut se suspitione eximeret plebi sese in custodiā tradidit. Quē paulo post florentini ab oppidanis rusticisq͂ impetratum ī oppidum quodā suo noīe custodiendu3 miserunt: tandem duodecimo iunii discedendi potestate concessa in patriam reuerti concesserunt. Hoīes uallis lemonii Ioa. petrus Bergamin⁹ occidit. Io. bētiuolus detinetur.

runt:q nisi fauentini fecissent:grauissimũ Bononiensiũ & confederatorũ bellum passuri erant. Hastor autẽ hic dum quartũdecimũ attigisset annum ab ualentino borgia Duce Alex.papæ filio post captas & expugnatas Imolã & foroliuisi urbes:& ipse sua in urbe obsessus est.Quẽ cũ aliquãdiu nullas uolens conditiones deditionis audire magna solertia p suos ciues defensus fuisset in magnam penuriã rerũ oportunarũ deductus est.Hinc nequeuntibus fauentinis ciuibus ualẽtini ducis uiribus obsistere(aliquorũ tñ ciuium proditione præmissa)armorũ ui fauẽtina ciuitas a ualentino ipso capta est anno.1501.Capta igitur ciuitate Hastor hic quaterdenus adolescentulus:& si fuga se subtrahere potuisset:se tamen sub fidei sponsione ne sibi aliquod inferreretur malum:captiuum tradidit.Quem idem ualentinus dux:non alter quã si magnũ superasset & captiuasset principẽ cũ gloria Romam perduxit.Quid uero de eo actum sit:ignotum mihi est.

GENVA MARITIMA CIVITAS.



Paulus cardinalis fregosius

1488 ¶ Genua maritia ciuitas potentissima:hoc ãno ex quo per ãnos nouẽ a Ioanne Galeatio Mediolanẽsiu3 Duce defecerat & p diuersas factiões multa dãna:& incendia atq rapinas perpessa fuisse iterato Ludouici sfortiæ gubernatoris igenio ad Mediolanenses redit.Paulus eni fregosius cardinalis & Archiepiscopus:ac urbis huius dux

Legati sexdeci3 genuenses Iurant fidelitatem Io. Aug. fit gubernator

animaduertens tranquillã & quietã ciuiũ & patriæ uitam:quã sub Mediolanẽsibus principibus uniuersi hactenus habuerant:& instãtia florentinorũ pericula quibus resistere ĩpossibile uidebatur:conuocato urbis consilio oĩbus persuasit:ut rursus ducẽ mediolani in dñm suũ reciperent:qbus allachri uultu annuentibus:ipse paulus cardinalis & dux urbis imperiũ mediolanẽsibus restituit:eiusq uexilla & mediolanẽsiũ insignia p totã urbẽ p oppida & p naues. Ac sic genuenses mox ab oppressione florentinorũ liberati sunt:postmodũ die ultimo octobris huius anni:sexdecim legati genuẽses Mediolanũ uenerũt.Et habita eleganti oratione corã principe e uestigio oĩa principatus insignia singulatim:ut ratio expostulabat duci mediolani scepturũ primo deide sancti georgii uexillum tertio loco claues:demũ sigillũ obtulerũt, Quibus peractis aperto missali ĩ principis manus fidelitatẽ ac obediẽtiã iurarunt:sicq peracta solẽnitate magnifice a prĩcipe laudat:donatiq in patriam cum gaudio reuersi sunt.His gestis Ioã.Augustinus adurnus ducis mediolani nomine gubernator urbis designatur.

Diuisio huius regni Bassa ciuitas capitur

Granatæ rex seipsum tradit hispaniarum regi 12. milia mauros expulit

¶ Granatæ seu Beticæ regnũ hactenus unius ĩperio administratũ:hoc anno ĩ duo diuisum est. Et Bleusem Regi quidẽ ueteri:qttuor ciuitates:q soiũ supererant ni saltẽ obtigerũt.Nouo autem regi sola ciuitas:granatæ qđ opulentior ipsis quattuor ciuitatibus eẽt & natura ac arte certe munitior facta:itaq hmõi diuisiõe nouus Rex legatos ad hispaniarũ Regẽ misit:a quo indutias qttuor annorũ obtinuit.Veterẽ uero non destitit persequi:donec expoliatũ a regno oĩno proiiceret.Continuans nihilominus hispaniarũ rex bellũ ĩplacabile aduersus Bleusem antiquũ regem ad Bassam urbẽ illius exercitũ admouit:quã post longã obsidionẽ tãdẽ expugnauit:& cœpit:q res ipsum regẽ admodũ perterruit.Quãobrẽ cũ aĩaduerteret nullũ aliunde auxiliũ sperare posse. Queadmodũ porus indorũ rex ad alexãdrũ magnũ ipsemet ad ferdinandũ regẽ supplex accessit:& se regnũq totũ suũ ipsi ferdinãdo tradidit:exposita prius fortuna sua Statu ue:a quo rerum mutabilitate decidit.At ferdinãdus rex clemẽtissimus miseratus:humanas cõditiões uicissitudinesq rerũ.ipsi regi seni & mesto:sena milia ducatorũ p ãnuo reddito mox cõstituit ut si nõ regiã saltẽ pximã maiestati regiæ uitã ducere posset. Sequẽti deinde anno:cũ oppidũ urbiu3 Ameriæ Guadusæ & bassæ dictionis granatæ(quas ipse ferdinandus bello cœperat)cõmeatus clã granatẽsibus obsessis subministrare cæpissent.ferdinãdus indignatus:duodecĩ milia ipsorũ oppidanorũ ĩ Aphricã nauigio trãsmisit.& ne uacuæ urbes ipsæ reliqrent totidẽ xpianos loco eorũ suffecit.

¶ Soldanus

6688 1489 ℭSoldanus Assyriorũ & Egyptiorũ magnus Rex. Qui ipsoꝝ lingua Mamaluch nũcupaẽ: hoc anno mense februarii moritur. De quo nihil memoriæ dignũ habemus: cui aliũ stati suffecerũt.

ℭCarolus quintus Sabaudiensiũ dux hoc anno cũ.7.ãnis regnasset ueneno: ut crediẽ: epoto in florida ætate die quattodecimo martii moritur: relicto filio circiter octo mẽsibus nato ex blanchamaria uxore mõtisferrati Marchionis filia suscepto, Et ipse Caroli noĩe. Vir certe dignissim⁹ fortissimus imprimis: & bello paceq̧ clarissimus iustissimus ac pietate necnõ & christiana religione insignissimus: cui ea in familia Sabaudiæ illustrissima nullus unquã auditus fuit: bello & armis maior. Qui admodũ iuuenis: ut ĩperii sui dignitatẽ defenderet Aloysiũ Saluciarũ Marchionem: qui nec eũ ut dñm suũ agnoscere curabat bellũ intulit: & suo regno eũ penitus expoliauit. Deinde gabienos deuicit: aliasq̧ pmultas supbas gentes & ferocissimos populus domuit. Imperiique dignitatem plurimum auxit. Qui inclitus adolescens post multa strenue gesta in ipso ætatis: & uictoriarum flore tandem iniq̧ extinctus fuit.

Aloysius Salutiarũ marchio gabieni Carolus sextus Dux

ℭBlãca itaq̧ & ipsa adolescẽtula pdicti caroli Ducis uxor, & caroli sexti ducis pueruli mẽ ac gubernator. xi. post mariti obitũ. filii sui noĩe regnauit (puero suo uiuente) annis.7. Hæc ĩprimis guilielmi montisferrati filia ex helisabeth uicecomite francisci sfortiæ ducis filia uxore suscepta fuit. Quæ sicut in noĩe illius diuæ uiraginis Auiæ suæ blãchæ mediolani ducissæ successit: ita & p oĩa illius uirtutes diuinas pariter & humanas imitata ẽ. Nam cũ cæteras huius sæculi mulieres corporis formositate & aĩ magnitudine añcellant: ẽt ꝫ tertiũ & uigesimũ ætatis suæ annũ nõ dũ excesserit: attamẽ ea in sua regni administratione & cõsilio: & prudẽtia: ac reꝝ gerendarũ ĩdustria: cæterisq̧ regiis uirtutibus mirifice cũctas superat. Ausim eq̃dẽ affirmare hanc adolescẽtulã principẽ eẽ cũctaꝝ nr̃i sæculi matronaꝝ & Decus & Speculũ. Quæ quẽq̃ diuinis sũmopere ĩseruiat ĩstitutis & orõnibus incũbat frequẽtissimis: attñ q̃ ad ĩperii dignitatẽ: & ad principatũ benegerẽdum ptinere dignoscit: dies noctesq̧ uigilanter incũbit: Marito itaq̧ ut pfertur mortuo cũ ipsa ĩperii administratiõe sũmo optimatũ populorũq̧ oĩum cõsensu suscepisset: uarii bellorũ & seditionũ motus trãscitraq̧ alpes oriri cæperunt: quos hæc uirago infracto aĩo singulariq̧ sapiẽtia: ac bonitate eximia ita repræssit: atq̧ cõposuit: ut pacatis undiq̧ rebus deo auctore uniuersum suũ impiũ semp aurea fœlicique pace frui cõmeruerit. Didicerat enĩ a maioribus & primariis regni sui pceribus: id regnũ a suis maioribus pie & iuste ac clemẽter sp fuisse rectũ. In quo nullus unq̃ tyrannus extitit: nullisq̧ grauibus uectigalibus: aut certe ĩprobis locus fuit: Tantã igiẽ hæc sancta uirago ab oĩbus suo in regimine cõtraxit grãm & beniuolentiã: ut moriẽs tãdẽ eius filius ĩ ãno dñi.1496. apud moncaleriũ insigne oppidũ suũ plus mœroris apud oẽs fuit huius mulieris desiderũ quã filii prĩcipis obit⁹: nã eo defũcto philippus ei⁹ magnus patru⁹: eidẽ in regnũ successit. Eaq̧ eo mõ auctoritate priuata in oppidis qbusdam sibi assignatis sancte & pudice sese cõtulit.

Helisabeth sfortia hui⁹ mẽ

Eius formositatem & pulchritudinem commemorat

6689 1490 ℭVulatislaus hungariæ & Bohemiæ Rex: hoc anno post graues & longas disceptatiões: ex poloniæ rege: panonũ Rex declaratus: regnauit in psentiarũ usq̧ annis.13. superiore etenĩ anno nonis aprilis Mathia gloriossimo Rege apoplexi morbo defuncto cũ eidẽ in Regno naturalis eius filius ioannes noĩe succedere uellet: maximæ cõtẽtiones inter panonas pceres mox exortæ fũt. Aliis huic Ioãni puero: aliis uulatislao isti iam Bohemo regi. Aliis Maximiliano Romanorũ regi Regnũ Vngari cũ decernẽtibus. rex tñ inclitũ uidebaẽ ad Ioãnẽ Mathiæ filiũ: quod is: & thesauros paternos: & munitissima fortilicia cũ psidiis penes se habebat. At Ioannes post menses tres ingenti cupidine regnãdi succẽsus magnũ exercitũ budæ duxit: ubi & cũ his qui eũ regno deturbare cõtendebãt pliũ cruentissimũ cõmisit, sed tãdẽ superatus & profligatis plurimis suorum amissis fugit: quo facto die sequẽti quæ dies tertiadecima Iulii regni proceres uno cõsensu beatricem mathiæ defuncti regis relictã in reginã suã delegerũt: seque illi denuo sacramẽto astrinxerunt. Cui & optionẽ eligẽdi sibi regem dederunt. At illa statim cum cõsensu procerũ atq̧ fauore hunc uulatislaũ Bohemiæ Regẽ: casimiri optimi poloniæ regis filiũ in uirũ & regẽ sibi delegit: ac postridie proceribꝰ ipsis adiuuantibus maximos apparatus ad eũ recipiendũ in regnũ cõstituit: ipse igiẽ uulatislaus maximo faustu & triũpho urbẽ Budã ingressus ĩ Arcẽ cũ Beatrice pacta sibi uxore ut legittimus rex se recepit: post tres uero mẽses: mẽse uidelicet octobri. Hic uulatislaus nouus rex: beatricẽ reginã in suã legitimã uxorẽ palam desponsauit. Quæ res cũ maximiliano ĩnotuisset aĩaduertens se p has nuptias Regno panoniæ: qđ sperauerat pp quorũdã procerũ cõspiratiõnẽ: priuari, ex austria panoniã uersus cũ magno exercitu ægrauit: ꝫ & uulatislaus hic armatis sex ac uiginti uirorũ milibus maximiliano obuiã uenit. His agẽtibus & sic se habẽtibus albertus huius frater casimiri poloniæ regis & ipse filius potiundi regni & ipse quoque cupidus panoniam armata manu inuasit: multaq̧ oppida cõpræhẽdit. Cũ quoq̧ haud multo post resignato sibi poloniæ regno: pacẽ & fœdus pcussit. Hoc ideo uulatislaum fecisse tradunt: ne cũ duobus eodem tpe bellũ gereret: cũq̧ maximilianus Albã regiam ciuitatẽ bello cæpisset: & in ea multã occidionẽ edidisset: atq̧ uersus Budã exercitũ duxisset uulatislaus hic eidẽ bello occurrit: & prælio seuissimo cõmisso. Maximilianũ cũ toto exercitu profligauit: & e finibus oĩno proiecit. Et deinceps regnũ pacatũ obtinuit. Pacato itaq̧ ex oĩ parte regno: nõ dignas certe Beatrici reginæ multorum amplissimorũq̧ beneficiorũ retributiones reddidit: ymo (ut ita dixerim) mala pro bonis

Contentionem regni panoniæ hic narrat

Io. regis filius superatus auffugit

Beatrix iteꝝ confirmatur regina

Beatricẽ desponsasse dicit

Albert⁹ huius regis frater

Maximilianum fugat

Beatricē uxorem repudiat

ueluti ingratissimus homo eidē rependit.nedū matrimonii fidē datā seruare uoluit:sꝫ & oīa sensim ipsi suæ repudiatæ coniugi auferri pcepit:adeo ut nedū auctoritatē oīmodam adimeret:sed & uitæ necessaria sibi afferri mandauerit.Eidē eni uulatislao Regnū procurauit & contulit: Sed & thesauros innumeros quos ipsa Regina penes se habebat:ad Bellá sustinēda obtulit:per ānos ferme duodecim æquo & excelso animo has & necessitatū calamitates patienter Beatrix pertulit sperans eū & pontificis Romani aliorūque ecclesiæ catholocæ prælatorū admonitionibus ac multorū Regū & principū xpianorū precibus demolitū ad sanctitatē adduci:tandē in anno superiore:qui fuit secūdus supra.M.cccc.a natali christiano annus:cū didicisset Regē aliā in gallis sibi desponsasse uxorē oī spe destituta:insalutato Rege in italiā ad federicū parthonopeū Regē germanum regio associata comitatu mœsta rediit. Est nhilominus uulatislaus hic rex pter hanc ingratitudinis & infidelitatis uxoriæ labē:magnarū uirtutū prout Casimirus eius pater ualde īsignis:Bellator minus uictoriosus exiftit:qui(præter quæ diximus)cū finitimis turchis plurima gessit bella:atqꝫ certamina.Est & corporis pulchritudine plurimū decoratus cū regio aspectu excultus:uirqꝫ prudentissimus cū sermone raro & prudēti sane atqꝫ decēti: prout reges decet.

Beatrix i italiam uenit

¶Ferdinandus christianissimus hispaniarū rex:hoc tēpore dū obstinatius repugnantes mauros granatinos cerneret cōfisos naturæ loci munitionibusqꝫ:qbus urbē suā inexpugnabilē reddebāt ad mutationē moysi prophetæ ne exercitus eius difficultatibus terū tam diu obsidēdo eam Granatam urbē terreref:ciuitaculá munitissimá uicinā granatæ ad quinqꝫ passuum milia cōstruxit quam factam fidē appellari uoluit. Quo & exercitus suus incōmoda tam diutinæ obsidionis facilius sustineret:& hostibus nullā requiē aut nullū tēpus ad reparandas uires comeatusqꝫ alicun de prospiciendos traderet.

Sancta fides noua ciuitas

¶Viri disciplinis excellentes.

¶Marianus natione Romanus:patria zinizanensis hoc est ex zinizano oppido:ordinis Eremitarum diui augustini theologus cōsultissimus:ac totius ordinis generalis prior hoc nostro æuo tanquā lucifer:& quidā Sol perfulgidus suis exquisitissimis declamationib⁹ & nouo concionandi mō nobis emicuit. Quibus:qui ueluti alter electionis uas mundo oblatus tantā ingenii uim: & dicendi robur:de se ostendit ut dicere ausim nemīnē in hoc sæculo inueniri unquā potuisse:q cum exquireret cōparari:erat profectus talis ac tantus ut nihil ex eo esset in oī policiore disciplina frustra desideraturus. Nā in suis declamatōibus ad populū ita uerbis lectis disertus erat:& sententiosus ēt canora uoce:uultuqꝫ ac cæteris corporis motibus ad rē erat accōmodatus : ut tanquā alter demostenes:nihil ad laudis cumulū accidere posset: Deinde quod pfectius erat:tāta habebatur religionis modestia:ut potuisset cū uniuerso terrarū orbe de omni genere laudis facile cōtendere. Se quoque in familiari sermone cognoscibilem præstabat:quātæ doctrinæ:quātæ eloquentiæ:quātæ ue sapientiæ esset præditus. Quas ob res factū fuit:ut inumerabiles audiores quodam inenarrabili obseruantia mox ad se traheret. Qui audito homine mirabundi cōfestim ei⁹ egregias uirtutes & religonē ubiqꝫ prædicarent: plurimi nāqꝫ quū hominis uidebant habitū:& quandam indolē in oculis & uultu minime uulgarē:nec nō & corpusculū eius inuictū & infatigabile:qui uidebaf nescirereparare uires:nisi quasi ex laboribus ipsis pro magno ducebant miraculo. Igitur quanta fuerit huius uiri doctrina & eloquentia ex Sermonibus a se editis eruditissimis quisqꝫ dilucide elicere potest:obiit autem hic dignissimus declamator cum magna reip. christianæ iactura anno.1500.

canonista

¶Felinus Episcopus:patria ferrariensis:ex nobilissima gente Sandea iuris utriusqꝫ doctor consumatissimus:ac aliarū bonarū litterarū eruditissimus:hac tēpestate:cū diu antea ferrariæ & ipsis publico earū urbiū Gymnasio cū maxima oīum laude pontificia iura florentissime docuisset:a pontifice inuocato octauo Romā ascitus rotæ collegio.ubi ardua & maximi momenti tractatur negocia:præfectus est. In quo sane collegio licet mille negociis maximē in pontificiis consultationibus sit occupatus. Attamen cum ingenii prope diuini sit uir:& consumatissima in utroqꝫ habeatur eius prudētia:multa in iure pontificio edidit opuscnla & cōmētaria:& ea quidē ita dilucide & exacte nodos huiusce disciplinæ enodauit:obscuraqꝫ declarauit:dubia quoqꝫ castigatissimo iudicio adhibito ita enucleauit ac decessit:ut eius scripta fere pro legibus habeanf. Et in clarissimis quibuscūqꝫ Gymnasiis recepta:ipso adhuc uiuente: pro statutis auctoritatibus allegentur. Quæ autē hic eruditissimus uir & ferrariæ:& pisis:romæqꝫ ediderit:hæc sunt primo ī gregorii doctoris libros:in cōstitutionibus. De rescriptis. De officio ordinarii. De maioritate & obedientia. De Tregua & pace:in lite nō contestata:De probationibus. De testibus cogendis:De fide instrumentorum. De sumptionibus:De iureiurando. De exceptionibus. De præscriptionib⁹ De snia & re iudicata:ac de appellationibus. Scripsit quoqꝫ & de accusationibus & inquisitionibus:fecit & additiones quasdā ad initiatum opus ab abbate in decretū seu librū decretorū: Item tractatum unum. De iure patronatus. Cuius titulus est. Quando litteræ apostolicæ nocent patronis ecclesiarum. Item & Sermonem. De indulgentia plenaria:assumpto themate:hodie mecum eris in paradiso:alio quoqꝫ eius cōmentaria esse feruntur:quæ nundum adhibita castigatione tanquā molis indigesta premuntur. Sed nec sola ea quæ absolutissima iuris utriusqꝫ prudētia contentus in multiplici rerum cognitione successiuis temporibus ita animum excreuit:ut eū

Titulos librorū dicit

cuncta

cuncta omnium temporum historiæ monumenta euoluisset cognosceres. Etiam libellum in modum Epitomen. In omnium Regum nomina: qui regnum Neapolitanorum tenuerūt: nomina & tempora miro ordine descripsit. Ex istis itaque operibus: qualis sit huius optimi uiri sciētia: sani quisque iudicii ac doctrinæ uir: absq; ullo nostro elogio iudicare ac diiudicare certe pōt. In ea igitur nūc summa fortunæ gloria: quæ in illa alexandri sexti Romani pontificis aula uersatur. constitutus maxima & multa negocia pertractans ac perficiens ab aulicis fere oībus maximo habetur in precio. Vbi nullum tēpus uacuum transit. Quo non aut consulentibus respondeat: aut lites componat: aut negociis sibi a pontifice iniunctis: aut lectione & peruigili oratione occupetur: id quod ex fratribus nostris sanctæ mariæ de populo accepi. Et quēadmodum dignus est ueneratione: ita a bonis amatur: colitur: & ueneratur.

¶ Matheus Bossus: patria ueronensis ordinis canonicorū Regularium diui augustini congregationisq; lateranensis professus. Quem ipsi & si uultu non agnouerim: pro ipsius tñ ardentissima charitate humilitateq; ac sanctimonia plurimi imprimis facio ac certe ingenti obseruantia prosequor: uir in omnigena eruditione egregie Doctus sed in dicendi elegātia & grauitate Doctior quam quidē grauitatē frontonii grauitate cōparare ausim: hac tempestate & concionandi gratia docendiq; atq; scribendi magno apud omnes habet̄ in precio. Qui suis in operibus componendis adeo ecclesiasticū dogma pigmentis oratoriis uenustauit. Et oī elegantia expoliuit. ut tersius mundiusq; uix quicquam inueniri possit: scripsit itaq; hic optimus pater multiplici doctrina hæc infrascripta opuscula. Imprimis Dyalogum de tollerādis aduersis perpulchrum libris. 2. itē de gerendo magistratu Iusticiaq; colenda ad Ioānem ludouicū Bossum iureconsultū Equitēq; auratum libro uno. Orationū etiā librum unum. Epistolarū multarū ad diuersos librū unum. Et alia quædā. In quibus omnibus cū uaria scateat doctrina: & ubiq; sit luculentus: nullibi ullum ꝑfecto arrogantiæ fumum euomit: sed quod decet Religiosum sanctitatis consultissimus uidetur Obiit autem patauii anno salutis nostræ. M.cccc.ii. Canonicus regularis

¶ Antonius cornazanus patria ferrariensis orator & poeta luculentissimus ad hæc usq; tempora clarus peruenit. Qui adeo maxime in ipsa poesi elegans disertusq; extitit: ut ex ore angelorum plerīq; ipsum accepisse sacram poesim autument. Nā inter cætera uitam & obitū beatissimæ uirginis Mariæ dei & domini nostri iesu christi parentis ita deuote & copiose ac sancte cecinit: atq; ipsius missa ita mirabili facundia enodauit: ut non mortalē eius poesim sed diuinā prorsus oēs proclament: ipsum autē opus hyppolitæ Neapoli Reginæ dum adhuc uirgo eēt inscripsit & dedicauit. Elegias etiā quasdam atq; poemata nōnulla edidit: in quibus certe maximū ipsius ingenium & eloquentiam maximam præ se fert. Scripsit & oratione soluta eleganter uitam magni Bartholomei coleoni uenetorum imperatoris maximi: quā magnifice comitati ciuitatis nostræ Bergomi dedicauit & obtulit miro conscriptam ornatu a qua grandi pecunia donatus fuit. Scripsit quoq; & plurimas orationes luculenter editas. Atque alia quædam Ferrariēsis poeta

¶ Ioannes picus Mirandulæ pricipis filius: uir non modo fortunæ: sed & totius corporis & animi dotibus peromatissime insignitus: hac nostra tēpestate in uniuersa pene Italia: pp incredibilem ipsius oīum scientiarū noticiam clarus effulsit. Hic quippe cū iuuenis admodū eēt. Intelligeretq; se perspicacissimo īgenio: ac tenacissimæ memoriæ ꝑdotatū fore: ut etiā ipsa præclarissima ad cumulū usq; ꝑducere īprimis amplissimū patrimonū tanq̄ socrates ueluti contemnēdum uendidit: & uoluptate a se reiecta uirtuti pro sua uirili inhesit. Et ut omnimodam sapientiam sibi uendicare posset: tanquā ulisses uarias & diuersas Italiæ urbes peragrans inuisere curauit uniuersa pene Gymnasia semper aliquid odorando. Et per Bibliothecas elucubrando. Quo quidē infatigabili & honorabili studio: non solum in noticiā plurū linguarū deuenerat: sed & etiā adeptis septem liberalium disciplinis in magnum philosophum & eminentissimum tandem euasit theologum: atq; ita ipse ꝑstantissimus Ioan. in huiusmodi disciplinis poptime instructus: et sua in adolescentia non uerebatur cum quouis doctore in qualibet scientia disputando & diserēdo cōgredi. Quo quidē admirando diserendi modo factum fuit: ut apud oēs Italiæ potentatus: non minus colendus q̄ admirandus fuerit habitus. Scripsit itaq; ut a fide dignis accepi: hæc quæ subiecta sunt: primo septiformē sex dierū expositionē: cuius titulus est Heptaplus: quod sane opus ꝑpulchrū est: Et non Emolumentū studiosis: sed uoluptatem haud uulgarem pariturum fore non abigebatur: item de concordia platonis & aristotelis decadas decem defensionem traslatiōis diui hieronymi: qua Ecclesia utitur aduersus calumnias hebræorum. Cōmentaria in nouam ac ueterem legem. Opus quoq; singulare & quasi admirandum super psalmos dauid. Multa in defensionem christianæ religionis præsertim aduersus iudeos & Impios philosophos. Quæstiōes item multas stillo parisiensi disputatas: easq; naturales atq; diuinas & certe composuit. Atq; alia complurima edidit. Eius autem uitam atq; sanctam Dormitionem luculentissimo stillo Ioannes franciscus picus mirandulæ nepos composuit. Obiit autem admodum iuuenis florentiæ: anno a natali christiano. 1490. sepultus apud sanctum marcum ordinis prædicatorum: cui & Bibliothecam suam permaximam ex testamento legauit. mirandulæ philosophus libri huius recitantur

¶ Angelus policianus natione Ethruscus ab oppido policiani policianus cognominatus uene-

philosophus etruscus — randus Sacerdos: canonicusq; florentinus: ac illustris laurentii medices pcipuus sane Alunus & studiorũ pdicti Io. pici: studiorũ indiuiduus socius: hisdẽ tpibus apud Ethruscos oẽs: potissimũq; florentinos & eorũ Senatũ. Vbi uno & decẽ annis publico munere cũ maximo sui prædicamento (ob discipulorũ frequẽtiã) nõ solũ latinas græcasq; litteras: uerũ ẽt philosophiã floẽtissime docuit: permagno fuit in pcio. Qui cũ esset uir pegregie doctus atq; disertus: ut & psentibus atq; futuris uniuersis innotesceret quãtũ & apud græcos ac latinos in dicẽdo ualeret aut nõ ualeret: per multa: ut ex ĩfrascriptis titulorũ libris: elicere quisq; põt. Vnde & uersu & prosa plurima ornatissime perscripsit. Et ea quidẽ nõ oratorio & poetico duntaxat more: sed etiã philosophico mõ cõscripsit: ipsius equidẽ stilli modus grauissimus: hominis doctrinam atque eruditionẽ pse ferre uidentur. Scripsit itaq; hic uenerandus policianus hæc quæ subiecta sũt. Cẽturiã unã Miscellanearum ad imitationẽ Auli gelii: poemata itẽ quattuor: q̃ siluæ dicunt: quarũ tituli. Manto: Rustic⁹ Ambra: & Nutricia. De ira ad laurentiũ medicẽ itẽ pfacio in Homerũ poetã: præfacio in Quintilianũ & statii siluas atq; suetoniũ. E græco aũt puer adhuc libros sex homeri exametris uertit. quos editos deinde reuocauit. Herodiani historiã Romanorũ principũ. Itẽ in latinũ uertit. Item Epicteti Encheridion: Athanasii opusculũ psalmos in latinum fecit. Itẽ Epistolarum libros duodecim. Orationes pene innumerabiles cõposuit. Item Epistolas & epigrammata: & Elegias: & Odas græce latineq; composuit: uertit alexandri Aphrodisii quæstionem libros quattuor. Item problemata eiusdem alexandri xenophontis. Et librum de Socratis memorabilibus: hypocratis aphorismos cum cõmento galieni uertit. Itẽ cõmentarios in Aristotelem de Animalibus: notasq; interpretationes theodori gazæ edidit. Emendationem deniq; breuemq; expositionem digestorum: quæ contulit cum pisana littera: pollicebatur ẽt si uixisset liberalissimas artes omnes & uiua uoce & scriptis luculentissime enarratũ. Multa ac multa uir iste scitu dignissima: nisi morte immatura præuentus esset: posteris reliquisset: quæ forte nunquã scientur: obiit deniq; tantus uir admodum Iuuenis florentiæ anno a natiuitate domini. 1499. Nec eius uita caruit obtrectatoribus & forte mendacibus.

huius libri hi sũt — græcas translationes

patriarcha — ¶ Hermolaus Barbarus patritius uenetus francisci barbari eruditissimi uiri ex zacharia filio nepos. Aquileiensis dignissimus pattiarcha. Vir omnium disciplinarum certe peritissimus hac tempestate & dignitate pontificali: etiam omni eruditione atq; doctrina uniuerso occidenti insignissimus & præclarus est habitus. Cuius sane tanta philosophiæ & cæterarũ disciplinarum fuit consumatissima eruditio: ut si quis inter eminentissimos christicolas esset enumerandus: inter illustres & habendus: tatua dignus: hic hermolaus mihi uidetur summis & æquissimis meritis sibi id uendicari potuisse: qui singulari sua doctrina atq; sapientia & eloquentia effecit: ut non modo his finibus quibus continetur Res italica. uiuat Barbarum nomen: sed etiam ad peregrinos omnibus seculis uagaturum sit gentes: is & enim & si egregiis honoribus suo in Senatu a puero semper perfunctus: & fastigium omnium disciplinarum tenuerit: tamen tantæ humilitatis extitit: ut & professores & studiosos artium bonarum: quãuis humili loco aliqui essent: ita complectabatur & amabat: ut æque cunctis suæ quasi maiestatis fasces submittere uideretur. De hoc homĩe multa mihi pro magnitudine uirtutum ac dignitatum: maxime in reipu. benegesta: essent conscribenda. Sed hoc in ordine dicendi: non nisi de eruditione & scriptis eius tãtũ. Ideo cæteris ei⁹ bene gestis ptermissis. Solum de Editione opusculorum dixisse sufficiat. Scripsit igitur hic eruditissimus hermolaus: imprimis. De celibatu libros. Castigationes plinianæ li. i. Contra Barbaros philosophos li. i. De Re uxoria metrice li. i. Quæstiones geometriæ lib. i. Couenientia Astronomiæ & medicinæ li. i. Præcepta historiæ cõscribẽdæ li. i. Compendium philosophiæ li. i. Compẽdium galieni li. i. Epistolarum ad diuersos li. i. Orationes multiplices li. i. Carminum li. i. Rhetoricam quoq; aristotelis ac dyaleticam uniuersam & Dyoscoridem interpretatus est. Obiit & hic maximus uir cũ maxima studiosorũ iactura: anno dñi. M. cccc. 93. ætatis suæ trigesimo nono.

De eius opusculis

Historicus magnus — ¶ Marcus Antonius Sabellicus Rhetor & historicus atq; philosophus peregregius & peracutus: hac nostra tempestate: non solum apud uenetos ubi publico munere iam diu mirifice docuit: sed & apud uniuersam Italiã pp ipsius maximã eruditionẽ: & optimũ dicendi modum magno est in pcio: Hic autem præstãtissimus & eloquẽtissimus uir: imprimis ex cocceia nobili uetustaq; familia ĩ latio nõ lõge ab aniẽne fluuio ĩ uarronis uico natus. Io. habuit genitorẽ: quẽ & Ro. sub põponio & domicio pitissimis doctoribus erudiendũ trãsmisit: ubi cũ eminẽtissimi ac ppe diuini adolescẽs foret ĩgenii: ut de reliqs taceã: pria ei⁹ cõmẽdatio circa poeticã eluxit. Vñ & adhuc pene puer ad qnq; milia Carminũ scripsit. Quæ pene oĩa cũ adoleuisset aboleuit. postea crescentibus annis mox solutam orationem tãto studio: Tantaq; industria adamauit. Et ĩ ea tantũ enituit. Vt oĩum etiã opinionem in ipsa sua adolescentia superarit. Sed neq; Oratoria uirtute contentus esse uoluit. Nisi ẽt ad Reginã oĩum artium philosophiam: atq; ut ita dixerim: theologiã magnificentissime pueniret: deniq; cũ ad adultam peruenisset ætatẽ: ex ingenii sui fœlicitate: & naturæ suæ munere complurima librorum uolumina elegantissimo & magnifico edidit stillo: quæ quidem & litteraturam hominis studiumque: ac elegantiam peroptime indicant: Nam ea ipsius opera in lucẽ prodita: pter singularẽ facundiã: & optimã scribendi artẽ: sũmo in

honore apud

honore apud oẽs habenẽ:profecto ut uidere uideor ego:hunc uirũ ipse ĩmortalis. Deus tanta facundia:tantoq̃ scribendi mõ illustrauit:ut alterũ Liuiũ patauinũ historicũ nunc suscitasse uisus ẽ. Huic quippe ad oẽ scribendi genus:tanta inest habundantia:ut cũ opus sit etiam minima quæq̃ tanto nitore & eloquentia depromat:ut legentibus quasdã delitias offerre uideatur. Est & insup hic præter doctrinam singularẽ uir certe p̃humanus:modestusq̃:ac multa ueneratiõe dignus:cõplurima itaq̃ hic edidit librorũ uolumina inter quæ sunt ista:uidelicet. De uetustate urbis Aquileiæ libros sex pedestri orõne. De situ uenetæ urbis li.3.de uenetis magistratibus li.i.historiã rerũ uenetarũ li.35. De officio prætoris li.i. De latinæ linguæ reparatione li.i. Obseruationũ in plinium & cæteros linguæ latinæ auctores.li.2.paraphrasim in duodecim Suetonii historici uitas. De officio scribæ.li.i. De officio causidici li.i. De sãcti Rochi uita li.i.epistolarũ circiter li.5.orões plurimas. A mũdi quoq̃ exordio:omnem diuinarũ humanarũq̃ rerũ seriẽ & historiã elegantissimo conscripsit stillo.opus certe diuinũ & omni admiratione dignũ:qđ in plurimis uoluminibus distinxit. Scripsit p̃terea elegias.13.in laudẽ uirginis Mariæ:atq̃ alias multas. Heroico aũt uersu in munitionẽ Sonciacam:in cladẽ sonciacam:originem utini. De inuẽtoribus artiũ ad ludouicum Sfortiã: De calabro tumultu carmen li.i.craterẽ uicentinũ li.i.& Rerũ uenetarũ panegyricũ carmen quattuor libris distinctũ:& quædã alia quottidie cõponere nõ desistit. Libros huius recitat

¶ Georgius ualla:patria placentinus:uir undecunq̃ & ipse doctissimus philosophus Rhetor: & poeta elegantissimus:hac tempestate:& doctrina & fama:ac librorũ editione non minoris precii apud uenetos:ubi iã multo tpe publico munere docuit:q̃ supradictus existit. Qui cum utraq̃ lingua eruditissimus habeaẽ:sitq̃ ingenio prope diuino:atq̃ eloquio disertus. Et ipse p̃multa scripsit librorũ uolumina. Quorũ elegantia:& utilitate eruditos uiros oẽs debitores sibi fecit obnoxios. De quibus extant subiecta. Et primo. De ortographia:libros duos. De quantitate Syllabarũ lib.i. De figuris oratorum & poetarum li.i. In Ciceronem:de uniuersitate li.i. In eundẽ de freto lib.i.ĩ Topycorum libris eiusdẽ li.i.in Rhetoricã ad herenniũ li.i.in iuuenalem li.i.in poeticã horatii li.i. De ratione differendi li.2. De rebus experendis & fugiendis li.i. Epistolarum ad diuersos li.i. Ex latino in Græcum uertit. Aristotelis Opusculũ:de ueritate. Eiusdẽ Ethicorũ libros duos. Nemesii quoq̃ philosophi xp̃iani opus. De natura hominis:libellũ ẽt Athenagoræ philosophi acutissimi. de resurrectione librũ etiã Dialetices Brissonis. Tractatum insuper Galieni medici. De heresibus medicorum. Eiusdem introductorium ad medicinã. Problematũ quoq̃ Alexandri libros quattuor. Et alia multa. rhetor & p̃hus ualensis libros hui⁹ cõmemorat in latinũ uersa

¶ Nicasius natione theutonicus patria Barbantinus:corpore cecus:& ob id elementorũ oĩum pœnitus ignarus:hoc tpe uelut grande quoddã miraculũ: & alterũ Dydimũ Alexandrinũ cecũ: in omni doctrina se eruditissimũ fuisse mundo exhibuit.hic tanquã diuus Augustinus excellentissimus ecclesiæ doctor oẽs artes quas liberales uocant:per semetipsum nullo quasi tradente didicit & intellexit.in primis enim coloniensi Gymnasio iura publice docuit. Et libros utriusque iuris quos nunquã uidit:auditu solum didicit:& menti recitauit. Indeq̃ eam ob gratiam in uniuersitate iouaniensi magisterii gradum in Artibus suscepit:& Scholas postmodum multis in locis gloriosissime rexit:propter q̃ & in sacra theologia licentiatus fuit. Et apostolica auctoritate Sacerdos ordinatur:qua in dignitate & gradu publice prædicauit:confessiones audiuit:& Euangelium cecus cantauit.postremo in coloniensi Academia cĩum doctorũ consensu Doctor canonici iuris constitutus est. Et legum etiam imperialium cautus interpres. Vbi & celeberrimum opus edidit:quod in eadem coloniensi uniuersitate publice p̃p auctoritatẽ opis legi concessum est:uidelicet primo sup institutis li.4. Cuius principiũ est. Quia ea q̃ bene in choro. Super sñias libros. 4. Sermones uarios librum unum. Et plurimas epistolas. Obiit deniq̃ coloniæ: anno salutis nr̃æ. M.cccc.xcii.ibidem in maiori urbis ecclesia:cum magna funeris pompa sepultus. cecus theutõicus fuit

¶ Lippus aurelius florentinus:ordinis eremitarũ diui Augustini:& ipse a natiuitate quasi semper cecus uir certe eruditissimus:sed eloquentissimus:ac disertissimus imprimis:poetaq̃ cõsumatissimus:atq̃ multarũ aliarũ disciplinarũ maximeq̃ musicæ sufficienter edoctus:hisdẽ tẽporibus ĩ hũgaria:atq̃ italia oĩ clarus extitit. Cuius tãta fuit memoriæ tenacitas ut Garsia pyrrhi regis orator fuit. Ipse.n.ẽt cũ ingenii eminentissimi foret hõ:& in oĩ Doctrina consumatissimus habereẽ: & eius fama ubiq̃ explendesceret: A Mathia gloriosissimo panoniorum rege ascitus:& Budæ:ac Strigoniæ multis annis publico munere magna cũ laude Oratoriã docuit. Inde florentinã dulcẽ patriã reuersus:ordinis habitũ induens:haud multo tpe p̃p ingenii & eruditionis magnitudinẽ. Sacerdos ordinatus ẽt cõcionator euasit egregius:atq̃ disertissimus orator. Nã cũ aliquã p̃dicaturus ĩgredereẽ ciuitatẽ & ecclesiarũ p̃lati atq̃ alii doctissimi uiri quadã incredibili uoluptate illum audire satagebant. Eratq̃ adeo facilis in cudẽdis uersibus cuiuscũq̃ generis:ut q̃cquid dicere uolebat:uersus erat. Scripsit & hic pro ĩgenii sui magnitudine tũ uersu:tũ orõne soluta plurima opuscula. Et primo historias oẽs ueteris testi:in elegantiore stillo cõgessit. De legibus opus pulchrũ. Sup oẽs Epistolas pauli pulcherrime cõmẽtatus est:historias multas sanctorũ composuit. Atq̃ orões p̃multas elegantissimas:ac doctas & ad sũmũ pontificẽ de passione dñi nostri iesu xp̃i:& ad alios multos scripsit. Et alia multa:moritur aũt ex peste Romæ:anno dñi 1498. ordinis eremitarũ & ipse cecus

legista ¶ Baptista de sancto Blasio: patria patauinus iuris utriusq; peritissimus: ac philosophus p̄clarus: ingenio & eloquio perornatus: hoc tempore clarus existit. Et in patauino Gymnasio iura publice egregie docens: magnā discipulorū ex omni mundo copiā florētissime docet. Qui cum ea in facultate doctor excellētissimus habeatur etiam ex ingenii sui magnitudine: præclara cōposuit opera. E quibus infrascripta feruntur. Et primo de priuilegiis Dotalibus librū unū. Correlatum quoq; li.i. Q uestiones de Arbi.c.li.i. S uper prima Rubrica decreti li.i.

legista & orator ¶ Iason Maynus nobilis Mediolanensium patritius: consumatissimus iureconsultus: ac Orator facundissimus. Eques auratus: ac Ducalis senator: hoc tempore ubiq;: & propter eruditionē maximā: & dicendi optimi Robur: ac corporis totius elegantiam: magno habetur in precio: uir non solum in litterarum doctrina: sed & a quacūq; difficillima obeunda: certe præstantissimus: quod legatiões permaximæ: atq; alia officia sibi a ludouico sforria sapientissimo Mediolanense Duce credita & sapientissime confecta testimonio comprobātur. De quo ego hoc in loco. ut de cartha gine: S alustius tacere satius puto: quam pauca dicere. Est nanq; dignus hic doctor: qui uoliter docta per ora omnium. Hic itaq; ex suo elegantissimo ingenio: acceterimoq; iudicio: atq; exquisitissima Doctrina: cum complurima alia egregia monumenta posteris reliquerit: tum & libros elucubrauit infra notatos: uidelicet Super titulo. De acti. in Institutā lib.i. Super codice libros.ix. Etiam super Digestis uaria congessit. Orationes uarias: & ad pontifices Romanos & ad imperatorem federicum eiusque filium successorem Maximilianum: & alias nationes plures extāt & ipsi epistolæ elegantes: & quædā alia.

libros eius describit

legista bononiēsis. ¶ Ioannes canipeus: patria Bononiensis: & ipse iuris utriusq;(ut ita dixerim) monarcha philosophusq; magni Alexandri imolensis consumantissimi legum interpretis auditor hac ætate: non solum Bononiæ & patauii: ubi iam diu magna cū multorum discipulorum frequentia publice docuit: sed & rebus a se clarissime gestis: ac ingenti sua uirtute nostrum sæculum illustrare. Q ui(ut præfertur) cum sit excellentissime doctus & ipse sua in facultate multos egregios cōscripsit commentarios: atq; tractatus quibus nomē suū posteritati cōmēdauit. De quibus fertur eius insignis de Dote tractatus libro uno. Ac multa eius consilia feruntur cum aliis plurimis opusculis.

legista senensis. ¶ Bertholomeus Socinus Senensis Dñi Mariani Socini legum interp̄tis celeberrimi filius. De quo Mariano supra diximus Iurisconsultus excellens plurimum: hoc tp̄e in Ethruria primū inter legum interpretes locū tenens & doctrina: & ingenio plurimū ualet: ut ipsius & lectiones & scripta: atq; consilia eius plurima sescripta indicant. Et hic alexādri etiā discipulis extitit.

legista senensis ¶ Bulgarenus Senensis magnus & ipse legum interpres: hoc tempore floruit: & anno salutis nostræ.1497. in fata concessit: uir certe omni uita probatus: & honoris cupidus: ac magno ingenii munere decoratus. Cuius innata eloquentia eum nimiū clarū effecit: atq; in iudicādo consulendoq;: ac docendo: propensus maximo dū uixit apud oēs fuit in precio. Et uita functus egregiū de se nomen. ac famā posteris dereliquit. Et hic ex Alexādri imolensis discipulis unus fuit.

Legista ferrariensis ¶ Ioānes maria Riminaldus ferrariensis: magni Alexandri imolensis auditor & discipulus insignissimus legū Doctor: hoc quasi tp̄e clarissimus existens: & apud urbē suā ferrariā legis fœlicissime docens paulo post idest anno dñi.1496. me ferrariæ existente: suū diē clausit extremū: āno uitæ suæ.63. & apud diuum franciscū ingenti funeris pōpa tumulatus est. Cuius celebris fama & legendo: & consulendo usq; in hunc diē p̄seuerat. Extant & eius clarissimi interp̄tis permulta cōsiliorū documenta. De his aūt p̄clarissimis legū interp̄tibus quē p̄stare cæteris putem: aut in loco quisq; poni debeat nescio. Cū oēs uno eodēq; tēpore fuerint & sint fama præclarissimi.

carthusiensis ordinis ¶ Ioannes uenetus: ordinis carthusiensiū: domus sancti Andreæ apostoli ea in urbe ueneta prior diuinarū scripturarū eruditissimus uir: ingenioq; præstans: uita & conuersatione deuotus. ac regularis obseruantiæ eximius cultor: ac ætate ad instructionem simplicium scripsit non uulgaria opuscula. E quibus extat opus præclarum: quod nosce te prænotauit: in libris tribus distinctū. Itē De patientia & humilitate li.i. speculū morientiū li.3. corona quoq; senum li.i. Sermones uarii libro uno. Epistolæ item multæ. Et alia quædam.

theutōicus theologus ¶ Ioannes theutonicus de Mylbach theologus: ac p̄hus non ignobilis erphordensis Gymnasii p̄cipuus doctor: atq; magister: hac tēpestate cū in eodē gymnasio diu sacrā theologiā florentissime docuisset: & multos ea in facultate discipulos eruditos effecisset: S cripsit nōnulla p̄clara opuscula: quā ingeniū suū mirifice demōstrauit. De q̄bus ordinarie legit. In epistolas pauli: de laudibus diui Hierony. Sermones uarios li.i. itē q̄ōnes diuersas. & quædā alia.

ordinis carmelitarum ¶ Baptista mantuanus ordinis carmelitanus: theologus: ac poeta nostri temporis certe consumatissimus hac tempestate propter ipsius poeticen: atque alias eruditiones magno existit in precio. Quamobrem ipsius eloquentiam in uersificando admirantes dicunt. Aut baptista Virgilium conterraneum suum sequitur; aut Virgilius baptistam. Hic itaque promptissimi: ac acerrimi existat ingenii: ut cæteras eius uirtutes missas faciam: scripsit Syluarum libros octo. Versu: eglogas decem. De calamitatibus nostrorum temporum libros tres. In uita beatissimæ uirginis Mariæ lib.3. item in uita beatæ catherinæ uirginis & Martyris libros tres. Vita ludouici Morbioli li.i. Vita beatæ margaritæ: beatæq; Agatæ: atq; Luciæ uirginum & martyrū li.i. Vita etiam

scē Apoloniæ

sanctæ Apoloniæ in li.i. Ad falconē librū unū. In Tropheo Francisci gonzagæ mantuæ marchionis lib.v. De captiuitate Granatæ: & eius Regni: li.vi. Oīa carmine. In prosa uero. De patiētia lib. tres. & Dyalogū. De ieiunio: Sermonesq̃ multos prout ipsemet rogatus rettulit.

¶ Hermanus cognomento sic appellatus: cui propriū nomen haryngus fuit natione theutonicus: phrysiæ oriundus: utriusq̃ iuris insignis ĩterpres p̄hus: & diuinarū scripturarū egregie doctus Ingenio acer: atq̃ disertus consilioq̃ prōptus: hac nostra ætate in coloniensi Gymnasio: & docēdo: & scribendo: atq̃ consulendo principatum obtinet: qui inter alia ex ingenii sui magnitudine. Opus grande: ac celeberrimū cōposuit: titulos legaliū accuratissime & exacto enucleans. Omnibus in utroq̃ studere incipientibus admodū utile & necessariū. Et primo Super titulos codicis libros duodecim: Super titulos totius Digesti libros quinquaginta. Super libros Autenticoꝝ: librū unū. In usus feudoꝝ li.i. De pace cōstantiæ librū unū. Super titulū institutionū li.4. Super titulū Decretaliū li.5. Atq̃ alia quædā: cum adhuc in uiuis superstit gloriosus. legista theutonicus

¶ Georgius merula: p̄ria Alexandrinus: orator & p̄hus: ac utriusq̃ linguæ eruditissimus: p hoc tēpus: & uenetiis: ac Mediolani insignis habet̄: uir plane doctus: ac diligens longeq̃ aliis quibuscūq̃ scriptoribus diligentior. Quaobrē maxima apud doctos sunt eius laudē præconia. Nā qui eius scripta uident: uno ore oēs docti: bona de eisdē dicunt. Doctrināq̃ hoīs prædicant: extollūtq̃ ac quasi admirent̄. Erat hic (etsi admodū eruditus) quodā uitio notatus: quod dignitati scribētiū plurimū efficit. q̃ morsibus uiuentiū & laudatiōibus plurimū suis in scriptis utebat̄. Hic itaq̃ doctissimus Merula non solū semp docendo polliciores ubiq̃ ciues reddere annitebatur. Verū & scribendo in primis Res gestas Ludouici Sfortiæ sapientissimi principis maiorūq̃ suoꝝ non posteritati modo: sed æternitati multis uoluminibus cōmendauit: scripsit permultos cōmentarios ĩ iuuenalem: Statiū: atq̃ alios. Inde centenarias quasdā. Extant & eiusdē epistalarū libri multi. Et ipse quāquā haberet̄ eruditissimus: & ingenii pspicacissimi nō caruit obtrectatoribus. Eius.n. cōmētaria & scripta magna ꝑfecto posteritatis spe: & uiuentiū gratia nūc usq̃ accepta. Obiit dēiq̃ admodū Senex mediolani: anno salutis nostræ.1494. Eius aūt mors & pricipi ludouico (cui admodū gratus erat) atq̃ aliis pmultis nobilioribus maximū equidē attulit mœrorē quod utilis foret instituendæ iuuentuti: rerū memoria: & iucunditate oēs oblectabat. Orator & rhetor lūbard⁹

¶ Stephanus theutonicus: patria Argentinensis insignis utriusq̃ iuris professor: & aliarū bonarū litterarū utiq̃ doctus. ac poeticā disciplinā egregie calens: hoc tēpore sua incōparabili eruditione atq̃ doctrina: non solū Basileā inclitā Germaniæ ciuitatē: sed & totā theutoniā mirifice exornat. Qui ex ingenio suo excellētissimo hæc q̃ subiecta sunt confecit opuscula. Ex quibus extant: prīo Sup titulis utriusq̃ iuris. li.i. Rosariū uirginis Mariæ Saphico uersu. In laudē uirginis mariæ enigmata ueteris testi. Virginalē conceptū possibile probat. Salutatio angeli. De locis mirificis beatæ uirginis. Cōpassio uirginalis: cōsolatio Christi ad matrē. In laudē sancti Sebastiani: in laudem sancti Valentini: in laudē sancti Iuonis: Vitā sancti Bernardi. De contēptu sæculi. Contra aduocatos calūniatores. De captiuitate Regis maximiliani: Elegiā in morte Federici imperatoris. Variorum Epigrāmatum librum unum. Compilauit præterea (ut aiunt) Vernacula lingua mira arte: atq̃ ingenio: libellum quendam quē nauem Naragoniæ appellauit: in quo causam: & radicem omnium stulticiarum adeo eleganter expressit: mores hominum carpit: & quædam salutaria remedia singulis tradidit: ut non iure stultorum librum: sed diuinam potius Satyram: illud opus appellasset. Aiunt ipsum adhuc uiuere annos habens.47. legista theutonicus libri huius

¶ Baptista leo: patria florentinus ex clarissima ortus familia: uir ingenii elegantissimi: acerrimique iudicii: & exquisitissimæ doctrinæ: hoc tempore facto concessit. Qui cum plurima alia egregia monumenta edidisset etiam libros decem de architectura ad imitationem uetruuii elucubrauit: quos propemodum emendatos: perpolitosq̃ editurus iam in lucem: & diuo laurentio Mediceo dedicaturus obiit. Quos nihilominus eius frater Bernardus homo prudentissimus & litteratus in uolumen redactos. Eidem laurentio præsentauit. Aiunt enim hunc hominem quālibet remotæ litteræ latuisse. Nam ita antiquitatis uestigia fuit perscrutatus: ut omnem ueterum architectandi rationem & depræhenderit & in exemplum reuocauerit. Sic ut non solum in eo machinas: & pegamata attomataq̃ permulta: sed formasq̃ ædificiorum admirabilis excogitauerit. Fuit ꝓterea hic Baptista optimus & pictor etiam statuarius. florētin⁹ architectus

¶ Engelhardus orientalis francus: natione theutonicus: uir doctus & undecunque peritus philosophus orator & poeta insignis diuinarumque scripturarum: & iuris pontificii non ignarus: hoc tempore Romæ aduocatus causarum constitutus magno habetur in precio. Qui cum sit acri ingenio excellenti: ut ac disertus eloquio metro: ac prosa excellens: quædam utroq̃ genere stili cōposuit opuscula: quibus nomen suum æternitati mandauit. Et primo Carmine elegiaco. De laude patriæ suæ librum unum. De Anulo sancti Donati librum unum. Epistolas plures ad diuersos: epigrāmata Varia. et complura alia. theutōicus auditor cārū

¶ Vernerus natione theutonicus patria uuestphalus: ordinis cartusiensiū: prior sanctæ Barbaræ in colonia Agrippina. Vir diuinarū scripturarū studiosissimus: ualde eruditus: ingenio excellēs religiosaq̃ conuersatione: p hoc tp̄s p̄clara edidit opuscula: q̄bus se utilē p̄ntibus pariter & futuris Ordinis cartusiēsiū

declarauit. E qbus extant subiecta. Sup epistolas pauli opus grãde. Quod pauli doctrinã pnota uit libris.14. De uita ipsius sancti pauli li.7. De ualore missarũ li.i. De regimĩe principũ li.i. De studio theologiæ li.i. Fasiculus tépoꝝ li.i. paradisus cõscientiæ li.i. Sermões multi li.i. Et alia multa.

Fasiculus tépoꝝ ordĩs carmelitarũ

¶ Arnoldus Bostius natione theutonicus: ordinis carmelitarũ philosophus & theologus: ac poeta: & orator pclarus: hac tẽpestate uiuus existens. Scripsit metro & prosa multa præclara monumenta. De quibus extant subiecta: primo. De patronatu mariæ uersu lib.i. De illustribus uitis sui ordinis: atq; carthusiensiũ lib.2. Contra uincentiũ de nouo castro li.i. epistolarũ ad diuersos lib.i. De quattuor nouissimis lib.i. Carmina diuersa. Et quædam alia.

ordinis pdicatorũ

¶ Hieronymus ferrariensis ordinis pdicatorum professus. Declamator ardentissimus & multarũ bonarũ litterarũ apprime eruditus: hac tempestate: ppter huiusmodi singulare pdicandi: uidelicet munus: apud Ethruscos potissimũq; florentinos ueluti singulare quoddã illustrissimũ eisdẽ de cœlo dimissum lumen existimatũ est. Vir certe apparenter bonus modestusq;: ad singularis deuotionis & sanctimoniæ: ut pote qui singulis quasi diebus: os in ecclesia appeniens pœnitentiã suadebat: & uiã dñi in ueritate docere cunctis uidebat: ac quædã sæculo ueritatis zizaniã & loliũ pcidendo exterminabat auaritiã pellebat libidines & cætera quoq; uitia fulminabat. Sed ambitionẽ (in religiosis dãnabilẽ) quã sũmope strangulare in se debuerat: ardẽtissime cõplexus est. Quæ quidẽ contagiosa pestis suæ ruinæ & acerrimæ mortis: ac religionis suæ scandalũ cã: & occasio extitit. Erat profecto hic hieronymus omni extrinseca uirtute: uidelicet doctrina: & plurimarũ rerũ scientia decoratus: quibus donis si recte uti uoluisset: sempiterna memoria profecto dignus fuisset. sed uereor ne ipsa dona in pestẽ suã sibi fuerint a natura cõcessa: itaq; cũ apud uniuersam florentinã rẽpu. præ cæteris religiosis maximo in precio haberet: oiaq; suo consilio agerent in primis contra cõgregationẽ suã obseruantiũ cornua erexit: & quosdã in ethruria cõuentus ab ea segregans: se illoꝝ patronũ ambitiose nimiũ constituit: & in ea Scisma nõ paruũ suscitauit. Deinde (ut aiunt) a sũmo põtifice romano: uidelicet Alexãdro sexto tanq̃ seditiosum: & populorum concitatorẽ: contẽptorẽq; pontificiæ dignitatis: atq; auctoritatis: ac tanq̃ multoꝝ maloꝝ effectorẽ & auctorẽ: igni cũ duobus sociis dãnatus: anno salutis nostræ.1499. tandẽ cõbustus fuit. Aderat uniuersus florentinæ urbis populus in magno ipsius ciuitatis foro. Aderat & põtificis Ro. legatus ad huiusmodi iusticiã pagendã: una cũ generali ordinis sui magistro: qui ipsos habitu religionis imprimis eximit: deinde clericali dignitate priuatos sæculari potestati traditos laqueo strãgulari & exuri iussi sunt. Vtrum aũt huiusce mortis iudiciũ cõmeruerit hic tantus uir: meũ nõ est hoc in loco de alto iudicio sacri senatus ecclesiæ censere aut dicere. Scripsit itaq; hic eruditus & illustris litterarũ uir: multa memoratu digna opuscula: eruditione plena: & primo quadragesimale unũ li.uno. Super psalmos penitentiales dũ in carceribus captiuus detineretur pulchre. Super multos prophetas cõmentatus est: atq; alia multa. Mortẽ uero illã acerbissimã ipsum ita constãti pectore pertulisse ferunt: siue aũt perfidia siue pertinacia aut pacientia hoc egerit: certe philosophorũ aut uerorũ christianorũ schola interitum uiri omnes describerent.

combustio hoĩs

libros huius cõmemorat

¶ Guido Rubeus magnus multoꝝ olim oppidorũ in parmensi agro comes: hoc anno uenetiis octobrio mense mortẽ obiit. Et illius funus ibidẽ in Edẽ charitatis ordinis canonicoꝝ curatum. Magna & celebri põpa extitit. Vir sane uirtutũ gloria ac laudis oĩs plane insignis. Cuius uirtutes atq; pconia tales & tanta fuere in omni genere laudis. Vt nulla eloquentia nec optari posse. Nec concipi. Quæ uel auiditatẽ animi mei expleat. Vel rei Magnitudini respondeat: uel dignitati optimæ hoĩs uitæ satisfaciat. Fuit itaq; hic admirãdus Guido illustrius petri mariæ Rubei filius: quẽ imprimis nullã sollicitauit unquã ambitio: nullaq; honoris sæcularis contra deũ cupido prouexit De quo certe nõ aĩr q̃ de beatissimo Iob scribere debeo. Amiserat hic inclitus uir opes pmaxias amiserat uires: & domũ Auitã: & Oppida.xvii. florentissima: quæ cœli amœnitate erat lætissima tũ situ: murisq; inexpugnabilia: & cũ eisdẽ consitos ortos: piscinas & stagna: reliquasq; id genus delicias: unus inter Mediolanẽses potentior: & gloria generis: ac magnitudine rerũ: domi militiæque gestarum omnibus facile clarior. Et tñ in his molestiis permaximis: tanquã Iob suis labiis contra Deũ eũ peccasse quisquã uisus aut auditus fuit. Qui nihil oĩno suum uere esse dicebat: qđ sibi eripi posset: aut si eriperetur magnopere dolendũ esset. Et quãq̃ exilio dãnatũ se innocentissime animaduerteret: oĩa tñ æquo & forti animo pertulit: his uirtutibus diuinis septus hic xpianissimus uir: post aliquod tẽpus non solũ dolere: sed & gestire suis in tribulationibus cæpit: dicens se oĩa cõmeruisse mala: unde & Religiosis se plurimũ cõmendabat & eoꝝ preces supplex iugiter expostulabat: Et quantũ poterat: ut erat natura piientissimus: de suo militari stipendio subducere elimosinas quotridie dabat: & erogat. Nihil superflue aut ambitiose querebat. Mundi militiæ obstrictus id munus innoxie tractabat præcauens maxime: ne quisquã suoꝝ militũ ulli iniuriam facerent. Sũma in deũ eius semp fuit pietas: atq; rælígio: illã uero militiã: q̃ spiritualis est: uidelicet q̃ cõtra Diaboli neqtias depugnare psueuit. s. cupiditates libidines iras cõprimit: adeo strenue usq; in mortẽ tenuit & audacter gessit cũ maximis dei uiris potuerit de oĩ laude decertare. Euolasse itaq; hũc illustrẽ hoc anno & mẽse a corpe tanquã a carcere: ad illã uitã: q̃ ppetua est uita: cũ magno oĩum desiderio: Relictis Bernardo adolescentulo Belunẽse episcopo.

petrus maria pr̃ fuit

Oppida hu9 fuerũt.xvii.

uide hominis cõstãtiã

¶ Arturus


6689 1490 ❡ Arturus seu Artusius primogenitus Henrici portulagensis Regis:hoc anno Ioānam Ferdinādi hispaniarum regis filiam duxit uxorē. Sed sequenti anno mense augusti:idē Arturus Sponsus dū obstinatius equū currendo impingeret delapsus equo interiit.

❡ Fortunatæ insulæ quæ sunt in Oceano meridionali proxime occasui:hoc anno ope & īdustria sapientissimi:ac xpianissimi Ferdinandi hispaniarum regis regno hispaniarū additæ sunt:quarū fertilitatē mirabilē esse affirmant:hæ qppe sex numero sunt. Quarū prima Ombrion dicit̄: in q̄ nulla extant ædificia:nec unquā fuere:Iunonia secūda dicit̄:in qua aiunt. Ediculā tantū esse extructā. Tertia eiusdē nōis: huic pxima est:Deinde Caprarıa lacertis grandibus referta : Niuaria quinta est:a ppetua niue nebulosa sic dicta & appellata. Canaria sexta uocat̄:plena maximis canibus. Abundare aūt hæc ultima dicit̄ pomis & oīs generis auiū:& palmetis:q̄ cariotas producunt:ac melle & aliis oīs gnis fructibus. Sunt deniq̨ hæ īsulæ adeo fertiles:ut gētiliū error putauerit propter soli fertilitatem:easdē fuisse paradisum uoluptatis. — sex īsulæ ombriō pria iunonia secūda caprarıa niuaria canaria ultima

GRANATA PROVINCIAE BETICAE CIVITAS.

6691 1492 ❡ Granata pmaxima Beticæ prouinciæ primaria ciuitas:immo totius Regni caput. Regū maurorū sedes & regia:hoc anno pria Ianuarii die:a mauris p septingentos annos possessa: & occupata: & fœdata:ab īclitis regibus ferdinando & helisabeth post diutissimā obsidionem fessa:ac maxima perpessa īedia:cum sola ex toto Regno debellāda esset per conditionem cepta est. Est autem hæc ciuitas(ut fertur)in montis Cacumine posita:quæ ingenti flumine bethi(a quo tota prouincia denominatur)ueluti uallo cingitur: quæq̨ & duplicibus muris circunquaq̨ cingitur:quorum robore ita præmunita: ac prædita est:ut alteram totius regni portionem non exequet tantum:sed lōgissime superet. Ac sic totam Beticæ seu Granatæ regnū ex Maurorum manibus ereptū:christianis denuo uirtute clarissimorum Regū ferdinandi & helisabeth tandē magna cū gloria atq̨ triūpho restitutū est: Id aūt Regnū:cū reliqua hispania Ismael in præsentiarū Rex:& sui maiores ex Mauritania cū exercitu magno uenientes iā octingentis ferme annis occupauerant diuq̨ possederant:sed postmodū a tarraconensibus inclitis principibus ultra Bethym fluuium pulsi:nūc usq̨ magnis sub tributibus eandē plagā fœlicissimā tenuerunt: Quā quidē prouinciā primariā oīum terrarū appellāt. Quæ sane prouincia(ut Strabo scribit)intra Anin & ortū fluuios usq̨ ad oretaniā ptendit̄:a meridie uero & oriente fluminis eruptione usq̨ ad Australe maritimū tractū:ac usq̨ ad herculeas colūnas uadit. Eius aūt regionis lōgitudo secūdū pliniū in tertio est ducenta qnquaginta miliaria:latitudo uero.236.in qua ad.200 oppida ppulchra fuisse pter ipsius ferocitatē: Strabo & plinius scribunt. Nā ipsius puīciæ ager: si ad uniuersum conferat̄ orbē:supremus & excellentissimus phibet̄. Eo q̨ quæcūq̨ ad humanū uictū sunt necessaria: & plusq̄ necessaria affluentissime gignat. Eius eni mōtes & flumina quasi ubiq̨ Aurū & argentū pducere dicunt̄: Armenta qppe & pecudes sine numero nutrire dicit̄:optima quoq̨ Siricū colligit. Ac cera & melle: atq̨ aliis oībus bonis habundat. Hunc itaq̨ ismaelē regē supradicti xpianissimi reges decēnali bello terra mariq̨ acriter afflixerūt. Et tandē superatū & captū hoc anno prima ianuarii die cū triūpho pmaximo obtinuerūt. Eā aūt puinciā ideo Granatā appellare cōsueuimus:q̨ in ea primū Granatū q̄ ppulchrū pānis cōfert colorē enutriri cepta fuerit. Atq̨ ex eo:q̨ in ipso Bethi fluuio pāni pulchro tingunt̄ colore. Dicēte iuuenale in quadā Satyra:pcipitare uolens ēt pulcherrimā uestē inficit natura pecus:sed egregius fons. — Granata describit. Prouinciā h̄ describit & ipsius dignitatē. granata quare sic appellet̄. iuuenalis poeta & martialis.

Atq̨ alias quarū generosi graminis ipsum. Viribus occultis: & bethic⁹ adiuuat: & Mart.
Aethis olifera crimē redimite corona Aurea qui nitidis uellera tingit aquis.



6691 1492 ❡ Laurentius Medicus florentinæ reip. Moderator & princeps:hoc anno idibus martii haud longe a florētia urbe:sua in uilla noīe caregia:fato concessit. Vir certe oīum sapiētissimus in quo(ut ita loquar)erant oīum uirtutū imagines: atq̨ signa:cuius quidē obitus ne dū florentinis oībus:s; uniuersæ pfecto italiæ acerbissimū attulit dolorē:q̨ eius patrocinio in primis litterarū pfessores aliiq̨ quicūq̨ pusilli & magni:nō solū in urbe florētia:sed in toto ipsius regno mirifice & piientissime subleuabant̄. Videbat̄ equidē ad oīa natus:īgenio maxime pspicaci:ac facili:ut in singulis excelleret nesciret̄. In eo equidē pbitas & iustitia:atq̨ fides domiciliū cōstituisse uisæ sunt:q̨ eximia quædam in eū totius populi sui beniuolentia declarabat̄. Sed sup oīa in ipm liberalitas:ac munificētia explēdescebant: q̄ quadā īmortali gloria illū inter deos puexerant. Quāto ēt lr̄atos — Laudes eius describit

libros multos emit

¶ Federicus secũdus ferdinãdi apuliæ regis filius: hoc anno ferdinãdo eius nepote sine filiis defuncto: eidẽ in regno succedẽs: regnauit annis quasi quattuor. Vir qdẽ ingenio & manu pmptissimus ac eloquio disertus: & a principio singulari in oẽs humanitate insignitus. Qui quãquã regnũ suum Neapolitanũ oĩbus bonis spoliatũ: ac (ut ita dixerim) pene desolatũ addiuerit: & oĩa regni oppida ac urbes dilaceratas & mille modis oppssos aĩaduerteret exhaustos ne dũ suos: sed & ciuiũ suorũq̃ thesauros id nõ deo: sed suis peccatis: suorũq̃ prædecessorũ ascribẽs. Cũ Daniele ppheta eũ dixisse tradũt. Deũ esse in cœlo: Qui releuat misteria: mutat tpa: & transfert regna: ut uniuersi cognoscãt. quod dominat̃ excelsus in regno hominũ: & cui uoluerit dabit illud a deo etenim Regnũ tenue inuenit: ut ne dũ puidere futuræ suæ cladis: sed non necessaria ad sui suæq̃ familiæ habere poterat. Vñ cũ didicisset francorũ regẽ exercitũ super eũ missurũ oĩa suæ regiæ urbis atq̃ aliarũ ciuitatũ tormenta & armamẽta quasi innumera & ea qdẽ pulcherrima quã citius potuit: duci ualentino Borgiæ: ut præmissum est: triginta milibus aureis uendere curauit. Erat enim ipsa armorũ uis pmaxima: quã idẽ dux Valẽtinus emptor Romã cũ magna oĩum intuentiũ admiratione adduci mandauit. Erat igit̃ adeo grãdis: ut inde multa hoĩum milia facile armari possent: inde prudẽtissimus rex sua q̃q̃ impedimẽta atq̃ familiã in tuto reponẽs: tandẽ Regno gallis sine ulla belli cõtradictione dimisso accepta abeundi licẽtia ad regẽ in galliã adnauigauit & ante regẽ: ut aiunt: genubus puolutus se submisit: ciuis uirtutẽ & humilitatẽ admiratus fracorũ Rex: bono eũ eẽ aĩo dulcissimis uerbis exortatus est: & tãquã nobilẽ uirũ haberi a suis pcepit: hoc enĩ federicũ nõ ex aĩ pusillanimitate: sed impotẽtia rerũ fuisse tradũt: quod labefactatũ regnũ se adiuuare & confirmare diffidebat: maxime cũ gens illa sit imbellis: quæ quorũcunq̃ bella minitantium ĩperata facere cõsueuerit: Atq̃ ita in isto federico: ut uidere uideor. regia atagonũ familia in regno neapolitano suæ diuturnitatis finẽ habuit: in quo qnq̃ fuerũt reges. uidelicet alphonsus primus. Ferdinandus secundus. Tertius alphon. Quartus Ferdinandus: & hic federicus quintus: qui regnarunt oẽs annis eorũ supputatis. lxviiii. Hoc enĩ Neapolitanum Regnuʒ plurimos defaticasse rerum scriptores comptũ habeo: In quo post quã regum titulũ ab Anacleto pontifice romano accepit quattuor nationes regnasse cõperi. uidelicet normanos: germanos gallos: & atragonẽses: nũc a gallis expulsos: Romani nãq̃. 135. annis regnarunt. germani uero 76. Galliq̃. 178. Atragonenses deniq̃. 79. Quorũ omnium anni in unũ supputati sunt. 458. Ac sic Atragonum regum finis in isto Federico ex una parte & Ferdinando hispaniarum Rege fuit. Quorum nomina sine temporibus hic epilogando ponimus.

Danielis pphetæ uerba

Armamẽta regni uendit

Villitatẽ gẽtium apuliæ dicit

Reges iste qnq̃ fuerunt. uide pulchre reges & tpa q in hoc regno fuerunt

¶ Atragonum regum epilogus.

Remirus. 1.	Petronilla. 6.	Alphonsus. 11.	Martinus. 16.
Petrus. 2.	Idelfonsus. 7.	Iacobus. 12.	Ferdinandus. 17.
Alphonsus. 3.	Petrus. 8.	Alphonsus. 13.	Alphonsus. 18.
Sancius. 4.	Iacobus. 9.	Petrus. 14.	Ioannes. 19.
Remirus. 5.	Petrus. 10.	Ioannes. 15.	Ferdinandus. 20.

¶ Et Ferdinãdus: alphõsus. Ferdinãdus: ac pdict⁹ Federicus ultimus. hi q̃ttuor apuliæ solũ reges.

¶ Viri disciplinis excellentes.

Legista

¶ Ioãnes lucas pontremulensis legũ ac canonũ pclarissimus interpres p hoc tp̃s Ferrariæ ĩ publico gymnasio pontificũ ius excellentissime docẽs: & apud eruditos uiros: ac Herculẽ sapientissimum

simum princip:m & pp eius consumatissimã doctrinã ac uitæ innocẽtiã magno habet̃ in pcio: hic ex pstantioribus discipulis eximii alexãdri doctoris Imolẽsis un⁹ extitit. Qui cũ sũma industria pditus eẽt:ẽt cũ ab ipsa sua adolescẽtia eruditionis & doctrinæ plurimũ flagraret.nihil oĩno amittere uoluit:quo ad aliquã eruditiõis claritatẽ puenire posset.Et ne dũ in studiis humanitatis sed & in utrisq iuribus pfectus haberet̃.Quo breui factũ est:ut nõ mõ doctus:sed egregie eruditus euaserit:sed quod eruditionis est ppriũ & prudẽtissimus & phumanus & idẽ si q̃d ad rẽ ualeat:& eloquẽtissimus atq prõptissimus:ita ut alterũ Ioannẽ mater alterũ industria peperisse uisa est:nã diuina quadã instructus abũdãtia:ut oĩum iam pœne doctoꝝ suo in gymnasio sapiẽtissimus dicat̃:eas ob res ẽt pter quottidianas eius publicas lectiões:ipse sapientissimus doctoꝝ innocentissimorũq uiroꝝ censor Hercules Dux:cũ nosset uiri doctrinã bonitatẽ atq innocẽtiam: cũ præ cæteris Doctoribus:in pcipuũ suũ delegit consiliariũ:quod certe cũ aĩaduerteret:id nullo fortunæ obsequio:sed dei dono assequutũ:& ipse tanquã alter socrates philosophus:qui oraculo apollinis sapientissimus adiudicatus fuerat:nõ supbire ilico cæpit:sed ĩprimis eũ adeuntibus:facilem humanũq se exhibere studuit:atq innocẽtiã & abstinẽtiã inter cætera tanquã pstatiores uirtutes(magistratui necessaria)sũmopere cõplexus est.Nã & publicis & priuatis in rebus & foris & domi:ita cõtractis se pstat:ut nõ minus & collẽdus & uenerandus sit:quã diligẽdus & amãdus nihil est apud eũ ueritate antiquius:nihil factũ nihilq simulatũ:sed oĩa ad iusticiã:& ad prĩcipis sui decus referre dicit̃.Sed & rebus in oĩbus quandã modestiã:ac religionẽ pcipuam præ se fert.Quanta autẽ huius sit doctrina & ingenii acumẽ:ex consiliis suis a se editis plurimis edisce re possu mus:ex scriptis ipsius super decretalibus quæ(ut audiuimus)prope diem edentur. Libri h ius

❡Ioãnes theutonicus ordinis diui Benedicti monasterii sancti martini ĩ Spanẽ Abbas.Vir certe in oĩ doctrina solertissimus.Cui ob magnã eius eruditionẽ plurimũ afficior:& ipse hæc tẽporatum uitæ sanctimonia:ac librorũ multorũ eruditiõe reddit clariora:cuius tanta equidẽ est ingenii:& animi magnitudo:ac diuinaꝝ scripturarũ ardor atq deuotio:ut quicqd de somno:& uitæ suæ necessariis subfurari põt: maximã partẽ:ut aĩaduertere possumus:in scribendo consumit. Cura eteni monasteriorũ:& monachoꝝ regimẽ:adeo persæpe oneribus sunt plena:ut uix qsq quicquã ocii sibi suppeditare posset.Nã quæcũq mortales agunt:siue priuatiꝫ:siue publice calumniæ subiacent:sed etiã Rectoribns monasteriorũ maledicta lingua parcere consueuit:tantum enĩ humana fragilitas sibi atrogat:iccirco hæc pmissimus.Quia hic optimus & erudit⁹ pater:tot & tanta scripsit:ut nisi maxima adfuisset gratia:mirari qsq posset:unde eidẽ pastori id ocium puenire potuerit.Quod in scribẽdo tẽpus absumpsit:qd' curæ monasterii impendere debue rat:itaq hic dignissimus pater:licet assiduis obrui debeat occupationibus:tñ ut ex ipsius opusculis a se editis cõprahendere possumus:semper aliquid legit:aut scribit:extant igitur hæc quæ subiecta sunt opuscula a se edita:primo ad instar diui Hierony.& quorũdam aliorũ illustrium uirorũ.Opus perpulchrũ multa elucubratione cõfectũ edidit li.i.Item de uisitatiõe monasterioꝝ.li.i.De modo celebrandi capitulũ.li.i.In regulã ordinis sui li.2.Exhortatorũ ad monachos li.2.De tẽporibus.li.2.De uita sacerdotũ li.i.De uitio proprietatis li.i.De miseria huius uitæ li.i.De Ruina ordinis sui li.i.De illustribus uiris sui ordinis li.4.De laude scriptoꝝ li.i.De luminarib⁹ germaniæ li.i.epistolaꝝ ad diuersos li.i.De sancta Anna li.i.Sermones uarios li.i.Atq alia ñ pauca. Abbas theutonicus; libri hui⁹

❡Bernardinus Gadolus Brixianus ordinis Camaldulensium Abbas.Vir apprime bonaꝝ litterarum & philosophia ac iuris canonici eruditissimus.Hoc nostro Euo & uitæ sanctimonia & eloquẽtia ac doctrina multo habetur in precio:cuius uirtus & eruditio plurimi faciẽdæ sunt:q propria uirtute & nõ fauore:nõ fortuna:sed sua uigilantia atq industria ad magnũ erudit õis & eloquentiæ fastigiũ prouenerit.Is enĩ a teneris ãnis lr̃is operã dedit.Deinde ipsis nõ contẽtus ut põtificii iuris doctrinã assequi posset:in patauio Gymnasio se:ut ita dixerim:diuitũ seruum fecit.In quo ex ingenii sui magnitudine breui tantũ profecit.Vt paucos inueniret doctiores. Factus demum monachus ita studiis diuinaꝝ scrip turarũ se cõtulit:atq ĩ eisdẽ qdẽ usq puenit: ut si quis eruditissimorum uirorum a mortuis resurgeret:nec doctiore:nec elegantiore facundia aut doctrina usurus uideretur.Hic itaq sole tissimus Vir multa composuit.In quibus se eruditissimuꝫ ostendit.Et primo ĩ omnibus Bibliæ libris canonicis & non canonicis: in quibus profecto multum insudauit.Item de fugiendo sæculo & amplexanda religione tractatũ unum.Contra superbiã atq ambitionem lib.i.Opera etiam diui Hieronymi pœne innumerabilia pluribus uoluminibus in ordinem redegit.Extant & ipsius sermones & epistolæ multæ:& quædam alia. Camaldulensis ordinis

❡Iudocus theutonicus pr̃ia Gandensis sæculariũ lr̃arum eruditissimus ac diuinarũ scripturaꝝ non ignatus philosophus ĩprimis rhetorq atq poeta præclarus hac tempestate adhuc Iuuenis clarus habetur:qui cum sit etiam utriusq linguæ egregie doctus: & ingenio perspicaci perornatus:lugdunum publico salario accitus magnam suæ eruditionis & doctrinæ famam acquisiuit. Qui ut suam consumatissimam ostenderet eruditionẽ & uersu & prosa plura componit.De quibus subiecta primo opus contra uicia metrice conscriptum.Quod Syluam mortalem prænota uit li.i.Contra uincentium q̃dam.In psalteria beatæ Virginis Mariæ li.i.Sapphicis uersibus. De grãmatica li.i.Epigrãmata plura:epistolæ plures:& alia cõplura:quæ adhuc ĩ manib⁹ ei⁹ habet̃. theutonicus rhetor

Venetus orator

Hieronymus donato patritius uenetus:uir præclarissimus eloquentia doctrinaq; insignis:his temporibus tam græca quā latina lingua magno post habitus in precio:qui ex ingenii sui magnitudine in præsens usq;:ita litteris latinis græcis operā dat:ut summus iam in re litteraria ab omnibus habeatur:plura & ipse e Græco in latinū interpræatus est:in quibus admodū elegans & nitidus esse profecto uidetur. Scripsit itaq; in p̄sens usq; q̄dam opuscula:quæ certe magnā sui eruditionem præ se fere uidentur. Et maxime orationes plurimas ad diuersos orator missus: extat & eius perpulcher epistolarum liber e Græco:aut Io.damascenum de īmaculatis misteriis transtulit:dionysiū & de diuinis nominibus interpræatū obtulit:atq; ipsius quasdā epistolas:Volumen præterea alexandri aphrodisii philosophi:& alia quædam uertit.

Venetus orator

Marinus Sanutus optimi patritii ueneti leonardi filius:uir non solū litterarū multaꝝ apptime eruditissimus:sed & in administranda rep.admirabilis:p hoc tēpus in dicēdi facultate atq; ī quo cūq; genere doctrinarum clarus hr̄.Qui cū sit acri īgenio uir:ac singulari doctrina īsignitus:licet assidue publicis negociis sit deditus:nūquā tñ a scribēdo & cōponēdo tractatus desistere uidet̄ nā cū sit summa modestia p̄ditus:nihil tantifacit:quā librorū suppellectilē habere ppulchrā: & cū sit pp ipsius eminētē doctrinā inter uiros doctrinis excellētes merito ānumerādus:ēt illi⁹ opusculorū tituli hic ex more sunt annotandi. Scripsit itaq; p̄clarissimus patritius ingeniose & erudite primo de magistratibus uenetis li.i.De uitis principū uenetorum omnium usq; ad hæc tempora li.i.Item De bello gallico quosdam libros.quos latine uulgariterq; conscripsit:ut a doctis:pariterq; & indoctis legerentur.Et alia quædam:eius autem summa fœlicitas atq; uolup tas est:in librorum tam nouorum quam ueterum iugis elucubratio.

Legista theutonicus

Helya theutonicus p̄ria Regner:celeberrimus iurecōsultus & tā in diuinis scripturis:quā sæculari philosophia egregie doctus acerrimo ingenio uir:hisdē tēporibus in Gymnasio pictauiensi iura publice docens.Multo est habitus in p̄cio.Qui & ipse multa p̄clara composuit opuscula:q̄bus memoriam sui noīs æterni cōmendauit:e quibus subiecta feruntur.Opus præclarum continens casus sexti decretalium li.i.Casus clementinarum li.i.Et quædam alia.

canonicus regularis

Rutgerus natiōe theutonic⁹ ordīs canonicoꝝ regulariū sancti aug.uir.in diuinis scripturis studiosus & sæcularis lr̄aturæ nō ignarus metro exercitatus atq; p̄sa:p hoc tp̄s ī utroq; genere: q̄dā nō spernēda cōscripsit opuscula.De qb⁹(ut aiunt)extāt subiecta & primo de institutione pueri li.2.De inq̄sitione beatæ uitæ li.2.Hymnoꝝ de scā maria li.i.De uario usu lr̄arū li.2.De Re.mirabili li.2.De Rebus nouis li.2.De metrorum generib⁹ li.i.De accentibus latinoꝝ li.2. panegericus ad Io.Spanē sancti martini abbatem.Et q̄dam Epigrāmata:Epistolas permultas tam carmine quā prosa conscripsisse ferunt. Atq; tractatū de calamitatibus horū temporum scripsit.

Theutonicus orator & legū doctor

Iudocus theutonicus Acquensis patritius:uir in scripturis sanctis studiosus & sæculariū lr̄arū admodū eruditus:clarusq; philosophus & orator facūdus:atq; insignis poeta:hac nr̄a tēpestate lȝ rei familiaris cura plurimū sit distract⁹:īcredibili nihilominus efferuens lr̄arū amore: multa ī dies eū scribere dicit̄:quibus nomē suū cū gloria eū diffundere dicit̄.E qb⁹ subiecta extare dicuntur:& primo dyalogus platonicoꝝ more ad Hermolaū Barbaꝝ aqliēsem patriarchā.Itē de optimo genere musicoꝝ li.i.De christiano ambitu.li.i.Epitoma stimuli amoris li.i.De Rosea diuæ Mariæ corona li.i.Rosariū metricū li.i.De Rosarii misteriis li.i.Gesta flādrensium li.i.Orationes elegantes & doctæ:Epistolæ plures carmina & epigrāmata plura.Et alia multa

Theutonic⁹ orator

Paulus niauis natione theutonicus homo in lr̄is humanitatis egregie doctus: & diuinarum scripturaꝝ nō ignarus philosophus.Rhetorq; celebris acer ingenio ac eloquio disertus:p hoc tē pus Ioanne Spanē Abbate referente in Gymnasio lypizensi docendo & scribēdo magnam nomini suo famam acquisiuit:scripsit itaq; præclara quædam opuscula:quorū lectio nō uenit cōtemnenda.De quibus subiecta feruntur.Et primo opusculum pro nouitiis religiosis.De institutione latinizandi lib.i.Visio cuiusdam heremitæ li.i.Colores artis Rhetoricæ li.i.Dyalogus idiotæ li.i.epistolæ breues formales li.i.epistolæ longiores plurimæ.& quædam alia.

Bononiensis p̄hus & orator

Philippus Beroaldus patria Bononiēsis:utriusq; linguæ peritissimus grammaticorūq; & Rhetorum.ac oratorum omnium huius nostræ ætatis decus:cuius nominis celebritatem Bononia musarum mater & alitrix hac nostra ætate amat colit:& ueneratur:immo plurimum gratulatur quod talem habeat uirum:qualem maiores sui in summa gloria habuisse dixissent: hac tempestate Bononiæ publico salario humanitatis litteras docens:summo ab omnibus habetur in precio:ad cuius doctrinæ famam:& ingenii altitudinem: turmatim undiq; Iuuenes confluunt: & aduolant:qui audito homine plæriq; obstupescunt & admirantur:quasi ipsum e cœlo fuisse demissum. Qui & si uariarum disciplinarum sit occupatus:nihilominus multa & plurima edidit: & commentatus est:atque e Græco in latinum uertit.Quæ tam præclara ab omnibus sunt habita:ut eorum labor satis auctorem efficiant clarum.Quamobrem nec nostra tenui:nec aliena:hic tantus uir:indiget prædicatione.Hic itaq; cum iam in oratoria & poetica facultate eminentissimum obtineat locum:etiam platonicam & Aristotelicam iam imbibit disciplinam:ita ut inter philosophos non ultimum teneat locum.Scripsit igitur hic Beroaldus:hæc quæ subiecta sunt opuscula:uidelicet Annotationes in Seruium.Commētarii in propertium. Cōmentarii:in

libri h⁹ hi sunt

rii in Suetonium.Cōmētarii in Tusculanas Quæstiones.

¶ Ponticus Virunius patria (ut aiunt) Taruisinus eruditissimus phus latinæ græcæq; peritissimus ac aliarū bonarū lrarū polliciorisue humanitatis studiis apprime ibutus: hac ætate nr̃a in gallia cisalpina: maximeq; apud Ludouicū sfortiā īsubriū Ducē magno: ob ingentē eruditionē: habet ī p̄cio. Is.n. sine ullo paterno aut certe cōsanguineorū auxilio: cū pspicacissimo suo īgenio: tū uo maximo studio & ardore & feruore: nō minus phiæ doctrinā quā ad oratoriā atq; poeticā cōpescendā: in qbus oībus tantū p̄fecit. Vt plæræq; ciuitates potissimūq; idē ludouicus sfortia Dux inclitus: eum p̄ īstruendis suis liberis aliisq; permultis nobilioribus adolescentulis uti uoluerit præceptore. Nec plane mirādū fuit cū unus inter paucos fuerit habitus: q nr̃a ætate eloquentiā cū sapientia iungere didicerit: scripsit itaq; pōticus hic dū eidē apud Ludouicū ipsum essent oīa & animi & fortunæ bona cumulatissima hæc q̄ subiecta sunt opuscula. Et primo in claudianū poetaʒ cōmētarii. In ioā. Sacroboscrēsis sperā cōmētarii cōtra multos eius īterp̄tes cū defensiōe auctoris. li. 3. de corruptis noībus & obscuris locis auctoꝝ. Libri. 3. quoꝝ duo sūt. De miseria lrarū. tertius uero ē de laudibus Beatricis mediolanēsiū reginæ: q oēs metrice exacti sunt. Itē Elegiarū & epigrāmatū li. 2. Itē Cōmētarii ī Erotimata chrysoloræ. Cōmētarii in Achilleida Statii & Syluas Scripta q̄dā locoꝝ recōditoꝝ. in undecī li. Ouidii met. Itē li. xvi. de tota Arte diuinādi antiquoꝝ quoꝝ. &c. nulla ē de oraculo demōstratio cōmētarii in opa uirgilii. Vertitq; in latinū. 24. libros Odysseæ Homeri. Itē quattuor eiusdē Homeri Hymnoꝝ. Itē sex Euripidis tragœdias in medicina uero tephilū de pulsib⁹ & urinis. itē Aeniū. De pulsib⁹ & urinis. Et alia multa e græco in latinū uertit. Inuectiuaꝝ li. i. Itē libell⁹ titulationū. Apollōii poetæ Argōautica e græco ī latinū ɋuertit ī li. 4

Taruisinus phs & orator

libri eius

in latinū uersi

¶ Aquinus ordinis p̄dicatoꝝ natione Suetus phus: & mathematicus: Ac thologus: p̄clarus: per hoc cum ēt esset lrāturæ sæcularis nō ignarus ad imitationē Boetii cōmendatissimū opus de numerorū & sonorū p̄portionibus: itē epistolarū li. i. Et quædā alia.

ordinis p̄dicatoꝝ

¶ Albertus prutenus natione polonus. Gymnasii Cracomē collegiatus uir diuinarū scripturarū eruditissimus atq; studiosus theologus quidē phus atq; Astronomus: p hoc t̄ps insignis est habitus: Qui cū sit acri ingenio. Vir scripsit cōplurima opuscula mira suauitate refecta. Quib⁹ nomē suū ad posteros transmisit. Et primo Theoricas cōmentarioꝝ li. i. ad ephemeridas. Konisgsperg. li. i. & alia multa continue componit.

polonus theologus

¶ Nicolaus leonicenus oratoꝝ oīum huiusce ætatis elegantissimus ad hæc usq; t̄pa senex magna cum suæ laudis gloria florenter peruenit: philosophus certe cōsumatissimus: ideq; phisicus. Qui & ipse ex ingenii sui magnitudine perpulchros in oībus Galieni opibus cōposuit Cōmentarios: quos ēt latine loqui cōpulit. aliudq; opusculū in medicina cōposuit. Vbi auicennæ inscitia refellere uidet: in quo docet medicos iuniores quāta in caligine rerū uersantur: in eo sane opera hoīum uita salusq; contineri dicit: ex quo q̄dē opere & sibi gloriā īmortalē peperit: & oībus egris salutē & uitā cōciliauit: pliniū in multis arguere uidet. Extāt & ipsius quāplurimæ ad diuersos elegantissimæ epistolæ: quæ eius p̄maximā doctrinā & elegantiā præ se ferunt.

phisicus & phus

¶ Ambrosius calepus Conterraneus & coetanens meus meiq; instituti professor: cuius cōsuetudinis suauitate iugiter fruor. his t̄pibus nobiscū dulciter cohabitans innumeroꝝ Doctorū elucubrationes: sua industria magno labore opus pergrande atq; insignissimum de uocabuloꝝ oīum noticia ac p̄positionū interpretationē cum auctorū attestatione solerti indagatione collegit: illud q; tandē editū: ut in pluribus spargeret atq; diffunderet: ēt īprimi curauit. In ipso aūt operis nō mō quæ ad lrāturā & poetarū oratorūq; cognitionē plurimū conferunt: sed & medicorū ac philosophorum: necnō & doctorum ecclesiasticorū uocabula docte: & eleganter ab eo explicita: & in ueriorē lucē sunt educta: quā in quibuscūq; aliis consimilibus codicibus perlegit. Quæ res iāiā nō mediocrē doctis pariter: & indoctis affert consolationē. fore etenim iam tādē: ut uniuersa pœne uocabula quæ iā pridē apud barbaros barbara facta erant: huius diligentissimi patris opera latine loqui incipiant: incipit a nomen est litteræ primæ.

ordinis heremitarū diui August.

1499 ¶ Philippus magnus eduorū seu Burgūdionū dux Maximiliani īpatoris filius ex Maria Caroli ducis filia & herede uxore susceptus hoc āno: q̄nq; & uiginti ætatis annorū existens: suū maternū: & Auitū īperiū p sese administrare cœpit: & Ioānē serenissimorū regū ferdinādi & helisabeth hispaniarū primogenitā cū promissione oīum regnorū illorū duxit uxorē.

¶ Cremona cisalpinæ galliæ nobilissima atq; pulcherrima ciuitas: q̄ diu multūq; antea principibus Mediolanensiū subdita paruerat: hoc eodē anno septēbrio mēse una cū plurimis Claræ abduæ oppidis in manibus uenetorū sine ulla belli oppugnatiōe deuenit. Cōuenerat. n. Ludo. frācorū rex (cui hereditario iure insubriū īperiū debebat) cū uenetis ipsis si auxilio sibi ad ip̄ʒ Mediolanēse regnū obtinēdū adessent. Eā ciuitatē cū oppidis ex fœdere haberēt. Q̄d & factū est.

6699 1500 ¶ Iubileus hoc āno Romæ nō ea frequētia: ut hactenus fuit. Isq; sextus extitit iubileus & primo ab Bonifacio octauo prīo Romanorū pōtificū īstitutore: paruam ideo eum habuisse hominum frequētiam dicimus: qa bella ī italia perplura exardescere cœperant: & pestis iam ubiq; incepta populos deterruit.

6700 1501 ¶ Leonardus lauretanus septimus & septuagesimus uenetiarum dux hoc anno Octobrio men

dux uenetus

se Augustino Barbadico duce defuncto: eidem omnium bonorum suffragiis magno cum plau su surrogatus ducauit ānis in præsens usq; nec plene duobus. Vir profecto natura uirtute & gloria tam excellens: ut pace omnium: possit in multo laudis genere: cum quibuscunq; præteritis princi pibus decertare: humanissimus imprimis & sapientissimus atq; iustissimus & rerum diuinarū appetentissimus: hunc ego post posita omni assentatōis labe omni laudationis officio: prosequēdū esse puto: uerum cum ingeniū nec eloquētiam meam parem meritis suis præstare dignam posse confidā: aliis doctissimis & eloquentissimis scriptoribus sedendum puto: quam ex maximis pauca enarrare. Sunt equidem permulta huius principis uirtutum ornamenta. Adepto igitur principatus officio: in eo iamiam tantum fortitudinis. Atq; constantiæ: tantum cōsilio & prudentiæ demonstrauit: ut expectationem omnium: quæ de se maxima semper fuit. superet atq; euincat: est sane princeps hic imprimis rerum omnium urbanarum uehæmenter studiosus: sed pecuniarum reip. Augendarum conseruandarūq; sane studiosissimus. Quapropter primo sui principatus anno omnes mensas introituum & exituum minutatim & diligenti examine uidere uoluit. Et habito sui Senatus consilio: sancitū fuit. Vt salaria quæ custodibus portarū urbiū & aliorū locorum. Quot annis dabatur. Diminuerentur. Et aliæ huiusmodi conseruandæ pecuniæ constituit.

Laudes huius recitat

¶ Cæsar dux ualentianus dudū ecclesiæ romanæ Cardinalis Alexandri pontificis Romani filius: hoc anno Gardinalatu sponte a se abdicato ab ipso pontifice maximo in flaminia prouincia dux declaratur: ac copiis ecclesiasticis generalis imperator præficitur. Decreuerat etenim idē Alexander pontifex iamdiu oēs Romādiolæ & umbriæ: ac piceni Regulos omnino eliminare suosq; Borgias in eisdē atq; aliis regionibus præficere. Vnde aīaduertens hunc Cæsarem gnatum suum imprimis acri consilio uirū manu uidelicet strenuū & militibus carum ac ingentis animi iuuenē & militaris disciplinæ appetentissimum: quod ad arma pertractanda se totū contulerat: tempus adesse dixit: quo Borgiā familiā suā in italiā propagare posset: eundē igitur filiū cæsarem ad se aduocans: eidem ipsam ducatus dignitatē conferens: inquit: age fili & perfice: quæ nostro geruntur animo confide: quia nos tibi: & negocio huic oīa necessaria administrabimus: modo quoscūq; tirānos dictionem nostram occupatores e finibus nostris extorres efficias. Quibus adhortationibus & auxiliis inflāmatus cæsar mox non paruo exercitu congregato: ad proterrendos & cōculcandos ipsos tyrannos aīo eiectus. In catherinā Imolæ & foroliuii Dñam Hier. Ryarii comitis relictā primū mouit: quā & omni conatu urgere cæpit: in quā tot & tanta prælia pertinaci animo exercere cæpit: quanta ante illū nemo dicā prætentorꝝ pōtificū non dico non facere: sed nec cogitauere quidem. ipsam autem catherinā intra mœnia urbiū suorꝝ clausam: sūmis uiribus diu oppugnauit: licet & ipsa deintus (ultra quā credi possit) se & suos defensaret: tandē non sine cruētā uictoria illam superauit: atq; ipsam & urbes cum magno sui triūpho sibi subiecit. Et uiuam romam ad patrem captiuam transmisit. Quo ex facinore pontifex mirūimmodū exilaratus ipm totis præcordiis apud oēs miris laudibus extulit. Fauentiā deinde urbē inexpugnabilē Manfredorꝝ principum antiquam sedem pari modo diu multumq; expugnatam: tandem cum Hastore puero principe etiā cū ingenti uirtute cœpit: & ꝑsidiis suis firmatā: puerū similiter captiuū Romā ꝑduxit. Hisdē terroribus cæteri aliarū urbiū Reguli: uz Arrimini: pisauri: Camerini: & Vrbini timore perculsi: cū didicissent ꝑdictas urbes tot tantisq; cladibus fuisse afflictas cū & ipsi tale formidarent uulnus: nisi suis euestigio consulerent rebus demū aīaduertentes se tantos belli motus sustinere non posse: collectis suis īpedimentis relictisq; ciuitatibus trepidi fugere. At eorꝝ ciuitates mox partim uolūtaria deditione: sese ultro suo subiecere īperio. Ita ut in pñs usq; & tota Flaminia umbriaq; paucis exceptis locis in eius potestate sint redactæ. Piceni uero pars & latina iā iam timore cōcussæ ad eū defecere. Tuscia quoq; pluribus in locis eidē patet: plūbinū uero īexpugnabile oppidū Apianensiū Regulorꝝ domiciliū: qđ nūquā Alphōsus potentissimus Arragonū Rex assequi potuit: modico negocio hic sibi subdidit. Senegalliā deniq; ꝑfecti Romanorū urbē sibi & successoribus suis a Sixto pōtifice amplissimo priuilegio concessam: hoc anno q est tertius supra Millesimū quingentesimū a natali xpiano annus: expugnatā ui cœpit: & militibus suis (cum magna hoīum cæde) diripiendā concessit. Nec in pñtiarū qescit: cū perusiū: Typhernum alias ꝑmultas sibi subiecerit: et sui opinione tumens uexare cœpit illustres & antiquas Romanorū familias uz ursinos Colūnenses: atq; Sabellos: ex qbus nōnullos illustres e medio tulit. Atq; ita Cæsar hic tēpestate hac cū sibi fortuna plurimū arrideat: clarus & potens ultra modū effectus est. Mira res: atq; certe incredibilis hoīem pene inermē paucis diebus tot cōfecisse bellorꝝ facinora: totq; Regiōes: tot ciuitates: & oppida suo potuisse īperio subiici. Id ꝑfecto effecere intestina illarū gentiuz odia: q̄ semp diuisiones & simultates plurimas: & easdē graues aluere: q̄ utinā tandē finem hēant plus. n. negotii Romanis fuit ipsas Regiones acqrere: q̄ (ut ita dixerim) reliquo orbi frena īponere. Ex his itaq; facinoribus & bellis fœlicissime cōfectis: crediderim ipse huic uiro id cæsaris nomē nō casu: sed potius quadā potentiori natura fuisse īpositū: ut in aliquo magno cæsari Romano ī rebus gerendis cōsimilis haberet: Quā opinionē & plato phus: ubi de nominū īpositione scripserat cōtestatus est. Quid aūt de futuris huius dicendū sit sapientioribus & sanctioribus id munus reliquo: cū de futuris aliq; polliceri nō possimus: qua diuina maiestas cæca caligine occulit.

Catherinā romā captiuaz mittit Et hastorē māfredū similiter reguli multi fugiunt regiones subactas commemorat. senegalliā i ꝑdā exponit ursinos & reliquos uexat & interficit diuisiones qd fecerūt

¶ Sichinus

¶ Sichinus quidē Armenus seu psa:ex gente sumcassani:maximi psarū Regis ortū ducens : quē uulgo ipsis in ptibus:ac ēt nris pphetā appellat:hac ultima nostra tēpestate incredibili populoꝝ potentia illis in ptibus surrexit:& pmaxima quotidie in bello ad pterrendos hostes pficit facinora. Qui inter cætera ad īstar quasi primitiue quōdā xpi ecclesiæ uult apud suos oīa fore cōmunia ut qđ uni defecit alter ditior subministret:ut nō sit inter suos alius:q esuriat:& alius ebriosus. Vñ & ad prioris nascētis ecclesiæ imitationē:sui īperii fundamēta iacere:uidere uisus ē. Mādatq; ut sui quicunq; se fratres inuicem appellent. Cunq; aliquam apprehenderit ciuitatem:eius Mœnia euestigio apperiri:ac deiici præcipit.

¶ Ioānis aūt psbyteri maximi indoꝝ & Ethyopū xpianoꝝ patriarchæ uitā moresq; ac sui pōtificatus tēpora pro more suscepto conscribere cupiebā:sed ppter locoꝝ ipsius distantiā:& rarā nostrorū hoīum ad gentē illā accessionē:q circa illius tēporis & uitā prolixū est:hēre nō potui : uerū generalia illoꝝ pontificū seu patriarcharū qdā conscribenda dignū duxi. Et quā maxime q circa illoꝝ uitæ longitudinē:ac potentiā nec nō & rerū mirabiliū:gentiū quoq; diuersitatē:q a nōnullis accepimus hic in calce opis conscribemus. Et imprimis qdē hoc ioānis psbyteri nomē apud indos & Ethyopes pcipuū & generale suoꝝ pōtificū est cognomē. qđ quidē cognomētū & ipsi patriarchæ ad humilitatis indiciū (sicut & pōtifices Ro. se seruos seruoꝝ dei) appellare consueuere:pro pcipuo suæ magnæ dignitatis titulo accipere. Hos itaq; xpianissimos & dñi nri iesu xpi ueros esse cultores multi confitenť:quos apud Ethyopiā in primis Matheus apostolus deinde Eunuchus Candacis Reginæ cōstituerūt atq; in india btissimus Tho. apostolus:ad fidē xpi cōuertit Horū aūt xpianoꝝ & gentiū ioā. ipse psbyter nō solū pōtifex sʒ & magnus censeť īperator. Cui qdē imperio & septuaginta parent reges:atq; tributa multa quotānis exoluūt. Quoꝝ ēt in pōtificatu uigintiseptē supra centū archiepōs psidere dicunť:& eorū qlibet uiginti ad minus hñt suffaganeos. Inter quos multi Regio funguntur titulo. Et hi oēs alternatis uicib⁹:diuersis ī obseqis eidē pōtifici suo subministrare dicunť. Eo tñ in īperio:non oēs principes xpiani esse dicunť:sed idolorum cultores licet annua ipsis pēdant tributa. Hos aūt patriarchas:pp aeris salubritatē:& uiuendi modestiā:multos centū & quinquaginta annos in sana ualitudine excessisse tradunt. Qui uxores more iudeorum & græcorum ducant:ad eas tñ nisi gignendæ prolis gratia nunquā accedūt: Eorūq; pontificatus sedes in quadam permaxima ciuitate nomine Bibrith constituerunt: in qua etiā propemodum indicabiles sedes & aulas eos habere dicuntur:cum omni splendore & decore exornatas. Ad cuius maiestates seruitia triginta utriusq; sexus hominum millia sunt deputata. Cunq; in bello contra hostes xpiani noīs proficiscunť:ad decies centena millia in exercitu producuntur. Nec mirum esse uidetur. quia cum apud indos nulla unquā uisa sit pestilentia:faciliter innumerabiles congregantur exercitus. In suis nāq; exercitibus uiginti magnas cruces multis refertas diuitiis deferri faciunt. Quando uero cum aliquo ire contigerit:archiepoꝝ nostrorum more crucē ligneā nullis insignibus exornatā in memoriam passionis domini nostri iesu xpi ante se perferri iubet. Afferri etiam uas aureum īmo plenū ob suæ mortis diem cōmemorandam præcipit. Maxima enim apud eosdē pontifices rerum diuinarum & officiorum celebrandoꝝ cura & studiū habetur. Quoꝝ mos in celebratione missarū:& baptizandoꝝ (quibusdā cerimōniis exceptis) cū sacerdotibus nostris per omnia concordatur. Et cū apud eos summe coli iustitiā uelint: nullæ fraudes:nullaq; periuria:aut adulteria & his similia apud eos raro inueniuntur. ipsius autem celsitudinis curiæ:uidelicet domoꝝ & apparatuum:dicere non sufficimus. Eorum uero templa. & ecclesiæ nostris maiores ornatioresq; esse dicuntur:sed tantum testudinis structæ refferunť. Corpus sancti Danielis prophetæ ob maximā ipsius deuotionem: quilibet eorum indorū patriarcharū in Babilonis deserto apud Ballachiam urbē conditum quotannis inuisere consueuit. Sub huius etiam imperio in superiori india:apud quandā maritimam urbem nomine Malpuriam corpus sanctissimi apostoli Thomæ in quadam amplissima ornatissima quæ Ecclesia summa cū reuerētia a Nestorianis hereticis conseruatur. Quorum patriarcha tempore Eugenii quarti papæ legatos Romam misit:ut de fide catholica certiorarentur. Et cū occidentali & Romana Ecclesia uniretur. Ipse autem patriarcha ditissimus in auro & argento perhibetur:eo quod a singulis patribus familias totius sui patriarchatus:pro annuo censu unam onciam argēti purissimi præcipiat. in horum autem patriarcharum indorū Aula:Bragiones seu Bragmani philosophi & Astronomi plurimi habitant:uiri religiosissimi. Quorum de numero:quosdā aliquando uisi fuerunt. Trecentoꝝ ætatis annos excessisse. Ad quos plurimi pro singulari miraculo confluebant. Hi uniuersam indiā pcurrentes:sua astronomia edocti:multa de futuris prædicunt. Hos idem præsbyter Io. sūmo ueneratur honore:in ipsius ēt imperii dominio diuersis sub Regibus diuersa reperiunť hoīum monstra:ac Bestiarū Serpētūq; & fructuū genera. Quāobrē ēt aliqd de eisdē dicēdum est. Et primo in Ethiopia circa Nili fluminis ortū:est quædā permaxima ciuitas nomine Nauaria:in qua quidēʒ potentissimus Rex dominatur:qui & huic Ioanni psbytero subiicitur. In cuius quidē Regia tanta est mortalium multitudo: ut sibi a mille armatis singulis noctibus excubias fieri faciat : ut si quod in eadem urbe tumultus exurgerent:coerceri possent. Isq; apud Ethiopes Rex regū appellatur:eo q sub ipso multi subsint reguli. hi etiam reges cū christiani sint:unam tantū ducūt uxorem

Quare noiantur Io. psbyteri

septuaginta reges & .127. archiepos hʒ subditos

ciuitas pōtificalis.

cruces multas in exercitu portant

optima ɔsuetudo

Ecclesiæ eorum sicut nostræ sunt

corp⁹ danielis pphetæ

corp⁹ sci thomæ

censū huius patriarchæ

homines 300. annorum etatis

Magnū regē in ethiopia dicit xpianū

Bonitatē terræ recitat — Aromata — Vide ornatū gētis — boues gibosi & canes magni — aīalia mōstruosa — Serpētes magni

Et unicas habent lr̄as:licet diuersis pronūcient linguis.Et more nostro:a festo natiuitatis dn̄i nr̄i iesu xp̄i:usq; ad quadragesimā celebrant carnispriuiū:Diesq; festos in choreis & epulis solēnizāt. Aduemente deinde quadragesimali tēpore:maxima ciboꝝ abstinentia se affligunt.hi quidē reges uniuersum solū habent amenissimū: & in oībus(uino excepto)feracissimū. Arbores enim ꝑ multas & inauditas ac nobis incognitas eos habere dicunt: & quā maxime in maritima uersus īdiā Zynziber:Gariopholi:Nucemusmatæ: & alia multa aromatica:sicut in india colligunt. Sed cū lana careant:lyneis sericisq; uestimentis: & eisdē ꝓciosissimis uestiunt. Viri ānulos multos: fœminæ uero brachialia uariisq; aliis ornamentis lapidibus ꝓciosis distincta differunt.Apud eos reperiri dicuntur boues gibosi & ꝑmaximi:canesq; magnitudine asinoꝝ nostrorū: quos leones in uenatione expectare non ꝑsumunt:habent & elephantes ingenti magnitudine:atq; leones ꝑmaximos educare dicunt.Est & apud eosdē reges inter cætera monstruosa uarii coloris aīalia Elephanto ꝑsimilia. Quæ hn̄t duo cornua cubiti longitudine:unū uidelicet in fronte: & reliquū in naso.Aliud ēt aīal admodū leporis:odoris suauissimi. Aliud insuper esse aīal in Ethiopia referūt ꝑmaximū.Cuius quidē caudæ pili magno uenundant precio:eo quod mulieres corū eos ꝓ magno differant ornamento. Alia atq; in Ethiopia inueniunt aīalia siluestria:uidelicet Symiæ:& ēt alia eis simillima: & infinita ꝓpemodū monstra:atq; aues q̄ pedibus uelocissime currunt. In desertis quoq; Ethiopiæ uastissimi serpentes inesse afferunt:quinquaginta cubitis lōgos. Ac alios pestiferos uarii generis. Distat aūt Ethiopia ab ægypto itinere dierū quinquaginta. Et hæc uniuersa pene Io.præsbytero in multis subiicitur. De cuius situ & magnitudine uide supra lib.2. Et Strabo suo in libro ultimo meminit.

diuidit indiam

INdia aūt maximū continet imperiū. Quæ quidē in tres diuiditur ꝑtes uidelicet in anteriorē:interiorē: & ulteriorē.prima uero a persis incipiens usq; ad indum fluuiū protēditur. Scd̄a ab ipso īdo:usq; ad Gangē. Tertia deniq; q̄ ulterior appellat:nullū hēt terminū. Et illa quidē est & opibus & oī urbanitate longe aliis ꝑstantior: & quadā ciuili consuetudine nobis hēt consimiles mores: Domosq; speciosissimas atq; ꝑpulchra habitacula:cū omni suppellectili & reliquis rebus ad uitæ humanæ policiā ꝑtinentibus. Atq; ab omni barbaria fœditate dicuntur alieni. Viri quidē perhumani: & mercatores opulentissimi. Et illi soli indi ulteriores more nostro uiuere dicunt.s.in mensis & reliquis nostris policiis. Reliqui aūt īdi oēs semper in terra super stratis Tapeciis comedere dicuntur. Vites aūt & uinū plurimis & quasi oībus in dis desunt. Conficiunt tamen eorum potum:non disparem a uino: & ibidem apud quandam regionem:uidelicet inter Indum & Gangē est lacus. Cuius aqua mirabilis est saporis. Vlteriores in di(dempto frumento)oībus ad uitæ sustentationem abundāt.neq; ēt illi barbam:sed capillos capitis nutriunt:quos serica corda tam uiri quam mulieres post occiput ligant. Tonsoribus utunt: sicut nos:eadēq; sunt corporis statura: & uitæ breuitate:sicut & nos. Dormiunt ī lectis & culcitras tenet super lecticas eorum ornatissimas. eorum item uestimenta locis in pluribus sunt dissimilia. Lanæ usu omnes pene carent:sed lino & serico abundant:ꝙ certe omnibus ad nos aduenantibus coniicere possimus. Quia omnis culcitra linea uestiri uidemus eorum mulieres argentum & aurum ac preciosissimas gēmas: & quidem multas ad earum ornatum deferunt. In interiori uero india omnes fere unicas habent uxores:reliqui maiori ex parte plures habere uolunt. Anteriori autem india istis utuntur moribus. Imprimis quidem alios in sepultura mortuorum suorū excellere dicuntur:quia cum mirabili pompa & magnificentia cum innumerabilibus diuitiis suos sepeliunt mortuos. Hi & si præsbytero Ioanni subiiciantur:non tamen christiani sunt.sed sacerdotes quos Bachalos uocant:more suo habent:qui se mirabili abstinentia semper quasi affligūt & ab omnibus animātibus abstinent. Sed leguminibus & fructibus tantū sustentantur. Et cum eos deficere contigerit:eorum uxores cum eis comburuntur. Et illi sacerdotes:ut plurimū incantationibus uacant. Hi apud suos uxoribus defunctorum suadent:ut cum marito defuncto se cōburi permittant:pollicentes post mortem:eas etiam cum marito gaudere. Quorum exhortationibus alachri animo in ignem prosilire dicuntur. Naues indi non more fabricant:sed longe maiores. Aliqui indi uarios adorant deos:quibus & templa nostris & simillima construūtur. Varios sacrificandi usus habent:q̄bus ēt multos celebrant dies festos. Nuptiasq; suas indi maximo cum gaudio & canticis & tubis nostro more celebrāt: & pro eis conuiuia sumptissima præparant. In q̄bus dies ꝑmultos die noctuq; uacant. Quædā eorū regiones monetam non habent:sed pro eis quidam utuntur quibusdam lapidibus. Aliqui aūt ferro in modum acus. Aliqui cartis regis nomine inscriptis. In aliquibus etiam locis: & maxime anterioris indiæ ducati nostri habentur: atque alias monetas aureas & argenteas suo more habent. Citeriores indi in præliis suis utuntur iaculis ensibus:brachinalibus: & scutis. Inferiores aūt arcu: & casside:lorica: & torace. Vlteriores autem bombardas & cæteras machinas ad expugnationem urbium:sicut & nos habent.pauci indi papiri usum habent. Sed multi ut plurimum in arborum foliis scribunt. Indi etiam suū annū in duodecim mensibus sicut & nos diuidunt:sed illum uarie computant:maior tamen pars ab Octauiano Augusto illum sumere dicuntur:quo imperāte pax uniuerso orbi parta fuit. Furta & fraudes indi plurimum detestantur: & acriter damnant. Et hæc de moribus indorum dicta sufficiāt.

Vrbanitatē idorū dicit de īteriori india dicit — Vide errorē gentis — De nauibus īdorum — De sacrificiis — De nuptiis — monetā nō habent — Papiriū nō hn̄t — De anni diuisiōe

¶ In sunt

Insunt & apud indos plurima mōstruosorū hominū genera:de qbus supra li.2.multa tracta-
uimus.Quorū de numero:aliqui dicunt̃ monoculi:eo q̧ unū tantū in fronte habeāt oculū. Alii
aūt cū os non hñt:sed p nares tantū solo halitu uiuunt. Alii cubitales uiri:qui cū gruibus bellū iu-
giter habent. Alii ibidē miræ magnitudinis uiri:qui ad quadragesimū altitudinis cubitū excellūt.
Sunt & apud indos Cynocephali:qui Canina habent capita atq; latratus.Et alii sine ceruice ho-
mines:qui oculos tantū in pectore habēt.Gignit & india hermaphrodites hoīes: qui utrūq; habēt
sexū.Atq; faunos: & satyros:& alia perplurima monstra.Sicut & in india in quodā pmaximo flu
mine Conchis nomine pisces hoībus similes : qui noctu aquā exeūt:& ligna colligunt:ac ex col
lisione lapidū ignē excutiunt:& ligna iuxta aquas cōburunt:& alios pisces ad splendorē ignis at-
trahunt:& eosdē capiunt:& comedūt.Et hi aliqñ capti a forma masculorū & fœminarū nihil dif-
ferre uident̃.Sunt & alio in loco indiæ pisces bobus & equis similes:quos amazones fœminæ ĩ
bellis suis:ut plurimū ducunt.Illos quidē uelocissimos dicunt.Et cū ex p̄lio redeūt:illos in sero uī
ctos in aquis tanquā in stabulo reponunt.Adsunt & in quadā insula noīe Tepobranes Theopo
phagitæ uiri crudelissimi & moribus asperrimi:qui permagnas habent aures:& illas plurimis gē
mis ornare dicuntur.Hi carnes hominū pro sūmis delitiis comedunt:domos habentes depressas
ad euitandos solis ardores.Et hi in auro gemmisq; preciosissimis plurimū abundāt.Isti piper col
ligunt alio dissimile.ibidē & Ganges permaximus fluuius habetur:ubi sunt Cochodrilli pmaxi-
mi:ac alii pisces nobis incogniti.In india quoq; sunt serpentes infesti grossitie hoīs absq; pedibus
quos incole regionis illius pro summis delitiis comedere dicunt̃.Alii ēt serpentes alio in loco:ui-
delicet in malabria prouincia sunt:sex ulnarum longitudinis innocui nisi irritentur.Qui puerorꝫ
uisu plurimū delectant̃.In quoꝝ capitis parte posteriori:apparet quædam hoīs facies uariis colo
ribus picta.hi incantationibus capiunt̃:& uiui ad spectacula circūferunt̃.Aliud serpentū genus in
alia prouincia nomine Susmaria quattuor pedibus longa:quoꝝ corpora optimus est cibus . Eo-
rūq; cornua diuersi sunt coloris:& cū uisu pulcherrima sint:ad eorū thecas utunt̃.Alios itē Serpē
tes ipsæ indorū prouinciæ miræ pulchritudinis ferre dicunt̃:qui sunt uolatu uelocissimo. & præ
cæteris uenenosi. Sunt & in eisdē prouinciis Cati siluestres uolatiles Formicas insup rubeas:ma
gnitudine paruuli Canchri india producit:quas illi populi pro sūmis deliciis comedunt.Boues ĩ-
sueti in finibus Cathasii nascunt̃ nigri & Albi:qui crines & caudā equinam habent.Quorum pili
sunt potentissimi & subtilissimi atq; in modū plumæ uolatiles:qui & magno extimant̃ precio:q-
bus ipsi Flabella conficiunt ad regios usus.Est & in india macinū prouincia innumerabilibus re-
ferta Elephantis:& eius Rex ad decē enutrire dicit̃:qui miro modo capiunt̃: & fame quāmaxi-
me domantur. Cuius prouinciæ Rex sup albo Elephante miro apparatu uehitur.In india ppul-
chræ reperiuntur aues:inter quas sunt psithaci & Cachi:qui ad nos pferuntur:q̄ apud nos magno
sunt in precio:phœnix ēt:(ut aiunt)unica auis in interiori india inuenitur:q̄ mira dulcedine canit
Ex india denīq; quæq; preciosissima nobis perferuntur:uidelicet in lapidibus gēmisq; preciosis:
ac aliis aromatibus ut sunt smaragdi:saphiri.ametisti:adamantes: Carbūculi:thopacii:chrisoliphi
onichinus:berilli:& reliq oēs fere lapides pciosi.inde & Gyngiber:nucesmuscatæ: macis: gario-
pholi:piper duplicis naturæ:canella:cāphora:aloes:& Verzinū:māna quoq;:& reliqua oīa aro-
matica:ex huius ioānis p̄sbyteri ĩperio obis deuehunt̃.Nō tñ oīa una in puincia simul colligū
tur:sed diuersis in ... daya insula Nucesmuscatæ:& macis: & Cyngiber col
ligu ... ltitudinis duceꝝ cubitorū extrahūt: qđ inuisentes cine
ri ... quadā alia insula noīe Bauda producunt̃ soli:& illā
... & lignū Aloes in occidentali indiæ plaga apud quan-
... er deniq; & Canellæ q̄ grossæ appellant̃:& ēt Gyngi
... cū aliis pluribus aromaticis fructibus colligūtur. La-
... iis colligunt̃.Indus aūt lapis p̄ciosissimus ad ioannē
... oferri q ad seruādū oculoꝝ lumē:& ad illud restituēdū
... in india res dictu mirabilis:uidelicet arenosum mare
... ia ĩtumescit & a uento agitat̃.Hoc ēt se uidisse sanctus
... n uita ipsius testat̃.Ac de p̄dictis portentis ita esse affir
... nirabilibus:ac q̄si ĩcredibilib⁹ ioānē p̄sbyterū:tā ĩ æthio
... aximus ĩpator dr̄ ĩperare.Ad ipsi⁹ tñ ĩperiū quū lōgissi-
... t:sꝫ de suis multi ad pōtifices romāos psepe ueniūt:q p̄
... c de ipsius io.p̄sbyteri in calce huius opis dicta sufficiat.
... e nobilissimæ ac uetustissimæ primarius & princeps:hoc
... a cum plurimis illustribus principibus uidelicet a Cardi-
... otentino:cameræ auditore:& quodā prothonotario:prīci
... cnon & magnifico Vitellocio de uitellis castelli prima-
... næ:Alberto aluiani:Ludouico de rhodis: Nicolao quoq;
... & aliis cōpluribus clarissimis famosisq; uiris in ore gladi
... tercuit principes.

De mō-stris ido rū uide
De pisci bus hoī-bus sises pisces bouini
Viri qui carnes hūanas come dunt
Cocho-drilli Vi-de serpē tum ua-rietates
De for-micis magnis
De boui bus ma-cinū pro uincia
De psita cis & ca chis atq; fœnice
dicit præ ciosi lapi des aro-mata oīa cō-memo-rat Cyn-giber
qūo col-ligitur
Vide In dus lapis aliqd ua let
De are-noso mari

¶ Ac sic demum Deo auxiliante & fauente: huic nostro operi terminum ultima uice ponā: quē me pluries promisi omni cum diligentia & ueritate facturum. Quo in loco (ut hactenus) uixus sū sine errore conscribere successiones regum & principum omniū: & actus eorum: ac uirorum in disciplinis excellentium & religionum origines: necnon & pontificum omnium procursus: sicut ex libris historiarum descriptio cōtinetur. Hoc quippe exordio huius operis me facere pro posse cō promisi. Iteratoq; perfectum hoc opus: immo castigatus repercussum per me fuit nono calendas aprilis: anno a natali christiano tertio supra millesimum quingentesimum in cōuentu nostro sācti Augustini Bergomi: mihi uero a natiuitate sexagesimonono.

Frater Iaco. philippus Bergomensis sacri ordinis heremitarum diui Augustini Reueren. patri in Christo: & domino suo Aloysio Tasso compatriota suo: parentino episcopo: ac canonum professori. S.P.D.

¶ Ni personam tuam: tuasque præclaras in omni genere uirtutes. R. Antistes plurimi in cunctis facerem: profecto ipse me magnæ censuræ obnoxium adiudicarem. Quis enim eum non magnifaciet: quem summus ecclesiæ Romanæ pontifex Alexander sextus: idemq; uirorū illustrium sapientissimus censor tantifecerit: ut non rogatus: sed sua sponte episcopatum parētinæ ecclesiæ & alias perplures ecclesiæ dignitates: eidem ultro conferre statuerit. Hæc quippe. R. præsul tuæ consumatæ uirtutes: ita me in amorem tui incanduere: ut nihil tui amoris amantius mihi afferri posset. Ipse autem meus in te amor: tantæ existit auctoritatis: & gratiæ: ut etiam meæ ingrauescētis ætatis: me obliuisci impulerit & animauerit: ad repercutiendum denuo opus mearum historiarum: hactenus a me confectū: illud quo tandē editū. Alūno tuo: tuo ue patrono. Antonio palauicino sanctæ praxedis cardinali dignissimo dedicare. Quod & feci. Non quidē ut idoneū me existimarē: sed ut nō modo tua. R. D. Verū ēt & cæteri oēs intelligerēt amoris erga te mei tantā fuisse uim ꝙ quid unquā tibi negare possem. Ex stilli aūt huius nostri opis uarietate admirabitur forte ipsa tua. R. D. Necnō & cæteri dicentes ubi nā hæc sermonū disparitas: pro qua ēt ab eruditis ueniā repræhendendus. Ad quos ego: qa non eadē semp mihi in scribendo fuit uolūtas: atque ꝙ multa ex aliis ad uerbū excerpserim pluri historiæ ueritatē faciens: quā uerborū elegantiam. Ea enī uerba mea: & si eruditis u debunt inepta: spero nihilominus: si cū matura discussione fuerīt examinata: non parū fructū se pcepturos. Fateor qdē atq; deū meū testor me non falsa pro ueris posuisse: cū nil tā contrariū sit historiæ quā mendaciū. Nugæ in fabulis. in historiis uero ue ū & seriū sūmopere ab oībus querēdū est. Demū urbē. R. D. īnotescat me de industria plura ptermisisse: picula undiq; pcauendo: maxime in his nouissimis tēporibus gesta: q̄ sine quorūdā nota scribi nō potuissent: potissimū cū pīria discrimina: scriptores elāguescere plerūq; faciāt: cum sint plurimi: q ueritatē æquo animo audire nolint: posteris aūt ptes suæ sunt relinquendæ q apertius sine metu & nota suas historias scribere poterūt. Has igit historias nostras: prout in principio huius nostri opis promisimus: contractius & expeditius: ut nostra pmisit simplicitas: edidimus: & ea qdē non tā diligenter quā libenter efficere curauimus: ne mirabilia nouissimis tēporibus in italia gesta: nostra negligētia posteritati supprimerent. Ea itaq; qualiacūq; sint: tu humanissima manu suscipere non dedignaberis. Nā nihil tā paruū cudit in hoc modo: ꝙ gloriā aliquā nō pariat. Ipm aūt opus Reuerendissimo Cardinali prædicto eximio utic[...]roni: nostri nomine cum humili recommendatione offerre digneris. Vale. Bergom[...]gustini [...]ndas aprilis. Anno a natali Christiano. M.D.V.

¶ Explicit supplementum supplementi Chronicaru[...]
genter Et Accurate Reuisum Atq; Correctū. Ve[...]
tiis impressū Opere & īpensa Georgii de Ru[...]
sconibus Anno a Natiuitate Xpi. M.D.
XIII. Die. xx. Augusti. Regnāte
Leonardo Lauredano
Venetiarum
Principe.

¶ Registrum huius operis.

Aa a b c d e f g h i k l m n o
p q r s t u x y z & 9 ꝝ A B C
D E F G H I K L M N O P Q
Omnes sunt quaterni.

¶ Finis Libro referamus gratia Christo
Laus sit Semper omnipotenti Deo. Amen.

...e patiens
...one parici

Janu ma [illegible]
nia Esta [illegible] Escapando
de naufragio [illegible]
de [illegible] costa parte E [illegible]

A cisne [illegible] sae [illegible]
Escapando de na[illegible]

762
590
―――
172

142

braceando sae a costa
scapando do naufragio
nesta casa os posta

Epos